UNIVERSITY OF TORONTO
3 1761 01307692 2



Presented to
The Library
of the
University of Toronto
by

H. A. Pottinger Esquire

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/operatheologicic00colo

PAULI COLOMESII

Rupellenſis,

Presbyteri Eccleſiæ Anglicanæ, &

Bibl. Lambethanæ Curatoris

OPERA,

Theologici, Critici & Hiſtorici argumenti.

Gallia Orientalis.
Varia Opuſcula.
Bibliotheque Choiſie.
Selectæ Clarorum Virorum Epiſtolæ.
Obſervationes Sacræ in varia S. Scripturæ loca.
Paralipomena ad Guil. Cavei V. C. Chartophylacem de Scriptoribus Eccleſiaſticis.
Rome Proteſtante.
Icon Presbyterianorum.
Parallele de la pratique de l'Egliſe ancienne & de celle des Proteſtans de France.
Lettre au Mr. Juſtel ſur l'Hiſtoire Critique du V. T.
Melanges Hiſtoriques.
Catalogus MStorum Codicum Iſaaci Voſſii.

Junctim edita curante

JO. ALBERTO FABRICIO,

D. & Prof. Publ.

HAMBURGI, ſumtu CHRISTIANI LIEBEZEIT.
Typis SPIERINGIANIS, A. C. MDCCIX.

PAUCI

Rupellarii

14004
18/7/91

VIRO
SUMME VENERANDO
D. JOANNI VOLCMARO,
REV. MINISTERII HAMBURGENSIS SENIORI GRAVISSIMO, AC SCHOLARCHÆ,

S. D.

JO. ALBERT. FABRICIUS.

JAmpridem circumſpexi aliquod munus Te dignum, Vir ſumme Reverende, quo non referrem

rem quidem aut penſarem ſingularis Tuæ in me teſtatæ benevolentiæ magnitudinem, (neque enim hoc meæ eſt opis) ſed publice ſaltem demonſtrarem, non malum me eſſe nomen, neque ingratæ oblivioni me mandaſſe, quantum Tibi debere me & agnoſcam probe, & libenter profitear. Cum vero proprii mihi ſupellex ingenii nihil cum maxime ſuppeditet, quod venerando Nomini Tuo audeam offerre, patere, quæſo, meam in præſenti vicem apud Te ſuſtinere hominem doctiſſimum, cujus opera à me hoc in volumine collecta ac comprehenſa Tibi potiſſimum dicare conſecrareque volui.

Non

*Non aſpernaberis, ſpero, virum qui & politiſſimæ Galliæ originem debet, cujus Tu regni per plures annos non pœnitendus hoſpes fuiſti, & eas ingenii ac doctrinæ notas ſcriptis ſuis infixit, ut primæ caveæ * eruditorum tulerint punctum, & cupide ſint lecta atq; expetita ab omnibus elegantiorum litterarum ſtudioſis. Hoc proxeneta liceat & mihi confidere de Tua porro in me voluntate, quam impoſterum quoque non deſinam demereri quibus potero officiis, votisq; aſſiduis pro ſalute Tua nuncupatis. Faxit* DEUS, *ut quod familiarem quondam Tuum, vivis heu nuper ereptum, optantem coràm*

 audire

* Infra p. 672. ſeq.

audire me memini, Senior qui es Reverendi Ordinis, Senex etiam diu superfis in Ecclesiasticæ & Scholasticæ rei Hamburgensis, incrementum, Seniq; Tibi etiam contingat solidum ac perenne ex virtute ac felicitate liberorum Tuorum gaudium percipere. Scripsi Hamburgi XII. Cal. Aprilis Anni Christiani cIↃ IↃ cc VIIII.

AD

AD LECTOREM.

NOn diffiteor, Lector Benevole, inter scriptores nostræ ætatis multum me semper tribuisse Paulo Colomesio, ejusq; ingenii monumentorum lectione à pluribus annis impense delectatum fuisse. Cumprimis hæcce eo se mihi nomine probarunt, & multis etiam, scio, aliis placent placebuntque, quod paucis complectuntur non pauca, eaq; perspicue & eleganter, nec petita è trivio sed ex rarioribus libris cum judicio delecta, & velut in corollas ex amœnis contexta floscula, insignitis doctissimorum virorum observationibus. Historiæ præsertim litterariæ studiosos quin præclara multa doceat, nemo, qui ejus scripta evolverit, dicet secus, & erunt fortasse, qui in parvis ejus libellis plus raræ invenient industriæ, quam in voluminosis quorundam centonibus, omni destitutis selectu & amœnitate. Cum igitur Liebezeitio nostro, ad litterarum studia juvanda prono, placeret Colomesii Galliam Orientalem sumtu suo recudendam dare, auctor ipsi fui, ut etiam alia ejusdem auctoris scripta parvæ molis † omnia, non minus tamen desiderata in librariis tabernis, prælo simul subjici pateretur, quod non difficulter ei à me est persuasum. Habes igitur præsenti in Volumine primo loco positam Galliam quam dixi Orientalem, cujus alteram locupletiorem editionem adornasse Auctor dicitur, quemadmodum sane nobilis illa ac fœcundissima virorum doctorum natio, uberrimum præbet augendi & cumulandi hujus de Gallis Orientalium litterarum gnaris argumenti materiem, sed quorsum ejus schedæ manu exaratæ pervenerint, perinde ut, quam concinnasse fertur, Italia, Hispania ac Germania Orientalis, Vita item Jacobi Sirmondi auctior, Clavis locorum plurium in scriptis Balsaci, Catalogus librorum Johannis Colomesii Doctoris Medici, (qui nostri Pater fuit:) Dissertatio de dubiis scriptoribus, aliaque ejus ingenii monumenta, juxta cum ignarissimis scio.

Sequuntur dinceps Colomesii opuscula, Lutetiæ primum vulgata A. MDCLXVIII. in quibus electoũ, sive ut auctor vocat, cimeliorum litterariorum libellus, tum de viris doctis singulari ex familiaribus Is. Vossii sermonibus magnam partẽ accepta, in quibus aliquando fiden eruditi desiderant. Multa tamen in his sunt mendacia, inquit Morhofius, †† quale illud de Caspare Barthio horrendum, qui concubinam suam Rheno suffocaverit, quod ejus cum Scriverio amores deprehenderit, & plurima alia. Constat sane non esse omnia explorata, quæ in Scaligeranis, & similibus libellis raduntur, itaq; neg; in hisce Colomesianis, quo titulo inter Evremonii Opuscularus appendicem recusa hæc singularia non ita pridem in Belgio sunt, omnium veritem præstiterim, supprimere tamen illa nolui, sed, ut in Parisiensi atque Ultrajectina editione factum, Clavi Epistolarum Scaligeri, Casauboni & Salmasii, bvibusque at eruditis in Quintilianum notis præmittenda curavi.

Bibliotheca lecta primum lucem vidit Rupellæ A. MDCLXXXII. Sed extat & altera editio postuma Amstelœmensis, quam ut locupletiorem exprimi curavi. Epistolæ singulares Virorum Clarorum in eibus p. 566. occurrit etiam Aniani veteris S. Chrysostomi interpretis præfatio ad Evangetũ illa, quain Chrysostomo Ducai extat auctior) quas q; Colomesio subjecit Epistolis Clementis Romani

† Hinc frigidecommate Vir doctus, cujus non inficiandas aliquot hallucinationes noster infra p. 789. eq. modesto stylo notavit, Colomesium vocat *le grand Auteur des petits livrets.* †† l. I. Polyhist. c. I.

Romani Grace & latine à se editis Londini A. MDCLXXXVII. *solas in hoc volumine comparere volui Clemente omisso, quoniam hic una cum paucis Colomesii notulis oportuniore loco legitur in Patribus Apostolicis doctissimi Cotelerii recusis Amstelodami, cura Joannis Clerici V. C. Legitur etiam in Bibliotheca Patrum Apostolicorum, quam in studiosorum usus A.* MDCXCIX. *vulgavit Rev. Doctor quondam meus, Lipsiensis Ecclesia & Academia lumen, diu utinam non occiduum, Thomas Ittigius. Ob similem causam pretermisi notulas Colomesii sive animadversiones ad secundam Scaligerana & dialogos Gyraldi de poetis antiquis, longe enim rectius illas aliquis scriptoris, quem illustrant, paginis subjiratas evolverit in Scaligeranis Amstelodami recusis, & in luculenta Gyraldi Operum editione Leidensi, quam separatim descriptas in hoc volumine, in quo porro succedunt* Observationes sacræ *latinæ & Gallicæ in varia sacræ Scripturæ Gallicæq; illius versionis loca, vulgata primum à Colomesio Amstelodami Anno* MDCLXXIX. *ex qua repetii animadversionem ad locum Ezechielis, quæ extat p. 670. alioqui secutus summ editionem auctiorem emendatioremque Londinensem. Multa in his observationibus ingeniose & erudite notata senties, licet aliquando plus justo fortasse videtur tribuere Critico acumini & LXX. Interpretum translationi, nonnunquam pædobaptismo esse iniquior. Nam quod Petrus Balius V. C. in Lexico suo Historico Critico, ubi Colomesii memoriam persequitur, ait, suspicionem fuisse, eum sub extrema vita, Socini suffragatum esse hæresi, hujus criminationis, qualis sine certissimis argumentis spargi in publicum nunquam debet, vix ullum aliud in scriptis hisce vestigium deprehendere potui.* Paralipomena de Scriptoribus Ecclesiasticis *ex optima editione Londinensi descripta sunt, cui* Dissertationem de Photii scriptis *separatim antea subjectam præfixit, Auctor inseruit.*

Non invitus spero dehinc videbis libellum parum frequenter hactenus obvium, quem Romam Protestantem *Colomesius inscripsit, quoniam in illo collegit recentiora testimonia virorum in Romana Ecclesia doctissimorum, quæ capitibus variis doctrinæ Protestantium subscribunt. Accedunt duo opuscula,* Icon Presbyterianorum Theologorum & Collatio praxeos Ecclesiæ veteris cum praxi & moribus Protestantium Galliæ, *tunc quum maxime gravis persecutionis procella capitibus Hugonottarum in Gallia imminebat, ab auctore, Episcopis sanctum scilicet partibus addicto, ad invidiam miseris inoportunissimo tempore faciendam vulgata, grave Colomesio odium multorum, & acerbam illam* Petri, qui creditur auctor esse, Furiei invectivam contraxerunt.* Epistolam ad Justellum, *quæ animadversiones ad Rich Simonii Hist. Critica V. T. loca nonnulla continet, depromsi ex appendice Is. Vossii ad Pomponium Melam, excusa Londini A. M DC LXXXVI.* Miscellanea Historica *vulgata primum Arausione A. M DC LXXV. ex editione locupletiore Amstelodamensi quæ extat inter opera Evremonii:* Catalogum *denique* MStorum Codicum Is. Vossii, *qui jam translati sunt in Bibliothecam publicam Leidensem, petii ex mano illo ac præclare volumine Catalogorum, demonstrante ditissimam copiâ MSstorum librorum, quibus Anglia superbit.*

Hæc sunt, Lector benevole, quæ præsenti libro ex Colomesiana penu Tibi exhibentur, quibus plura haud dubie adjungenda suppeditasset dives præclaris nec vulgaribus observationibus Colomesii industria, nisi luctus animi illum sub initium A. MDCXCII. Londini arbo fato extinxisset. Ansa mœroris dicitur fuisse aura infelicior, quæ Patrono ipsius Archi Episcopo Cantuariensi, propter caussationem non violandæ Regi Jacobo datæ fidei remoto, Musis ejus adspiraverat. Novi inde actum à Viris Excellentissimis, ut Sereniss. Duci Holsatiæ commendatus ad præfecturam Bibliotheca Gottorpiensis vocaretur, & videbatur accepturus conditionem, sed conjunctus agritudine est citius quam rem confici datum fuit. Caterum frustra equidem requires in hoc volumine vitam G. J. Vossii, Epistolis ejus à Colomesio A. MDCXC. Londini editis præmissam, quia eadem quoq; obvia est in editione Epistolarum repetita Augustæ Vindelicorum A. MDCXCI. nisi etiam Versionem Gallicam Tertullianei libri ad Martyres, quæ prodiit Rupellæ A. MDCLXXI. Epistolas item Reginæ Snecorum CHRISTINÆ, *quæ A. MDCLXXXVII. vulgavit Colomesius, ego vel etiam atq; etiam quæsitas reperire nusquam potui. Desiderabis quoq; Vitam Jac. Sirmondi A. MDCLXI. luci datam, & Epigrammata aliaque poëmatia, quæ Madrigalia vulgo vocamus, Gallice scripta & prælo subjecta Anno MDCLXIX. Interim his, quæ tibi jam à me offeruntur, & quæ dare potui, pro captu tuo fiere ac Vale.*

GALLIA

* Esprit de Mr. Arnaud T. 2. p. 296. seq. 308. seq.

IX

GALLIA ORIENTALIS,

SIVE

GALLORUM

QVI

LINGUAM HEBRÆAM

Vel alias ORIENTALES

Excoluerunt

VITÆ,

Variis hinc inde præsidiis adornatæ,

Labore & Studio

PAULI COLOMESII,

RUPELLENSIS.

Ad editionem, quæ lucem vidit

HAGÆ-COMITIS.

Ex Typographia ADRIANI VLACQ. M DC LXV.

GALLIA

PRÆCELLENTISSIMO VIRO

D. SAMUELI BOCHARTO.

Est in more positum, VIR REVERENDE, ut qui Scripta sua in lucem edunt, viros principes patronos quærant. Mihi hasce studiorum primitias emissuro, non diu cogitandum fuit, cujus potissimum nomine harum frons redimiretur. Tu enim ex hodiernis Reipublicæ literariæ Proceribus statim animo obversatus es, cujus ope & auspiciis dubium famæ vadum tentarem. Et certe, cui potius, quàm tibi, GALLIAM nostram dicarem? In ea de Gallis linguarum Orientalium peritissimis, quantum tenuitas nostra patitur, disserimus; Tu autem primo Gallus es, &, quod majus est, VIR EXIMIE, natalium splendore inter Gallos Clarissimus. De in peritia tua, in linguis præsertim Orientalibus, talis reapse tanta q; est, ut ævi nostri quoq; doctissimos in stuporem abripiat. Hoc sanè norunt iidem illi eruditi, qui immensum illud DE DISPERSIONE GENTIUM Opus, aliquot abhinc

annis abs te editum, vel leviter attigere: De quo rectissime sensit Senatus Parisiensis haud ita pridem Illustre Decus, HIERONYMUS BIGNONIUS, cum Opere tuo perlecto, in hæc verba statim erupit, literis uncialibus exaranda, SCALIGER, DRUSIUS, FULLERUS præ BOCHARTO INEPTIUNT. Quid igitur, VENERANDE SENEX, dicturum fuisse existimas integerrimum illum Togatum, si novissimas tuas Lucubrationes DE *ANIMALIBUS BIBLICIS, duobus ingentibus voluminibus excusas, inspicere fata sivissent? Debitis dubio procul encomiis ac laudibus, Opus & Opificem condecorasset. Verum BIGNONII vicem præstabunt alii, ac quos imprimis literarum Orientalium capiet amor, à quibus* εἰς πολλὰς πολλῶν ἐτέων κύκλους, *maximus earum Doctor atq; Promotor audies. Hos inter cum nomen profitear meum, multa q; Scriptis tuis me debere agnoscam; hoc animi grati publicum pignus accipias, enixe rogo, méq;, licet è multis unum, inclyti nominis tui studiosissimum putes. Vale, VIR PRÆSTANTISSIME, ac Nestoreos annos feliciter imple!*

Lutetiæ Parisiorum, Kal. Decemb. 1664. *D. T.*

Dicatissimus

PAULUS COLOMESIUS.

AD

AD

LECTOREM.

TRiennium est & amplius, *Lector Candide*, cum ad Clarorum Virorum, linguarum Orientalium cognitione insignium, Vitam adornandam, varia hinc inde testimonia collegimus. Ex his, *Gallos*, amore Patriæ victi, hodie præmittimus: Quod institutum probarunt Orbis literati Principes *D. D. Gilbertus Gaulminus*, & *Samuel Bochartus*, quos Parisiis & Cadomi hac de re consulere licuit. *Belgas* autem, *Italos*, *Germanos*, *Anglos*, & alios, si faverit dexter Apollo, brevi dabimus. Bene Vale, *Mi Lector*, & studia nostra ac vigilias, precibus tuis adjuva. *Hagæ-Comitis* 4. Kal. Aprilis An. 1665. In ædibus Viri summi *D. Is. Vossii*, cujus singularem erga me benevolentiam deprædicabo,

Dum thymo pascentur apes, dum rore cicadæ.

INDEX

Gallorum, quorum Vitæ in hoc Opere adornantur.

A

Leodegarius Agathocronius. Pag. 25
Anſelmus ab Annunciatione. 272
Philippus Aquinas. 254
Ludovicus Henricus Aquinas, Philippi filius. 256
Joſephus Arbuſſius. 228
Leonardus des Aubiers. 22
Hadrianus Auzout. 270

B

Eſaias Baillius. 112
D. Banneret. 229
D. Baſirius. 149
Matthæus Beroaldus. 45
Bonaventura Cornelius Bertramus. 68
D. Bicheteau. 150
Philippus Bignonæus. 28
Stephanus Blancus. 150
Armegandus Blaſii. 1
Samuel Bochartus. 235. 261
Johannes Bodinus. 74
Enimundus Bonefidius. 57
Johannes Bonius. 146
Petrus Boquinus. 32
Petrus Boſquillonius. 153
Johannes Boulæſius. 57
Johannes Brodæus. 28. 267
Ludovicus Budæus. 15
Matthæus Budæus. 257
Johannes Burdelotius. 150
Ægidius Burdinus. 35

C

Domina de Calonges. 271
Jacobus Cappellus. 157
Ludovicus Cappellus, Jacobi frater 223
Jacobus Cappellus, Ludovici filius. 244
Leo Carpius. 5
Johannes Carræus. 228
Theophilus Caſſegrain. 271
Petrus Caſtellanus. 12
Andreas Cengadanius. 103
Antonius Rodolphus Cevallerius. 43
Johannes Cheradamus. 4
Bertinus Comes. 12
Robertus Conſtantinus. 103
Dionyſius Cordeſius. 182
Dionyſius Coronæus. 7
Petrus Coſtus. 245
Johannes Crojus. 184
Alphonſus & Johannes à Cruce. 94
Petrus Curcellæus. 28

D

Petrus Daneſius. 266
Oſeas d' Arvieu. 243
Claudius d' Auvergne. 259
Timotheus Delonius. 183
Johannes Droſſæus. 7
Bernardus & Petrus Durand. 272

F

Petrus Faber. 148
Gulielmus Fabricius. 6
Guido & Nicolaus Fabricii. 41
Valerianus Flavignius. 182
Thomas du Four. 245
Ambroſius Frichius. 245
Johannes Fronto. 259

G

Jacobus Gaffarellus. 153. 260
Franciſcus Gajus. 17
Franciſcus Gallaupius. 156

Gilbertus Gaulminus. Pag. 230.263
Gilbertus Genebrardus. 87
Martinus Gilbertus. 246
Jacobus Gouſſetus. 244
Robertus Guellin. 150
Jacobus Guijonius. 268
Domina de Guimené. 261
Claudius Guiraudus. 246

H

Claudius Hardiæus. 165.259
Achilles Harlæus. 251
Franciſcus ab Hotman. 164
Stephanus Hubertus. 146

I

Johannes à Janly. 4
Guido Michael le Jay. 263
Arnoldus Inſulanus. 67
Franciſcus Jordanus. 91
Antonius Jordanus. 245
Franciſcus Junius. 94

K

Clemens Kyriacus. 271

L

Johannes Lapidanus. 3
Chriſtophorus Lauretus. 270
Ægidius Lochienſis. 156
D. Lopez. 228
Petrus Loumæus. 245

M

Petrus Martinius. 67
Johannes Martinus. 93
Janus Maumontius. 62
Johannes Mercerus. 47
Petrus Bertrandus Merigonus. 175
Johannes Raymundus Merlinus. 16
Marinus Merſennius. 270
Claudius Molinius. 53
Maria Molinæa. 272
Stephanus Monachius. 262
Joannes Eduardus du Monin. 268
Johannes Morinus. Pag. 166
D. Morinus. 262
Philippus Mornæus. 247
Simeo Muiſius. 159
Franciſcus Murathes. 146

P

Johannes Parvus. 5
Nicolaus de Peireſc. 175
D. Pereſius. 228
Thomas Perierius. 261
Johannes Plantavitius. 182
Dionyſius Petavius. 217
Samuel Petitus. 169
Petrus Picherellus. 26
Arnoldus Pontacus. 105
Johannes Porthæſius. 63
Gulielmus Poſtellus. 59
Bartholomæus à Pulchro-pondere. 21

Q

Ludovicus Querculus. 38
D. à Quercu-viridi. 56
Johannes Quinquarboreus. 65

R

Alanus Reſtaldus. 6
David Rivaltius. 110
Dionyſius de Rives. 221
Petrus Robertus. 278
Anna Robania. 165
D. Roure. 251
Andreas Ryerius. 163

S

Johannes Salignacus. 33
Claudius Salmaſius. 188
Johannes Sangelaſius. 16
Lodoica Saracena. 110
Joſephus Juſtus Scaliger. 112
D. Servinas, Ludovici filius. 256
Robertus Stephanus. 22

T

Melchiſedech Nicolaus Thevenot. 265

D. Te-

D. Tenantius. Pag. 112
Paulus Thomas. 183
Paulus Thomas, Pauli filius. 227
Pontus Thyardæus. 101
Julianus Troterellus. 3

V

Claudius Vadanus. 62
Johannes Væuræus. 253
Petrus Valla. 35
Johannes Baptista Vallius. 161
Johannes Varnerius. 244
Josue le Vasseur. Pag. 228
Franciscus Vatablus. 8
Petrus Vatterius. 229
Petrus Victor. 144
Blasius Vigenerius. 92
Petrus Vignalius. 146
Arnoldus de Villa-nova. 2
Josephus de Voisin. 187

Y

David Yverus. 181

GALLO-

GALLORUM
QUI
LINGUAM HEBRÆAM
Vel alias Orientales excoluerunt
VITÆ.

ARMEGANDUS BLASII,
De Monte-Pessulano.

GALLORUM primus, quod sciam, qui Linguas Orientales ab anno millesimo ducentesimo excoluerit, fuit Armegandus Blasii, Doctor Medicus, regnante Philippo, Ludovici cognomine Sancti filio. Is autem, cum præter alias linguas esset Arabicæ peritissimo, Avisenæ & Averrois opera Latine vertit & Commentariis illustravit. De quo sic Cl. Duretus in Thesauro linguarum, *Il me souvient avoir leu dans une certaine Histoire de France, que du temps du Roy Phil. fils de S. Louis en l' An de Salut 1274. florissoit un tres sçavant Medecin, nommé Ermengard, lequel commenta tous les Oeuvres d' Averroes & d' Avicenne. Pareillement Nic Vignier Liv. 3. de sa Bibliotheque Historiale appelle ce personnage Maistre Arnaugand Blaise de Monpellier Docteur en Medecine, lequel il dit avoir en l An de Salut 1291. translaté de langue Arabesque en la Latine les susdits Averroes & Avicenne.* Hæc Duretus.

Pag. 434. Cujus Libri & aliorum copia mihi facta est à charissimo cognato D. Elia Bolierello, SS. Theologiæ & politiorum literarum studiosissimo.

ARNOLDUS

De Villa-Nova.

Ex variis Autoribus.

ARagonenſes, ſat ſcio, Arnoldum Villanovanum Cathaloniæ aſſerere hodieque conantur, ſed fruſtrâ, cum natus ſit in Gallia Narbonenſi, in oppido Villanovano, Anno Domini 1300. Annum agens fere vigeſimum, ad Pariſienſem Academiam cum aliis ſe contulit, hinc poſt annos decem Monſpelium profectus, Doctores quosdam Medicos ibi audivit; atque inde in Italiam ad Philoſophos Pythagoreos conceſſit: Ab his in Hiſpaniam ad Arabes ſe recepit. Decreverat ad Græcos progredi, verum propter Græciæ bella à propoſito deſtitit. Reverſus demum in Galliam medicinam docuit, & in arte Pæonia * vitam duxit, vir Græcæ linguæ peritus, adde & Hebraicæ, ut videre eſt in explanatione libelli *Tetragrammaton:* Arabicæ etiam haud ignarus. Porrò naturæ ſecreta adeo rimatus eſt, ut altius poſt ætatem ſuam nemo fermè penetrarit, unde multa illi ſcripta tribuuntur, de quibus ἀδ' ἐν ὀνείρους unquam cogitavit: horum Catalogum leges apud Remaclum Fuſchium, Geſnerum, & alios. Cum autem per aliquot annos in Gallia ſubſtitiſſet, audiens Petrum Aponenſem, Medicum celeberrimum, Bononiæ docentem, ab Inquiſitoribus fidei vexatum, ac verens ne propter ſua de Antichriſti adventu Vaticinia in Monachorum manus veniret, clam aufugit in Siciliam, ubi à Federico Siciliæ Rege in magno honore habitus eſt, tandemque ab eo Romam miſſus ad Pontificem ſanandum, in mari diem obiit, Genuæ ſecundum quosdam ſepultus. Claruit Anno 1340.

* Sic Pæonios libellos Veterum de Medicina Scripta vocat Rhemnius Fannius, ſive ut doctiſsimus Senex Vinetus in manuſcriptis Codd. reperit, Remus Favinus.

Matthias Francovvitzius, cognomento Flacius, in Catalogo Teſtium veritatis p. 799 Edit. primæ, *Arnoldus de Novavilla Hiſpanus, vir eximie eruditus, Linguarum Hebraicæ, Græcæ, Arabicæ & Latinæ, Philoſophiæ & Theologiæ peritiſſimus, floruit ante annos 300. Recenſetur à Papa ejusque Spiritualibus inter Hæreticos, quod eorum errores reprehendit. Multa admodum ſcripſit, quorum quædam adhuc inveniuntur. Ralæus habet ipſius ſcriptum de Spurcitiis Pſeudo-Religioſorum.* Paulò poſt: *Habuit hic Doctor non paucos Auditores*

Hunc male Hiſpanum facit Flacius.

& Sectatores etiam post mortem, præsertim in Hispania, quos Papistæ Arnoldistas vocaverunt, & tanquam Hæreticos persecuti sunt atrocissime.

Johannnes Mariana Jesuita Lib. 14 cap. 9. Rerum Hisp. *Arnoldus Villanova, ut Regi decumbenti adesset, Barcinone venerat, rei medicæ ea tempestate peritissimus, majori tamen famâ quàm laude, quod nobile ingenium, eruditionem maximam, pravis superstitionibus, pravisque de religione opinionibus fœdare visus sit. Quo nomine aliquanto post ab Inquisitoribus ignominia notatus est, librique, quos magno numero ediderat, reprobati. Ex humano semine quibusdam in vase medicamentis hominis corpus efformasse, qui affirmet, autorem habeo.*

De Arnaldo Villanovano Lege Tiraquellum in stupendo Opere de Nobilitate pag. 246. Edit. 1579.

JOHANNES LAPIDANUS.

CIrca Annum 1473. Parisiis claruit Joh. Lapidanus, Theologus, & Joh. Reuchlini, Græcè Capnionis, in Hebraicis Præceptor. Hæc ipse Reuchlinus in Apologia; de quo alibi.

JULIANUS TROTERELLUS, *Andegavensis.*

HUjus in Hebraica literatura peritiam discе ex Calisti Florentini Andegavi ad eum Epistola, Philelphi operi de Liberorum educatione præfixa, *Vir es*, inquit, *profecto summa eruditione & summa doctrina æque præditus, ac sanctimonia cæteris ita præstas, ut te veluti firmissimum virtutum omnium columen & colant & observent & quasi venerentur omnes. Quis Prophetas Hebræos divinaque volumina ampliore memoria tenuit, ut in monitis salutaribus Christianam plebem concionaturus ad summum bonum perduceres? Quis & divûm & hominum jura subtiliore complectitur ingenio? Quis rerum causas naturæque solertiam diligentius rimatus est? Quis unquam pulchrius mores illos, quibus virum appellitamus bonum, enarrare suetus est? Quis tanta eloquii ubertate splendescat? utque paucis infinita comprehendam, tu alter Leontinus Gorgias non solum audes, ut ille, sed etiam sapienter facillimeque potes & defendere & graviter profiteri,*

quicquid norint omnes. Totus es cœlestis; neminem ita saxeum, ita ferreum existimaverim, qui te felicem dubitet. Habent procul dubio & Andegavi & Pictones, quo cunctos provocent Hebræos, Græcos atque Romanos, gaudeat ac lætetur Pictonum Academia, quæ te tantum alumnum produxit, quo tandem perpetuum est decus consecutura. Hactenus Calistus. Obiit circa Annum 1500.

EPITAPHIUM

Auth. Joh. Gallo, Remensi.

Hic situs orbis honos, Pictæ spes unica gentis,
Qui super Elysios conterit astra lares.
Religio, probitas, musæ & virtutis origo,
Hæc tecum intumulo nunc Juliane *jacent.*

JOHANNES à JANLY, *Burgundus.*

Pag. 482. & 327. DE eo hæc apud Petrum à Sancto Juliano in Historia Burgundiæ leguntur, *André Poupet l'an 1504. fut receu Chanoine & Archidiare de Châlon, & finalement devint Doyen par la cession de Messire Jeh. de Janly l'an* 1506. Hunc autem Hebraicæ linguæ fuisse callentissimum, sequentia ejusdem notant: *De la Maison de Janly l'eglize de Châlon a eu deux Chanoines, dont l'un fut Doyen homme de singuliere erudition & doctement versé en la langue Hebraique.* Claruit Anno 1503.

JOHANNES CHERADAMUS.

DE eo hæc tradit Beza in limine Historiæ Ecclesiasticæ: *Environ l'an 1517. la langue Grecque fut enseignée publiquement à Paris par un François surnommé Cheradamus, homme bien versé tant és Lettres Hebraiques que Grecques, combien qu'il fust d'esprit fort leger & de petit sens.* Eundem vocat doctissimus Mercerus Notis in Grammaticam Clenardi, *virum quoad elementorum Hebraicorum*

braicorum myſteria plus ſatis curioſum. Hujus ſcripta ſunt, Alphabetum myſticum Pariſ. 1532. Præfationes Græcæ in 9. Ariſtophanis Comœdias, Pariſiis unà cum ipſis Comœdiis excuſæ, & verſio quædam Gallica, de qua Verderius in Bibliotheca. Claruit Anno 1520. Pag. 672.

LEO CARPIUS, *Burdegalenſis.*

NIcolaus Borbonius, Poëtarum ſui temporis facile Princeps, Juvenis hujus trilinguis vitam & mortem hoc epitaphio elegantiſſime complexus eſt

Qui jacet hîc Linguas Græcam, Hebræam atque Latinam
Calluit ac docuit; vivere dignus erat.
Patria Burdigale, nomen Leo Carpius, ingens
Delicium Charitum, Pieridumque decus:
Eripere incenſis dum tentat ab ædibus omneis,
Matrem cum parvis Fratribus atque Patrem;
Servatis reliquis hunc flamma abſorbuit unum,
Hæc Juveni finis non inhoneſta fuit.

Claruit ſub Franciſco primo.

JOHANNES PARVUS.

HUjus ſæpe meminit in Epiſtolis Nic. Clenardus (de quo alibi) ſed inprimis in prolixa illa ad Chriſtianos Epiſtola, cujus finis deſideratur, *Inter Theologus,* inquit, *quem quæſo præferam Joh. Parvo? quicum mihi menſa fuit communis toto biennio, quemque non minus quàm parentem chariſſimum venerari debeam. Is cum annos natus eſſet ſexaginta duos, non contentus Græcis literis, quas occupatiſſimus templi functionibus didicit, à me etiam initiatus eſt Hebraicis, quas nocturnis vigiliis tam ardenter concupivit, ut paucis menſibus ſine cortice naret, ut utar verbis Horatii. Cæteras dotes & viri probitatem hinc colligite, quod, cùm multis egregie do-* Pag. 245.

Eis ſpectataque vitæ non careat Luſitania; tamen nuper Rex inclytus, nulli provehendo Religionis negotio ſecundus, cæteris poſthabitis, ſua ſponte deſignavit Epiſcopum, cui quotquot Hebraicis literis ſeſe tradiderunt, annos precari convenit Neſtoreos, adeo magnum poſſident in Epiſcopo Parvo Studiorum Patronum. Et in alia ad Latomum Præceptorem: *Niſi Deus amicum largitus eſſet Magiſtrum Joh. Parvum, Doctorem Pariſienſem, haud ſcio an hactenus ſubſtitiſſem inter Luſitanos. Eſt hic dives admodum, non Canonicus ſolum, verum etiam Archidiaconus Templi, qui non minus abſentia mea cruciaretur quàm ego illius, adeo vivimus amice & familiariter. Videor mihi verſari in Pædagogio noſtro. Domum habeo è regione illius, cum menſa poſita eſt, vocor. Inter comedendum legitur aliquid Hebraicè è Teſtamento veteri, & Græcè è Teſtamento novo: dubia conferimus, & alter alterius ſcientia fruimur, quando & ipſe has literas non ignorat, & duos habet domi conſanguineos, ſic ſatis peritos.* Hucusque Clenardus. Claruit Anno 1536.

Pag. 15.

ALANUS RESTALDUS.

ALanus Reſtaldus Calignius linguam Hebræam Lutetiæ docuit in Collegio Cameracenſi circa annum 1540. Hujus Grammaticam vidi apud Wechelum quinquennio poſt excuſam, & Petro Caſtellano, Tutelenſium tunc Epiſcopo, dicatam. Qualis autem hic fuerit, paucis docet Joh. Quinquarboreus, ejusdem linguæ haud multò poſt apud Pariſienſis Profeſſor, in Epiſtola præfatoria ad Paulum Paradiſum, (de quo alibi) in Opus de Re Grammatica Hebræorum, *Alanum*, inquit, *Reſtaldum Calignium, magnæ eruditionis virum, in Hebraicis Præceptorem habui.* Claruit Anno 1538.

Pariſiis editum A. 1546.

GULIELMUS FABRITIUS.

Edita An. 1540.

DE eo tanquam Hebraicè doctiſſimo Robertus Stephanus loquitur ſub finem præfationis ad Lectorem in Biblia Vulgata: *Opportunum*, inquit, *eſſe video, ut te ex animo ſalvere jubeam, quod tamen ante facturus non ſum, quam pro officio hominis*

hominis grato animo præditi, agnovero beneficium acceptum à Gulielmo Fabritio, Canonico Pictavensi, amico & familiari nostro, viro Hebraice, Græce & Latine eruditissimo, qui in his Bibliis emendandis & locis cognatis annotandis, candido & liberali studio me plurimum adjuvit. Claruit An. 1540.

Ad eundem forte Joh. Vultejus pag 43. & 54. Epigr.

JOHANNES DROSSÆUS.

HIc Samarianus in Neustria Juris-consultus fuit, teste Simlero, in Bibliothecæ Gesnerianæ Epitome, & Partitiones Grammaticas scripsit Lat. Gr. Gall. & Hebraicæ linguæ, item Methodum Justinianæam. Claruit A. 1545.

Hunc Cadomensem facit Fr. à Cruce Cenomanensis in Bibliot.

DIONYSIUS CORONÆUS.

DE eo sic Nic. Borbonius Lucio Stellæ in Nugas, Paris. 1533. *Video Viros Nobiles & summa æstimatione præditos, adprime esse mei studiosos, id quod partim Gulielmo Maino, viro sane magno & suspiciendo, partim D. Coronæo, homini trium linguarum peritia admirando, acceptum fero.* Idem ad eum in Nugis.

Joh. Bruyerinus Campegius, Joh. Galfredo & Hieron. Montuo medicis, in 3. Sectiones Collectaneorum de re medica Averrois 1537. *Arabum ac Maurorum de medicina commentarios prorsus haud esse negligendos, aliquando me docuit noster ille Dionysius Coronæus, triplici lingua ornatissimus, Latina, Græca, atque Hebræa, mihique olim in literis Græcis præceptor.*

D. Erasmus Francisco Archiep. Ebredunensi 1522. p. 674. Epistol. *Reddita est & Dionys. Coronii epistola, tuæ benignitatis alumni, perquam arguta sane & accurata, sic ut Budæi Simium possis agnoscere.*

Pet. Bunellus Æmilio Perroto, Venetiis. p. 45. Ep. *Scis Dionys. Choronæum & Rod. Ponyssonum apud Cardinalem Turnonium vivere: horum ego consuetudine ac sermone, quamdiu Bononiæ fui, ita sum delectatus, ut inde redire & ab optimis viris avelli mihi gravissimum videretur.*

Rob.

Sic enim legendum, non Calcondryllum.

Rob. Conſtantinus in Nomenclatore, Chalcondylam ait ſe vidiſſe Lutetiæ apud Dionyſ. Coronæum, Profeſſorem Regium, tùm temporis transferendo eo diſtentum, ſed hæc verſio, ut autumo, non prodiit.

Dionyſ. Coronæi Elogia etiam habentur apud Salmonium Macrinum in Poëmatibus, & Dionyſ. Lambinum in Epiſtolis præfatoriis, An. 1579. excuſis, pag. ſcilicet 119. & 143. Claruit An. 1546.

FRANCISCUS VATABLUS, *Ambianenſis.*

Ex Thuano & aliis.

FRanciſcus Vatablus in Ambianis natus, quem Hebræi ipſi Lutetiæ Hebraicas literas profitentem admirati ſunt, Chriſtiani vero maximo cum fructu docentem audiverunt, ex hac vita migravit 17. Kal. Apr. Anni 1547. Is Græcæ linguæ peritiſſimus, multa ex Ariſtotele in Latinam tranſtulit: dein relicto Philoſophiæ ſtudio ad S. literas ſe totum applicuit: multaque hujus generis ſub ejus nomine circumferuntur, ac Notationes inprimis in Vetus Teſtamentum, ab Auditoribus ex illius Prælectionibus excerptæ: nam ipſe, ſive naturali pigritia, quod illi exprobratum eſt, ſive morte præventus, nihil omnino ſcripſit, ſatisque habuit, ſacræ linguæ arcana diſcipulis diligentioribus aperire, illuſtri nominis ſui fama & alieno præconio contentus.

Leodegarius à Quercu ad Ioh. Fournium de Vatabli morte.

Dum flerem Proceres linguæ modo morte peremptos,
Fleviſſem Vatablum, ſi modo flere ſatis.
Nam jactura fuit gravior, caruiſſe Vatablo,
Quam doctis, quos me flere dolenter ais.
Sed quoties volui flendo deſcribere luctum,
Tum Vatabli nimius me dolor impediit.
Sic etenim dolui, ſic fletibus ora rigavi,
Ut minimum abfuerit, quin fierem Niobe.
Quapropter feci, quod nobilis ille Ibimantes,
Velavi luctum, pingere quem nequii.

LEODE-

Variorum Testimonia de Vatablo & ejus Scriptis.

ROb. Stephanus Lectori in Biblia à se A. 1540. excusa, *Dedimus operam haud mediocrem, ut Fr. Vatablus, Hebræarum literarum Professor Regius doctissimus, & in Architectonice non vulgariter exercitatus, nobis ob oculos poneret Tabernaculi Mosaici, Templi Salomonis, & præcipui eorum instrumenti difficillimam & obscurissimam constructionem. Quod quàm libenter & alacriter publicæ utilitatis causa præstiterit summus ille vir, certo scimus, quàm exacte vero & perite, tu cognosces. Est enim Fr. Vatablus præter multarum rerum cognitionem, summo & acutissimo judicio præditus, in his præsertim, quæ ad germanam Bibliorum Interpretationem pertinent. Quod dum considero, non possum non petere à Deo opt. max. ut per longam & incolumem vitam liceat Vatablo nostro aliquid memoriæ prodere, quod libros V. T. faciliores reddat.*

Gul. Postellus, in Alphabetis duodecim linguarum 1538. *Ex Latinis Fr. Vatablus, Lector Regius, Linguam Hebræam tam diligenter docet, ut nil possis merito requirere.*

Idem in Libello de Affinitate Linguarum: *Statueram apud me, Candide Lector, hunc Librum in lucem non emittere, nisi perlecto illo, mihi animum ad edendum fecisset non vulgaris judicii homo Fr. Vatablus, Lector Regius, quo præceptore literarum Hebr. sum usus, in quo admireris tam raram tamq; exactam omnium disciplinarum atq; trium Linguarum peritiam, ut merito addubites, quam puer primum didicerit.*

Joh. Quinquarboreus Paulo Paradiso in opus de re Grammatica Hebræorum, Paris. 1546. *Doctissimum virum Fr. Vatablum, explicandi S. Scripturæ nodos facilitate & interpretandi fidelitate celeberrimum, haud lubens prætermiserim, quem unum cum Alano Restaldo Calignio præceptorem habui.*

Angelus Caninius (de quo alibi) Lectori in Instit. Syriacas Paris. 1554. *Quid de Munsteri Grammatica Hebræa vir eruditissimus Fr. Vatablus, (ut unum, qui multorum instar est, laudem) senserit, plurimi adhuc, qui illum audivere, testari possunt.*

Joh. Mercerus, genuinus Vatabli discipulus, Lectori, in Tractatum R. Judæ Hispani de Accentibus, Paris. 1556. *Hoc quicquid est D. Vatablo, insignis doctrinæ viro, & in veteribus Hebræorum monumentis perquirendis diligentissimo (cujus felicem & sanctam recordationem nulla temporis vetustas ex hujusce Linguæ candidatorum animis obliterabit) acceptum feres.*

Idem in Comment. in Joh. pag. 11. Edit. Genevensis, *Accepi D. Vatablum laudandæ memoriæ, rationem intellexisse, versuum omnium Jobi & Psalterii, & quosdam Canones ad facilius rationem intelligendam præscripsisse, quos speramus aliquando prodituros.*

Pet. Picherellus in Opusculis Theologicis, ab Andr. Riveto editis, p. 271. Fluvii) *In Hebræo Fluvius, sed placet maxime singularis sit pro plurali, Enallage numeri non rara. Id quod Fr. Vatablus, vir ut summæ eruditionis, sic acerrimi judicii, annotavit in suis prælectionibus, Hebr. Literarum Regius Professor, meus paulo antequam è vivis excederet Præceptor.*

Beza in Iconibus 1580. *At te, Vatable, quem Hebræa docentem Hebræi quidem sunt admirati, Christiani vero plurimi maximo cum fructu audiverunt, quo tandem loco habebimus, qui quod aliis S. literas interpretando impertiebas, usque adeo neglexeris, ut etiam ejuraris? Age tamen, summa eruditio diligentiaque tua locum tibi quoque in hujus Sacrarii vestibulo comparârint.*

Sammarthanus in Elogiis p. 18. *Fr. Vatablus, ex Gamachio agri Picardi oppido ortus, sacris Bibliis ex Hebraica fide longè castius quàm antea Latinè conversis, nomen æternitati consecravit suum.*

Godefridus Tilmanus Cartusiæ Parisiensis Monachus, D. Joh. Groppero in duas Chrysostomi Homilias à se Latinitate donatas, Paris. 1554. *Fideli relatu Fr. Vatabli didici, Jac. Fabrum Stapulensem ex Georgii Pachymeræ Paraphr. in Dionys. Areopagitam magna ex parte expiscatum esse sua Scholia. Id potissimum deprehendi collatione Scholiorum in Opus τῶν θείων ὀνομάτων.*

Laurentius Villavincentius Hispanus Lib. 2. de ratione Studii Theologici c. 1. *Poterit candidatus Theologiæ Annotationes quæ vulgò Vatabli dicuntur, in S. suarum Musarum conclave adhibere,*

Hic ex Andreæ Girardi à patria Hyperii Opere

bibere, quarum præsidio si usus fuerit, incredibili facilitate cuncta, quæ abstrusa, ardua aut difficilia in S. Bibliis ignorati sermonis Hebraici causa occurrerint, intelliget & assequetur. Affirmant enim quamplurimi viri eruditi constanti sententia, neminem majori vel eruditione vel fide, magisque perspicua expositione, sacros Libros V. T. interpretatum esse, quam Fr. Vatablum, doctissimum Professorem Regium Heb. Literarum Parisinum.

de Ratione Studii Theologici suum compilavit, ut notat eruditissimus Anglus Joh. Rainoldus lib. c. 4. Tract. de Rom. Ecclesiæ Idololatria. Sexcenta hujus generis furta noravi, aliquando, si Deus adsit, edenda.

Faustus Socinus in Tractatu de Servatore 1594. *Fr. Vatablus doctissimè & elegantissimè, ut ferè solet, ita annotat, &c.*

Idem ibidem, *Hoc loco non possum satis mirari Fr. Vatablum, hominem Hebraice doctissimum & acerrimo judicio præditum, &c.*

Cornelius à Lapide Prolegomenis in Epistolas Pauli, *Vatablus Catholicus fuit, sed ejus Scripta ab Hæreticis excusa & depravata sunt. Alioqui vir ipse fuit egregie doctus tam in Hebræis quam in Græcis. Acute Literam breviterque persequitur, sed sæpè à nostro Interprete diversus est: Habet enim ipse propriam versionem, vel potius versionem Tigurinam Leonis Hebræi.*

Intelligit Leonem Judæ, quem falsò Hebræum vocat.

Jehan Porthaise dans sa Paraseeve à l' Examen de l' Eucharistie p. 48. *Je conjecture Vatable avoir esté alteré par Jehan le Clard & par Robert Estienne.*

Josephus Acosta in libro de Natura Novi Orbis Salamanticæ excuso A. 1589. pag. 33. *Rob. Stephanus, vel potius Fr. Vatablus, vir Hebraicè doctissimus, ut ego à Præceptore discipulo illius accepi, in Scholiis ad cap. 9. libri tertii Regum, &c.*

Sebastien Rouillard dans son Hist. de Melun imprimée l' An. 1628. p. 608. *L' Abbaye de Bellozane estant venue à vacquer par le trespas de Fr. Vatable ou Guasteble, celebre Professeur du Roy en la langue Hebraique, le Roy François premier la donna à Amyot.*

Fr. Vatablus cum laude etiam appellatur à Theveto To. 2. Cosmographiæ p. 643. Joh. Isaaco in libro contra Lindanum p. 148. Joh. Væuræo inter Flores Epigr. Leod. à Quercu, p. 359. Tomi 1. Joh. Vultejo in Poëmat. p. 65. Germano Valente in Virgilium p. 200. Bucholcero filio in Chronologia, Stapletono 3. part. Promptuarii Cathol. p. 181. & aliis.

BERTINUS COMES, *Stapulenſis.*

DE eo ſic Jacobus Du Breul monachus S. Germani à Pratis in Antiquit. Pariſienſibus p. 658. *Bertin le Comte natif d' Eſtaples en Boulonnois, fuit ſubrogé à Vatable l' an* 1547. Cui fere ſuccinit Lambinus, Carolum 9. Regem alloquens, *Sub Enrico,* inquit, *Patre tuo, Joh. Mercerus, Bertinus Comes, Joh. Quinquarboreus Ling. Hebræam docuerunt.*

Epiſt. Præfat. in Horatium.

PETRUS CASTELLANUS, *Lingonenſis.*

EST vero quod Petri Caſtellani Lingonenſis, eloquentiſſimi viri & quatuor Linguarum peritiſſimi, beatos manes honorifica recordatione proſequamur. Qui cum apud maximum Regem gratia & authoritate plurimum valeret, hac ſortis benignitate non ad ſua ipſius commoda, ſed ad communem Reip. utilitatem uſus eſt. Hoc enim potiſſimum ſuaſore Franciſcus Primus, qui quotidie illum de Literis differentem libentiſſime audiebat, celebre illud Profeſſorum Collegium Lutetiæ fovit atque auxit, quod optimarum artium in Gallia ſeminarium extitiſſe, nemo eſt qui neſciat. Quid igitur magis æquum eſt, quàm ejus, qui Muſas inſtauravit, nomen grata Muſarum commemoratione vigere ſempiternum? Vel eò magis, quod pium iſtud mortales juvandi ſtudium ne in ipſa quidem morte omiſit, cum Aureliæ (cujus Pontificatum, Matiſconenſe abdicato, ſuſceperat) inter concionandum repentino ſanguinis ictu perculſus, animam de grege ſuo bene meritam Deo reddiderit. Hæc & alia de eodem refert Petrus à S. Juliano in Antiquitatibus Matiſconenſibus, his verbis: *Petrus Caſtellanus Perſonnage, qui outre le ſingulier ſçavoir qui eſtoit en lui, avoit beaucoup voyagé & veu, fut par le Roy François Premier du nom retenu pour en ſes repas luy ſoudre les queſtions qu' il luy feroit, & luy diſcourir des faits qui ſe propoſeroyent. En quoy il fut ſi heureux qu' il ſatisfit touſiours bien à la Curioſité de ſon Prince. Vacant donc l' Eveſché de Maſcon, le Roy la luy donna. Mais il s'y trouva un Competiteur,*

Ex Sammarthano & aliis

petiteur, auquel il donna l' Eveſché de Tulles, & par ce moyen demeura paiſible de Maſcon, & en prit poſſeſſion en Decembre 1544. Depuis il permuta Maſcon avec Orleans, ou il mourut faiſant le devoir de bon Eveſque, ce que ſes Domeſtiques & autres ne penſoyent eſtre avenu ſans que ſes jours luy euſſent eſté abregez par poiſon. Hactenus Petrus à S. Juliano. Hanc mortem aliter narrat Beza in Hiſt. Eccleſiaſtica, & ex eo Henricus Stephanus & Chaſſanionius, ille in Apologia pro Herodoto, ſub finem Lib. 1. hic in Exemplis memorabilibus Judiciorum Dei, pag. 106. Claruit An. 1547. Pag. 79. & ſeq.

TUMULUS,

Auth. Mich. Hoſpitalio Galliæ Cancellario,

Si pulchrum eſt Ducibus pugnando occumbere mortem,
Pontifici pulchrum debet ſanctumque videri,
Sic laterum nixuque omni contendere vocis,
Ut vires media facientem verba corona
Deficiant, ſudoque fatiſcat lingua palato.
Ac quondam fortis qui vicit Olympia miles
Retulit & multas victor certamine palmas,
Et quam nulla viri virtus perfregerat ante,
Sternitur ille ſiti tandem confectus & æſtu.
Diſcite Paſtores ô veſtro munere fungi,
Commiſſos curare greges, & denique nullum
Servandi cauſa pecoris vitare dolorem;
Nec dubitare animam multis pro millibus unam
Conſecrare Deo, at meliori reddere vitæ.

Variorum teſtimonia de Caſtellano & ejus ſcriptis.

THuanus ad Annum 1547. *Petrum Caſtellanum, virum probitate & morum gravitate & doctrina præſtantiſſimum, Epiſcopatu Matiſconenſi, magnique Eleemoſynarii dignitate remuneravit, ac magiſtrum Bibliothecæ poſt Budæi obitum conſtituit Rex Franciſcus.* Le Catalogue des Maiſtres de la Librairie

Royale depuis le grand Guil. Budé jusques à M. Rigault se trouve à la pag. 478. & suiv. du Tr. des Biblioth. du P Jacob, dressé par cet excellent personnage Mr. du Puy Conseiller d'estat, dans la mort duquel, comme en celle de Mr. son Frere (qui estoit Prieur de S. Sauveur) les Lettres & ceux qui les aiment, ont fait une perte tres considerable.

Idem ibidem, *Petrus Castellanus à nonnullis ex Sorbonicorum Collegio jampridem infestorum, quod Rob. Stephanum adversus eos texisset, accusatus est, quod in extrema Oratione, quam in Francisci Regis funere habuit, sperare atque persuasum habere dixisset, Regis animam vita sanctissime acta, simul atque è corpore excessisset, protinus cœlo receptam esse, neque expiatoriis ullis ignibus eguisse; quasi de tertio loco, ut ipsi ajebant, de quo tot nuper à Protestantibus controversiæ excitatæ fuerant, addubitasset; eamque ob causam quosdam è suo numero ad Regem delegarunt, qui à Joh. Mendoza Regiorum Dispensatorum Principe excepti, hoc faceto & apto pro tempore responso elusi sunt. Scio, inquit, quid hucveneritis, nempe ubi locorum Francisci Heri optimi anima nunc sit, cum Castellano ut male sentiente, controversamini: Cæterum vobis confirmare possum, qui Franciscum optime noverim, hoc eum ingenio semper fuisse, ut diu hærere ullo loco quantumvis amœno & commodo nunquam potuerit, ut mihi ad Purgatorium non moræ faciendæ causa divertisse videatur, sed tantum ut vinum illac transeundo à pocillatore pro more degustandum acciperet. Quo audito cum viderent Sorbonici, Castellanum plus in aula valere Regia, quàm ut ei negotium facessere possent, pudore confusi domum reverterunt.*

Le Chevalier Casal au Pape Paul 3. de Paris le 25. de May 1547. p. 320. des Epitres aux Princes recueillies par Ruscelli & traduites d'Italien en François par Belleforest : *L'Evesque de Mascon a fait l'oraison funebre du Roy François fort doctement & bien à propos, sauf qu'il n'a pas esté bien ecouté, à cause de la grande plainte & pleurs emeus par les paroles mesmes du dit Evesque. Je tascheray d'en avoir une Copie que j'envoiray à vostre Saincteté.*

Alanus Restaldus Calignius D. Pet. Castellano Tutelensium Episcopo, in Institutiones Heb. Paris. 1545. *Institutiones nostras Hebraicas ante octo annos ut cunque à nobis scriptas & αἰσυμμως publicatas, nunc multò studiosius appensas, & multis locis locupletiores factas rursus emittimus, ut apud te Ling. Hebraicæ peritissimum, nostram industriam multis numeris amplificatam esse, fidelissime testentur.*

Joh. Quinquarboreus D. Petro Castellano Matisconensium

conensium Episcopo, in Paraphr. Chaldaicam Threnorum Jeremiæ à se Latine versam An. 1549. *Has nostras Lucubrationes ob id ad te mitto, tibique nuncupo, quod cum Linguarum Hebraicæ & Chaldaicæ peritiam optime calleas, de his rectissime judicare potes.*

Joh. Mercerus eidem in Chaldæam Translationem Abdiæ & Jonæ à se Latino sermone donatam, Paris. 1550. *Cum singularem tuam humanitatem animo agitarem, qua Literatos ac studiosos viros ipse Literatissimus, atque nullo non disciplinarum linguarumque genere instructissimus soles excipere, hæc tuo subjicere judicio, ut qui hisce in Linguis (Hebræa dico & Chaldæa) non mediocres progressus feceris, mihi visum est.*

Petrum Castellanum adhæc laudant Joach. Perionius Epistola Præfatoria in Politica Aristotelis, & in Orationem pro Ciceronis Oratore contra Ramum. Martialis Rogerius in Lælium Ciceronis, Fr. à Vicomercato in Disceptationem Peripaticam de anima rationali, Jehan Chaumeau p. 343. de l'Hist. de Berry, Joh. Sturmius Epist. in Antipappos 3. Du Tillet. p. 334. des Rois de France, Jacobus Goupilus in Tralianum, Vigenere dans ses Annot. sur Tite Live p. 1092. Tagautius in Lib. de Chirurgia, Joach. du Bellay dans ses Poësies p. 76. Adr. Turnebus lib. 24. c. 20. Adversar. Leod. à Quercu p. 364. To. 1. Farraginis Epigr. Joh. Vultejus p. 26. Epigr. Marot dans ses Epigr. à l'imitation de Martial, Pet. Gallandius p. 24. Orationis pro Schola Parisiensi, *a* Bunellus p. 75. & 87. Ep. Jac. Sylvius Epist. in Methodum Medicamenta componendi; Mizaldus initio Aëriarum Ephemeridum, Daubigné p. 75. & 82. du 1. Tome de son Histoire, La Croix du Maine dans sa Biblioth. & alii perpauci.

Bigotio profundissimo Aristotelis interpreti, (de quo Jul. Cæs. Scaliger Exercit 307. sect. 15.) quã infensus fuerit Castellanus, prolixe docet Melanchthonin Responsione adColonienses.

a Ut Ep. Præfat. in Quintil. opera.

LUDOVICUS BUDÆUS, *Parisinus.*

LUdovicus Budæus, Gulielmi Galliæ quondam Oraculi, filius, & Hebraicæ Linguæ apud Genevenses Professor, Psalmos Davidis ex Hebræo feliciter Latine vertit, & notulis auxit; aliaque daturus erat, ni sæva Parcarum manu in juventute ereptus esset, circa A. 1550.

De hujus matris adEvangelicam fidem conversione, sic Melanchthon in Epistola ad

Jeh.

Jeh. Creſpin au Lecteur ſur la Verſion Fr. des Pſeaumes de Louis Budé 1551. *Noſtre bon Frere Maiſtre Louis Budé a travaillé à la Verſion de ces Pſeaumes auſſi fidellement qu' il eſtoit poſſible, car outre qu'il eſtoit bien entendu en la langue Hebr. & qu' il avoit eſté fort bien enſeigné aux Lettres humaines, il eſtoit extraordinairement diligent.*

Le Citadin de Geneve 1606. p. 42. *Au rang des Profeſſeurs en langue Hebraique eſt eſcrit Louis fils du grand Budé.*

Patrem, pa 585 Epiſtolarum, Collector Joh. Manlio Baſ. 1565. Venit huc quispiam ex Gallia nobilis vir ac doctus, qui narrat honeſtiſſimam matronam viduam Budæi, una cum filiabus Lutetia migraſſe ad Calvini Eccleſiam, ut ibi & vocem Evangelii audiat, & longius abſit à ſævitia, quæ in regno Gallico adverſus Evangelii Studioſos exercetur. Hoc exemplo matronæ valde moveri multos homines in Gallia idem affirmat; propterea quod mortui mariti ſui doctiſſimi & graviſſimi viri judicio exiſtimatur hanc doctrinam amplecti, de qua ipſum multa pie diſſeruiſſe ante mortem conſtat.

Johannes Raimundus Merlinus, *Romanenſis apud Delphinates.*

CIrca idem tempus Lauſanæ & Genevæ Ling. Hebræam docuit Joh. Raimundus Merlinus, homo Theologus, utpote qui Colloquio Poſſiaceno, decennio poſt habito, cum Beza & aliis interfuit. Scripſit expoſitionem Gallicam Decalogi, Lauſannæ A. 1562. excuſam; ejus præterea cura ac ſtudio Oecolampadii in Jobum & Danielem commentarii caſtigatiores prodiere. Claruit A. 1552.

Pet. Martyr (de quo alibi) Calvino Tigur. 25. Nov. 1561. *Collegas tuos ad unum meo nomine ſaluta, præſertim doctiſſimum virum Merlinum, Heb. Linguæ Profeſſorem, chariſſimum Fratrem.*

Ant. Fayus in vita Bezæ p. 14. *Erant Lauſannæ A. 1548. doctrina & pietate viri inſignes, Petrus Viretus Eccleſiæ Paſtor, Joh. Raimundus Merlinus, Heb. Linguæ Profeſſor, quibus Beza chariſſimus erat.*

JOHANNES SANGELASIUS, *Engoliſmenſis.*

Huic Abbati San-Maxentino dicat

JOh. Sangelaſius, perilluſtri & antiquiſſimo Luſitanorum Stemmate ortus, cum utriusque Linguæ cognitione animum

mum informasset, Hebraicæ haud indiligentem operam dedit, quo nomine à Mercero ejusdem Linguæ scientissimo, ut statim dicam, laudatur. His adjecit morum probitatem vitæque innocentiam haud vulgarem, unde Uticensis Episcopatus illi à Rege demandatus est. Claruit An. 1552.

sua Symbola Joh. Laezius Popularis meus, Pictavii edita An. 1561. 4to. Ad quorum calcem extant ejusdem Carmina ad eundem Uticensem Episcopum.

Joh. Mercerus *Observando in Christo Patri Joh. Sangelasio, viro & eruditione & morum integritate celebratissimo, dignissimo Uticensium Episcopo*, in Orum Apollinem, vel Philippum potius, de Sacris notis, à se versione & observationibus illustratum A. 1548. *Hebraica Lingua te inprimis oblectari, inque ea à multis annis non segniter esse versatum, intelligo.* Et paulò post, *His non contentus studiis, quæ quis in Præsule necessariò postulet, in penetralia etiam Græcarum & Hebraicarum Literarum tete abdere voluisti.*

Fr. de Corlieu dans l'Histoire d' Angoulesme 1576. p. 140. & suiv. *Il y avoit aussi à Angoulesme deux nobles Seign. Freres, Messire Iaques* (lisez Iean) *de S. Gelais Evesque d' Uzais & Doyen d' Angoulesme, & Charles de S. Gelais Archid. de Luxon: Ces deux hommes autant vertueux que nobles, descendus de l' ancienne famille de S. Gelais, laisserent une perpetuelle memoire de leur nom par plusieurs beaux & superbes edifices, desquels ils decorerent leur ville nourrisse; mesmement d' une Chapelle qu' ils firent bastir en l' Eglise Cathedrale autant belle & riche qu' il en fust au Royaume de France.*

FRANCISCUS GAJUS,
A Bosco Normanno.

HIc locum obtinet Franciscus Gaius, à Bosco Normanno Dominus, Linguæ S. in Schola Genevensi Professor, & urbis Ecclesiastes. Inter Patris mei Schedas, duas hujus Epistolas ad Fr. Beraldum scriptas invenio, quarum hoc est Apographum. Claruit An. 1554.

D. Fanciſco Beraldo, Græcarum Literarum apud Monpelgardienſes Profeſſori.
Fr. Gaius Salutem.

QUum tuas Literas, quas huic Tabellario dederas, qui has ad te defert, accepissem, cœpi primum cogitare, qua

Lingua ad me ſcripſiſſes, eadem ad te, etſi ignarus, ſcribendum mihi eſſe, ita harum literarum ſuavitate, elegantia & copia affectus ſum : Certus te animum meum tibi gratificari cupientem inſpecturum, non verba horrida & incompta. Sed his prætermiſſis ad tuas Literas venio. De Roberto communi amico ſic habeto : cum ad nos hinc veniret cum tuis Literis, viæ ignarus deflexit per errorem ad munitionem quandam Cæſaris imperio parentem, ubi in carcerem conjectus triduo egit, deinde Literis ſuis omnibus & rebus aliis ſpoliatus, dimiſſus venit, cœpit confuſe aliquid narrare de Literis à te acceptis, & inter cætera de quodam cognato brevi huc venturo, qui, quis ſit, quæſo, & de omnibus aliis rebus quàm citò poteris, velis perſcribere, ſimul de tuis omnibus. Quum enim cognovero, quid ſit & quis ille conſanguineus, videbo quomodo poſſim aliquomodo utilis eſſe. Interea audiens te tuos Libros accepiſſe, non poſſum quin tibi congratuler, & quod meos non habeam, conquerar apud te : horum enim ope deſtitutus cogor dies noctesque vigilare in his quærendis, quæ mei Libri ſponte & ſine labore ſuppeditabant. Hoc tamen in laboribus me ſolatur, quod hic habeam Auditores, qui mihi Libros & optimos ſuppeditant, interea dum mei afferentur, quod quando futurum ſit, adhuc ſum incertus. Dominus J. C. pro infirmitate mea, ut novit figmentum ſuum, mihi hactenus ita adfuit, ut nihil quicquam mihi defuerit, & ut veluti manu captum primum me in Angliam deduxit, ſic ſimul cum Eccleſia reduxit, in Eccleſiam omnium, quæ hodie exiſtunt, meo judicio, facile Principem, tum ob piiſſimos Magiſtratus, qui in evehendis ſtudioſis, coërcendis & in ordinem cogendis improbis, nihil prætermittunt; tum ob verbi Dei Miniſtros, ea pietate, morum integritate, omnium virtutum & doctrinarum genere inſtructiſſimos : Adde bonorum Civium non contemnendum numerum, Gallorum magnam copiam, Italorum & Anglorum. Quare non immerito, mi Beralde, magni ſemper feciſti & facis hanc Genevenſem Eccleſiam, quam quotidie mecum ores quæſo in multos annos conſervari & augeri ad D. N. J. C. propagandam Gloriam, & ut fideles paſſim à ſummo illo Antichriſto Romano & ejus miniſtris ac fautoribus abacti & exagitati,

tati, ſincera verbi Dei prædicatione fruentes, aliquèm à laboribus intermiſſionem & conſolationem accipiant. Si quando licebit per otium, D. Calvinum, non minus benignum & familiarem quam pium & doctum, poteris convenire & conſulere. Præterea hîc reperies bonum numerum virorum pietate & doctrina illuſtrium, qui te benigne excipient, & ne pluribus de meo in te animo dicam, tibi perſuadeas velim, me, quantus quantus ſum, tuum. Quæ hîc ſit mea conditio, paucis accipe, ſi neſcis; (forte enim aliis literis tibi ſcripſi) ſi quando Robertus Stephanus eget mea opera, ego quod poſſum diligenter & æquo animo præſto. Interea hora 11. publicè interpretor quosdam Pſalmos, & à prandio nobilem aliquem alioqui virum doctum doceo Grammaticam Hebraicam, ii mei Auditores mihi neceſſaria ſuppeditant. Interea neſcio quomodo ab eo tempore, quo huc venimus, aëris intemperie, ut arbitror, imbecilliores fuimus, ſed cum tempore, favente Chriſto, priſtinum robur recipiemus. Multa reſtabant, quæ volui ad te ſcribere, ſed per temporis anguſtias non licet. Saluta quæſo nomine noſtro matrem & uxorem, & Rudolphum tuum. Vale. Genevæ 19. April. 1554.

Idem Eidem.

QUum tuas literas accepi, habebam ſcriptas, quas ad te mitterem, cum primum eſſem nactus Tabellarium; Quibus te certiorem facerem eorum, quæ die præcedenti cum maxima animi ægritudine audieram, fratrem noſtrum, quem ad te vocaveras, unà cum matre & ſorore in carcerem conjectum. Miror, cum jam ſæpius ad nos ſcripſeris, te nunquam illius mentionem feciſſe. Quod tamen jure mutuæ inter nos amicitiæ multis rationibus debuiſti, niſi judicio prorſus careo. Primum quod tibi tam notum eſſet quam mihi, omnem ſupellectilem meam, & ſi quid mihi deberetur, in illius manu eſſe relictum. Quare ſi aut ab illo aut abs te eſſem admonitus, dediſſem operam, ut, ſi quæ mihi pecuniæ ab illo deberentur, & haberet ad manum, emerentur mihi quædam, quibus indigeo. Eo mihi eſt ejus caſus gravior, quod audio illum habuiſſe ad me cum multis literis circiter 15. libras Gallicas. Hæc ad te

paulò liberius fortaſſe quàm par ſit, quod tamen, ſi me amas, boni conſule, & quam cito poteris ſcribe, quomodo cum illo actum fuerit. Si vivit & valet; ſi quid illius nomine expenderis (ut ſi re aliqua eget à prædonibus ſpoliatus) bona fide reddam, tantum abeſt ut ægre feram illum mea perdidiſſe, certus enim ſum, nihil quicquam ſine æterna Dei providentia evenire. Sed ut ad ea, quæ ad me ſcribis veniam, gaudeo te ſatis perſpicere, Eccleſiam noſtram non à viris ſani judicii & probatis moribus, ſed aut ab improbis aut levibus criminari. Nec interea reputa novum eſſe, hæc de fidelibus Eccleſiæ Miniſtris jactari. Id autem imprimis fieri videtur, quod vitia & vitioſos acerrime inſectentur & arguant, nec ullo modo ferre velint. Qui ſuorum ſcelerum conſcientia agitati hinc migrant, non mirum ſi deblaterant, cum & hîc Præcones illi verbi Dei aſſidue patiantur; nec enim ita repurgata eſt noſtra Eccleſia, ut non habeat ſuos proditores, Simones & omnis generis hoſtes. Quantum ex tuis literis potui colligere, ægre tibi eſt, quod iſtic habeas homines bonarum literarum oſores ac ſimul literatorum, quod ut conſtanti animo feras, ſummis precibus à Deo O. M. peto; Tibique perſuade te non temere iſtuc vocatum. Quod ſi non licet pluribus prodeſſe, ne ſit moleſtum paucis eſſe utilis. Ita in his regionibus vivito, ut non tibi ſed Chriſto vivas. Et interea dum Dominus aliquam conditionem ſatis honeſtam obtulerit, fac quantum poteris exiguos ſumptus, ut ſi nobis erit migrandum, quod Chriſtus avertat, ne deſtituamur neceſſariis. Quomodo hîc habeam, etſi ut arbitror ſatis intelligis, tamen à me hoc habeto. Prælego hîc quibusdam (quorum multi pauperes) qui ditiores plus æquo fortaſſe ſibi vivunt, quare paucas pecuniolas excipiens, vel invitus (quod tamen ſponte & libere facio) parcè & ſobriè vivimus. Plura eram ad te ſcripturus, niſi alio avocatus cogerer finem facere. Servet te nobis Deus incolumem & Amicum: Saluta matrem & uxorem meo & uxoris nomine. Vale. 12. Jul.

Teſtimonia de Gaio.

Hic enim piiſſimus ac integerrimo

PIerre de la Place dans ſon Hiſt. de France ſous François II. pag. 257. *Le Roy prioit le Roy de Navarre qu'il ſe ſaiſiſt de certains*

tains Predicans & Ministres de Geneve, entr' autres d' un certain Boisnormand & d' un David, accusez d' estre Seducteurs.

Præses hanc Historiam scripsit, ut alibi ἐναγγῶς à me probatur.

Le mesme à la p. 259. *Ceux de la Maison de Guise avoyent envie d' avoir prise sur le Roy de Navarre, & sçachans que ledit Boisnormand estoit grandement estimé par luy pour son sçavoir & autres vertus, ils firent mettre une recharge de la propre main du Roy au bout d' une missive, l' asseurant qu' il cognoissoit ledit Boisnormand & David si meschans qu' ils estoyent dignes de toutes peines.*

L' Autheur du Citadin de Geneve p. 42. 1606. *Au rang des Professeurs en langue Hebraique Fr. le Gay Sieur de Boisnormand.*

LEONARDUS des AUBIERS, *Andegavensis.*

DE eo sic Fr. à Cruce in Bibliotheca 1584. *Leonard des Aubiers, Gentilhomme Angevin, issu de l' ancienne & tres illustre Maison de la Roche des Aubiers en Anjou, Docteur en Theologie & Maistre d' Escolle en l' Eglise St. Julien du Mans, de laquelle il fut Doyen. Il estoit vulgairement appellé le Sieur d' Argentré, qui estoit le nom d' un Benefice duquel il jouissoit. Il estoit estimé l' un des plus sçavans Theologiens de France pour son temps, & avoit grande cognoissance des langues Hebraique, Grecque & Latine. Il a escrit une Oraison funebre sur le trespas de Messire Guillaume du Bellay Seig. de Langey, laquelle il prononça aux funerailles du dit Sieur en l' Egl. de St. Julien du Mans, l' an 1543. ou environ: Elle n' est encore imprimée. Il mourut au Mans de la Pierre l' an 1555. le 3. jour de Mars, âgé de 60. ans ou environ. Il estoit Oncle de Mr. des Aubiers, Gentilh. Angevin, Advocat au Parlement de Paris, homme fort docte.* Hæc Fr. à Cruce.

BARTHOLOMÆUS A PULCHRO PONDERE, *Vasco.*

HUjus meminit Fr. à Cruce in Bibliotheca, his verbis: *Barthelemy du Poix Gascon, natif d' Aux pres Tolose, homme docte és langues, & sur tout en la Chaldée: Il s' appelle autre-*

ment, de Béau Poix, dit en Latin à Pulchro pondere. Il a traduit de langue Chaldée en François les Sentences de Ben-Sira, nepveu du Prophete Hieremie, lesquelles il a enrichies d' annotations, imprimées à Angers l' an 1559. Il florissoit à Angers au dit an. Hæc Fr. à Cruce.

ROBERTUS STEPHANUS, *Parisinus.*

Ex Thuano & aliis.

RObertus Stephanus, Henrici Parisiensis Typographi circa A. 1516. Filius, & Jodoci Badii itidem Typographi Gener, vir Hebraicæ Linguæ haud ignarus, Typographorum secundum Aldum Manutium Romanum, & Joh. Frobenium Basileensem, Clarissimus fuit. Cui ob id non solum Gallia, sed universus Christianus orbis plus debet, quàm cuiquam fortissimorum belli Ducum ob propagatos fines Patria unquam debuit; majusque ex hujus unius industria, quàm ex tot præclare bello & pace gestis ad Francisçum decus, & nunquam interitura gloria redundavit. Sed migrante ad Deum Optimo non solùm Principe, sed Literarum Fautore ac Parente eximio, indigna, bene merito de patria civi tot editis Hebraicis, Græcis & Latinis libris, gratia repensa est à Sorbonicis, qui hominem Reip. invigilantem, & quasvis æquas conditiones accipere sè paratum demonstrantem, non desierunt lacessere, donec ille vexationum injustarum pertæsus, ex necessitate consilium cœpit, & relicta patria Genevam ad extremum se contulit; ubi tanta prudentia publicam simul & privatam rem curavit, ut quamvis tot adversitatibus conflictatus & incommoditatibus, quæ solum vertentibus necessario perferendæ sunt; tamen in opere assiduus ad ultimum vitæ spiritum laudabile rei Literariæ adjuvandæ propositum constanter tenuerit; ac tandem cum 56. Annum vitæ ageret, 7. Id. Sept. A. 1559. fatis concessit, foris gloriâ dives; & domi Liberis, qui Genevæ manerent relicta opulenta suppellectile: hanc enim legem, ingratæ Patriæ pertæsus, non tam ejus odio, quàm justæ, ut putabat, ultionis ratione in Testamento dixit. Itaque Robertus filius, qui eandem artem Lutetiæ summa cum laude pro facultatibus exercuit, ab hæreditate paterna omnino excluſus est, quam Henri-

Henricus alter filius cum Franciſco Fratre crevit. Inter cætera tanti viri Scripta, Linguæ Latinæ Theſaurum ampliſſimum habemus, à multis pridem laudatum & in æternum laudandum.

Proſopopoeja in Rob. Stephanum Bibliopolam ſui temporis facile Principem, Genevæ.

Auth. Franciſco Beraldo, Nicolai Filio, Ling. Græcæ ibidem tum Profeſſore.

Ex ejuſdem Poëmatibus à Rev. Parente mecum communicatis.

CIVIS & HOSPES.

C. Publica cur toties iſthæc monumenta pererras,
Manibus atque ſacram cur teris Hoſpes humum?

H. Scire avco, Stephani jaceant ubinam oſſa Roberti,
Hunc mihi deſignat nulla Columna locum.

C. Quid refert reſciſſe, viro ni forte quietem
Vis optare, ſalus cui data perpetua eſt?
Oderit is votum hoc, Patria quem ſponte relicta
Huc veræ adduxit relligionis amor.

H. Nec me hæc cauſa movet, nec inania murmura novi;
Non incantatis ſpargere corpus aquis.
Sed mihi neſcio quæ pertentant gaudia pectus
Cernenti veterum clara Sepulchra virûm.

C. Quem claros inter memoras & laudibus effers,
Ergo aliunde tibi notus, Amice, fuit.

H. An foret ignotus: Cujus tot ſcripta per orbem
Verſantur docta nocte dieque manu?

C. Dic igitur ſi nunc tumulus reſplendeat auro,
Marmorea addiderit ſi quoque ſigna Paros:
Hæc ſterilifico mox diſcutienda vel ævo,
Majus ei poſſent conciliare decus?
Nunc verò tot habet monumenta illuſtria, quot ſunt
Tum ſua tum veterum quæ monumenta dedit.

Vario-

Variorum Teſtimonia de Roberto Stephano & ejus Scriptis.

HEnr. Stephanus Paulo filio in Agellium Pariſ. 1558. *De Avi tui Rob. Stephani familia non deſunt, qui teſtari poſſunt, ſe in ea quod alia in nulla, ad rem Literariam quod attinet, vidiſſe: ipſas etiam famulas magnam Latinarum vocum partem intelligentes, multa etiam, ſed quasdam depravate loquentes. Aviæ autem tuæ, eorum quæ Latine dicebantur (niſi rarius aliquod vocabulum intermisceretur) haud multo difficilior erat intellectus, quam ſi dicta ſermone Gallico fuiſſent. Quid de ſuperſtite, ſorore mea, amita autem tua, nomine Katharina, dicam? Illa quoque eorum, quæ Latine dicuntur, interpretem non deſiderat; multa verò & ipſa eodem loqui ſermone poteſt, & quidem ita (licet nonnunquam impingat) ut ab omnibus intelligatur. Unde illi hæc Latinæ Linguæ cognitio? Artem certe Grammaticam haud magiſtram habuit, nec alius illi hac in re, quam uſus prævius. Et quoniam hunc in ſermonem incidi, ut ſcias, quam facultatem discendi Linguam illam familia, quæ mihi paterna eſt, ſuppeditarit, audi rem oppidò quàm dignam, quæ inter illius familiæ memorias (ut Gelliano utar vocabulo) referatur. Fuit tempus cum avus tuus, Rob. Stephanus, Decemviratum quendam Literarium domi haberet, eumque ut παιτοεθνῆ, ita etiam πάγγλωσσον, nam ut ex omnibus nationibus conflatus, ita etiam omnium Linguarum erat. Decem hi, partim Literati, partim Literatiſſimi viri, quorum quidam correctorio munere fungebantur (iique præſertim qui Epigrammata poſtremæ ejus Editioni Theſauri præfixerunt) quum ſicut ex diverſis oriundi erant gentibus, ſic etiam diverſum ſermonem vernaculum haberent, Lingua Latina tanquam communi interprete inter ſe utebantur. Ac cum ex his 10. modo hos modò illos famuli pariter & famulæ de rebus, quæ ipſi ipſæque vel noverant vel ſaltem conjectare poterant, colloquentes, quin etiam in menſa quotidie cum de aliis, tum vero iis, quorum illa ſolet argumentum ſuggerere, ſermonem habentes audirent, ita ſuas paulatim aures verbis illorum aſſuefaciebant, ut non ſolum plerique eorum, quæ dicebant intelligere, ſed quædam etiam eloqui valerent.*

Theodorus

Theodorus Beza in v. 12. c. 2. Matth *De Roberti Stephani & doctrina & fide, ac etiam longe religiosissima in sacris præsertim excudendis diligentia, neminem pium ambigere arbitror.*

Idem eundem fusè laudat in Iconibus & Præfat. in N. T. Anni 1559. quæ brevitati studens, & à πολυθρυλλήτοις, ac minus necessariis in hoc opere abhorrens, lubens prætereo.

Sammarthanus in Elogio Henr. Stephani, *Inter eos qui de re literaria bene meriti sunt, Roberti Stephani, Parisiensis Typographi solertissimi splendidissimique, magna cum primis nec ullo ævo peritura laus fuit, vel ex illo amplissimo Latinitatis Thesauro, quem omnibus ejus Linguæ studiosis plurimo sumptu, plurimo sudore, plurima diligentia deprompsit.*

La Croix du Maine dans sa Biblioth. *Robert Estienne Parisien estoit fort docte és langues Heb. Gr. & Latine, & outre cela en la Françoise, en laquelle il a composé un Traité de Grammaire imprimé par luy mesme, & depuis par un de ses fils nommé François, l' an 1569.*

Du Verdier dans la Preface de sa Bibliot. 1585. *François premier voulut que les MSS. de sa Bibliotheque sortissent en lumiere, donnant cette charge à Rob. Estienne le plus diligent de tant d' Imprimeurs qui ayent jamais esté, qui outre la beauté des characteres dont il se servoit à l' impression des Livres, mit encore peine qu' avec sa propre industrie & incroyable labeur, il tinssent de la meilleure correction qu' il fust possible. Et n' eust esté qu' il abandonna tant honorable entreprise, delaissant la ville de Paris pour aller demeurer hors le Royaume, le monde en bref temps eust joui de la meilleure part des bons Autheurs de cette Librairie, ou il eust acquis gloire immortelle.*

De Roberto Stephano plura si velis, adi Jac. Sylvium Isagoge in linguam Gallicam, Joach. Camerarium in Epistolis p. 468. Joh. Frisium in Præf. ad Dictionarium Latino Germanicum. Mathur. Corderium, Calvini in Literis humanioribus præceptorem, in Colloquiorum Præfatione. Du Puis sur le Dictionnaire de Nicod, & alios.

LEODEGARIUS AGATHOCHRONIUS.

DE eo sic Claudius Minos Præfatione in Alciati Emblemata à se commentariis doctissimis illustrata : *Alciati*

Librum Emblematum cum de manibus fere non deponerem, & multa in eo perobscura deprehenderem, in quibus hærebam diutius, & in multis nitendo sudans, quod tunc inopia pressius libros non haberem, sciscitabar ex Leodegario Agathocronio, Benedictino Divionensi, homine verè pio, & in Hebræa, Græca Latinaque lingua non mediocriter versato, unde mihi omnes nodi & scrupi dissolvi possent. Ille quidem de nonnullis me liberè admonuit, sed hoc maximè, ut fontem ipsum si fieri posset adirem, ex quo nimirum Emblema quodque sumptum esse constaret, & Alciatum Alciato Interprete, quoad ejus maxime fieri posset, enarrarem. Hucusque Minos. Hic Monachus Gallicè dicebatur Leger Bontemps, de cujus Scriptis consule Verderium in Bibliotheca. Claruit An. 1560.

PETRUS PICHERELLUS

Picherellum facit Essomensem Abbatem vir summus David Blondellus in Elucidationibus Gallicis de Eucharistia p. 335.

(a) Lege Franciscо.

DE hujus vita & morte in hæc verba Thuanus Lib. 4. vitæ suæ, ad An. 1589. *Sub Vesperam Theodorici Castrum ingressus Thuanus, cum Tympanum propter custodiam nocturnam pulsaretur, inter armorum strepitum in via obvium habuit Petrum Picherellum, Firmitate Auculphi in proximo natum, & in Essomensi Coenobio, olim monasticam professum; hominem trium linguarum peritissimum & acutissimi judicii, qui Jo. Patablo (a) olim cum Jo. Salignaco & Joh. Mercero, operam navaverat; qui prensum habenis equum sistit, ad quem repente conversus Thuanus, cum ecquid inter arma & tubas isthic locorum ageret, percontaretur, ille & diversorium suum in proximo ostendit, & ea die, quatuordecim horis, obfirmatis contra stridores & horrores auribus, dixit, qua & annum ætatis 79. clauserit, & finem elaboratis in B. Paulum commentariis imposuerit, absoluta ad Philemonem Epistola, jamque omnia descripta habere, prælis, cum commoditas sese offerret, committenda; quod ut contingeret, pro votorum summa exoptare: Se istius ætatis nullam adhuc corporis magnam debilitationem sentire, oculis & auribus integris valere, mentis pristinam vim servare, sed ut juvenibus multa accidere certum sit, quæ ipsos senescere non sinant, sic certissimum esse, senes diu vivere non posse. Huic Thuanus post elaboratos in B. Matthæum & Lucam Commentarios autor fuerat, ut in Paulum scriberet, & ille, eo autore, munus injunctum*

injunctum alacriter susceperat, quod in eo interpretandi genere, paucos admodum dignè se exercuisse arbitraretur. Nam extra causam religionis diligentiam Theodori Bezæ laudabat, sed post ejus messem magnum sibi & aliis spicilegium relictum dicebat. Sed mala sorte accidit, ut haud multo post placidissima ejus morte secuta, res omnis ad hæredes devenerit, homines ligitiosos, qui, dum se Cadmæa victoria utrimq; conficiunt, Avunculi supellectilem dissipari & in manus alienas transire passi sunt, à quibus vix spes est, ut redimi & ad publicam utilitatem prodire possint. Hactenus Thuanus. Hujus Opuscula Theologica, quæ reperiri potuerunt, partim antea edita, partim manu exarata, in unum collegit & publicavit doctissimus Theologus Andr. Rivetus *a*, Lugduni Batavorum A. 1629. Claruit A. 1560.

a Horum opusculorũ editorem esse Cl. Rivetum probo in Dissertatione Gallica ad exitum pene perducta, cui titulus est : *Découverte d'Autheurs cachez.*

Andr. Rivet dans sa Responce aux Lettres de la Milletiere, p. 169. & suivantes, *Voicy encore une autre censure de la Sorbone sans rien specifier & sans faire aucune application raisonnée de l'an 1629. contre les Opuscules de Pierre Picherel, qui estoit decedé en la Communion de l'Eglise Romaine, en un petit Prieuré de l'Abbaye d'Essome, ou sans aucune specification le premier de Septembre, ils condemnent le livre de Picherel, comme meschant & abominable, infecté de la puante Lepre Calviniene, & puant comme la Caverne de l'enfer ; & veulent que cette censure soit publiée, de peur que les Domestiques de la foy comme en une tempeste n'aillent briser la navire de leur Conscience, & ne soyent circonvenus par la lecture de ce Livre frauduleux. Elle est aussy injurieuse au nom de l'Autheur, qui y est appellé Desertor & Perduellis.*

Testimonia de Picherello & ejus Scriptis.

THeod. de Beze au premier Tome de son Hist. Ecclesiastique page 692. *Les Conferans du costé des Theologiens, furent Maillard Docteur de la Faculté de Sorbonne, les Docteurs Salignac, Despense, Boutiller, avec un homme docte nommé Picherel.*

Is. Causabonus (de quo alibi) Exercit. 16. in Baronium, numero 59. *Jam nomen Missæ Hebraicum esse vel Chaldaicum, putidissimum commentum est, hominum neque Hebræas neq; Chaldaicas literas*

intelligentium, aut certe judicii prorsus nullius : quod ab eruditissimis viris luce clarius est demonstratum, in primis autem à viro longe doctissimo Picherello Presbytero, in locum Matth. de S. Cœnæ Institutione. Alia Testimonia legere potes apud Thuanum ad An. 1562. & in Poëmat. pag. 161. & seq. edit. Patissonii; cui adde Bezam Libro citato p. 663. & 704. & Gatakerum in Cinno p. 136. & seq.

PETRUS CURCELLÆUS, *Candensis.*

PEt. Curcellæus Candensis apud Turones, vir Hebraicis, Græcis Latinisque literis haud leviter tinctus, Parisiis claruit Anno 1561. Hujus Scripta recenset Fr. à Cruce Cenomanensis in Bibliotheca.

PHILIPPUS BIGNONÆUS, *Aremoricus.*

*Ut Salmurii A. 1609. de quo lege elegantissimã Vossii Orationem in obitum Erpenii p. 12. & seq ubi loco Bignonæus male legitur Bignoræus.

CIrca Annum 1562. Linguam Hebræam Genevæ * docuit Philippus Bignonæus Aremoricus; inter discipulos habuit magnum illum Junium, de quo suo loco dicemus, qui grata recordatione in vita sua ejus meminit, his verbis: *Privatim Phil. Bignonæus Natione Aremoricus (qui nunc Rupellæ vivit) cum aliis Candidatis Hebrææ Linguæ me cœpit instituere.* Autor Civis Genevensis Gallicè editi p. 42. hæc de eodem habet: *Au rang des Professeurs en langue Hebraique est escrit François de Benjon, Gentilhomme de Bretagne*, ubi loco Franciſci, legendum ex Junio Philippus.

JOHANNES BRODÆUS, *Turonensis.*

Ex Sammarthano in Elogiis.

HIc præcellentis ingenii Vir, Cæsaroduni Turonum ex honesta Brodæorum familia, Patre Ludovici Regis cubiculario

lario genitus, abdicata Jurisprudentiæ cura, cui adoleſcens apud Biturigas, doctore Alciato, aliquot annos in ſpem civilis vitæ impenderat, totum ſe ad utriusque Linguæ bonarumque artium cognitionem & ſcientiam applicuit. Quarum incredibilem amorem jam olim à pueritia conceptum auxit etiam & inflammavit ipſa Petri Daneſii, Gallorum id ætatis doctiſſimi, conſuetudo & familiaritas, dum ambo Georg. Selvam, Regis ad Venetos oratorem, in legationis ornamentum ſecuti, erudita illa felicis Italiæ ingenia, Sadoletos, Egnatios, Bembos, Flaminios, & eorum ſimiles pari animorum contentione ſuperare contendunt. Hos enim Brodæus omnes, partim Venetiis, partim Romæ Georg Armeniaco Regis item adPontificem legato comes aſcitus, & vidit familiariter, & propter ſtudiorum conjunctionem facilè ſibi conciliavit. Hoc etiam aliquantò ſuperior, quod ad eas, quibus pariter incumbebant, elegantiores literas, & Mathematicas artes, & Hebræam Chaldæamque Linguam inſuper adhiberet. Quare in Galliam reverſus multa ſcripſit & publicavit tot ac tantis laboribus non indigna, in quibus principem locum tenent variæ Lectiones, diligentiſſimique in multos Græcæ Linguæ Autores Commentarii, maximeque in Epigrammata labore & induſtria Planudis monachi collecta, quorum & Brodæus bonam partem Latina venuſtate convertit. Inter hæc beata otia cœlebs & ſacratus cùm ad ſexaginta tres annos honeſtè pieque vixiſſet, ſub exitum primi civilis ob religionem Belli, cœpit levi tentari febricula, ſed ad extremum exitiali, dumque viribus paulatim deficientibus debitum à Sacris literis animi ſolatium petit, legente Anagnoſta, inter ſuorum amplexus & lacrymas felicem animam Deo reddidit. Funeratus eſt Cæſarodoni, Martiniana in æde, tumulo tenui nec admodum operoſo, ſed & Brodææ gentis inſignibus & ipſis amicorum Elogiis honeſtato, Anno 1563.

Variorum Teſtimonia De Brodæo & ejus Scriptis.

MUretus Var. Lect. Lib 10. c 6. *Secutus eſt homo multæ ac variæ Lectionis, Joh. Brodæus, qui Pedemate in hoc Juvenalis verſu*

legendum pronunciaverit. Hujus ego Miſcellanea, in quibus hoc tradidiſſe fertur, quamquam magno ſtudio quæſita, nunquam usq; adhuc reperire potui; Sed facile tamen ipſo Pedematis nomine video eum aliquod ſaltationis genus intellexiſſe.

Joſ. Scaliger in locos controverſos Rob. Titii 1586. p. 38. *De Strato non eſt cur incomparabilis viri manibus Joh. Brodæi inſultes. Habet enim ille Scotica Epigrammata, quæ tibi objiciat, & Mureto-Catullianos Galliambos. Fuit autem de bonis literis optime meritus, ſiquis alius, ac ne Italos quidem tuos excipio.*

Nic. Fullerus (de quo alibi) in Miſcellaneis Theologicis p. 557. edit. Argentoratenſis 1650. *Joh. Brodæus Turonenſis, vir eruditus, quàm diligentiſſime percontatus, & omnia penitus deditâ operâ de mari Rubro ſcrutatus, rei iſtius veritatem ex oculatis teſtibus compluribus exploratiſſime cognitam explicat in Miſcellaneis Lib. 3. cap. 9.*

Gul. Canterus Nov. Lect. Lib. 6. c. 23. *Brodæus primum (nam hoc quidem loco nomen ejus tacere non poſſum) ἀπαυτε legendum cenſuit. Non rides, Lector, hæc cum legis? Ego certe ſine riſu non ſcribo. Nam quis credidiſſet unquam (ut vocem ipſam excutere ſuperſedeam) tantæ lectionis virum ita fuiſſe omnium carminis legum rudem & imperitum, ut, quod ne per ſomnium quidem unquam feciſſet Euripides, ſecundo loco Spondæum collocaret pedem.*

Baptiſta Sapinus, Conſiliarius Regius, Epiſtola Præfatoria ad D. Fr. Maunium Burdegalenſium Archiep. in Brodæi Notas ad Euripidem 1561. *Edidit ſuperioribus annis Joh. Brodæus Turonenſis, Præſul Ampliſſime, in Epigrammatum Græcorum & Oppiani de Venatione Libros, Annotationes doctiſſimas, & omni ſcientiarum genere refertiſſimas, quæ illi non mediocrem laudem apud Literatos pepererunt & benevolentiam conciliarunt. Nam cum in Gallia & Italia, ab ineunte ætate non ſolum Literarum ſtudioſiſſimus, ſed avidiſſimus viſus eſſet, neque ſtudia unquam, tametſi in Cardinalium & Magnatum aulis verſaretur, remiſiſſet; ſperabant omnes, qui noverant, inſignem aliquem fœtum editurum, ægre ferebantque illius ſtudia ſitu quodam & ſqualore conſumi. Quod cùm, ut erat ab omni ambitione alieniſſimus, ne audiret quidem, & privatæ vitæ felicitate ac ſtudiis captus, ſolitariam quodammodo vitam degeret, de quibus nunc dixi Annotationes*

tationes in lucem edidit : non quod hiace laudem aliquam captaret, sed ut utilitati publicæ consuleret. Nam quod ad Epigrammata attinet, opus id sanè arduum, difficile, & immensum erat, ex plurimorum authorum sententiis, scriptisque compositum : Loci in his infiniti obscuri, & vix acri ingenio pervii. Oppianus adeò sibi parum constans, adeò lacerus & obscurus, ut author ipse si revixisset, opus suum procul dubio non agnovisset. In his verò exponendis restituendisque tantam diligentiam adhibuit, ut nihil intactum reliquerit, nihil denique prætermiserit, quod ad alicujus rei lucem facere videri posset. Suspectus fortasse ero, quod tam præclare de eo sentiam, qui cum apud me multis nominibus commendatus sit, tum patriæ, affinitatis & amicitiæ arctioris accessione persuasum me, amicè potius quam sincerè judicium ferre existimabis. At Sigismundi Gelenii viri docti & de literis bene meriti sententia me tuebitur, qui, cum nunquam Brodæum vidisset, sic in Præfatione Epigrammatum de eo sentit, ut ad ejus laudes nihil accedere possit, Leonem verè ex unguibus judicans; Ego verò, cujus efflagitationibus & opera, illa in lucem prodierunt, cum doctis Brodæum probari sensi, & rem successisse; in Euripidis Trægœdias Annotationes excudendas extorsi : sed cum Typographum conqueri audiissem, quod nullius præclari viri authoritate insignes prodirent; ac Brodæum nostrum tanquam Plagiarium à nonnullis, qui non novissent, notari, aut in suspicionem venire posse : operæ pretium me facturum existimavi, si in tali re amico adessem, &, quantum possem, testimonio meo hujus criminis suspicionem diluerem.

Quæ de eodem Thuanus habet, [a] hic non appono, quia eadem ferè sunt cum Elogio Sammarthani. Ipsa tamen si legere cupis, per me licet.

[a] Lib. 34. Hist.

Joh. Leunclavius notis in Xenophontem p. 1068. edit. Paris. *Certe hoc ipsum ἀξιομαχεσόμεθα, quod inepte alteri substituitur, profectum ab homine Gallo fuit, Brodæo nimirum Turonense, quem tamen ego tantum abest, ut insectari propterea velim, ut etiam verè lubenterque fatear, multa fuisse ab illo viro rectè non in uno authore restituta. Nimirum aliquando bonus dormitat Homerus.*

Justus Lipsius notis ad Taciti Germaniam, Lugd. Bat. 1589.

Jeh.

Joh. Brodæus hæc de Ulyſſis errore in Miscellaneis ſcitè coarguit, Brodæus vir ſive adoleſcens potius, *acris ingenii, probi judicii, lectionis diffuſæ, quem non magis in ore famæ eſſe miror, imo indignor.*

* Neſcivit Lipſius Brodæum obiiſſe Sexagenario majorem. Juvenis etiam vocatur à Clavero in Claud. 1602. p 9.

Tho. Dempſterus in Indice Authorum in Antiquitates Romanas Roſini. 1613. *Johannes Brodæus criticus magnæ eruditionis.*

Jac. Durantius Caſellius J. C. in Variis p. 32. 1582. *Vir egregiæ eruditionis Joh. Brodæus.*

* Voyes les Lettres Fr. à Scaliger recueillies par Jaq. Renes p. 29, & 339.

* J. Bongars à Scaliger de Strasbourg le 27 Juill. 1608. *Je vous envoiray ce que j' ay de la main de Brodæus ſur le Simplicius.*

De eodem Joſ. Scaliger Lib. 2. c. 25. Auſon. Lect. Lipſius Epiſt. 65. bis, Centuriæ 1. miſcell. Cauſaubonus in v. 14. c. 3. Lucæ. Bon. Vulcanius in Agathiam p. 6. Paulus Leopardus acerrimi vir judicii, Lib. 7. c. 15. Emendationum. Joh. Savaro ad Sidonium p. 209. Epiſtolarum. Hotomannus de verbis feudalibus voce Marchiones. Gerbelius in Græcia p. 198. Heinſius ad Theocritum p. 381. edit. 1604. Petrus Faber in Agoniſtico p. 555. & 643. edit. 1595. & alii.

PERUS BOQUINUS,
Biturix.

PEtrus Boquinus Theologus Reformatus, & Heb. Ling. Profeſſor, cum Lauſannæ manè & à prandio Concionem Catecheticam habuiſſet, veſperi alterius concioni interfuiſſet, in cœna hilaris fuiſſet, ea finita deambulando ſe recreaſſet, domum regreſſus, dum familiarem quendam ægrotantem conſolaretur, ἑκάτως ἔχειν cœpit, & cum dixiſſet, Domine ſuſcipe Spiritum, & ad ſervum accurrentem, Ora! placide exſpiravit A. 1582.

Hujus Scripta quædam Theologica recenſentur in Catalogo Libb. Bibliothecæ Bodleianæ; Alia in hujus vita, à Melch. Adamo fuſè ſcripta.

Pag. 243. Jehan Chaumeau Seig. de Laſſay dans ſon Hiſtoire de Berry imprimée l' an. 1566. *Les Docteurs que j' ay cogneus dans la noble Academie de Bourges, ſont Maiſtre Pierre Boucquin, Profeſſeur de la langue Hebraique, &c.*

Lud.

Lud. Masurius in Poëmatibus Bas. 1574. p. 89.

Plurima cum Zancho docuit Doctore Boquinus,
Doctrina insignes & pietate viri.

De eodem Cl. Alberius Triuncuranus Epist. præf. ad Joh. Bovium, in Theophrasti Characteres 1582. Zanchius in Miscellaneis 1593. Beza in quadam ad Thomam Tilium Epistola, & alii.

JOHANNES SALIGNACUS, *Petrocorius.*

DE eo sic Thuanus ad A. 1547. *Ex Fr. Vatabli discipulis fuit Joh. Salignacus, nobilis Petrocorius.*

La Croix du Maine dans sa Bibliotheque 1584. *Jehan de Salignac Docteur en Theologie, natif du pais de Lymosin, homme fort docte és langues, & principalement en Hebreu. Il a escrit plusieurs Livres tant en Latin qu'en Francois, desquels il y en a quelques uns imprimez à Paris & en autres lieux. Il florissoit à Paris du temps de Charles 9. l'an 1564.* Le mesme à la p. 493. du mesme Livre, dit quæ *I. Salignac estoit de Perigrod, & qu'il florissoit sous Henry* 2. En quoy je crois qu'il le faut plutost suivre, sur tout apres le tesmoignage de Mr. de Thou, qui le dit estre du mesme lieu. Pour le temps au quel Salignac floriſſoit, l'on ne peut revoquer en doute, qu'il n'ayt vescu sous Henry second & Charles 9. comme la Croix du Maine le dit icy, puis que luy mesme nous en assure dans une lettre à Mr. Calvin, qui se lit parmy celles de ce grand homme.

Gul. Postellus Præfat. ad Lectorem in librum de Linguarum affinitate 1538. *Ad hunc Librum edendum mihi animum fecit Fr. Vatablus. Non dissimile visum est Joh. Salinæo primæ notæ & eruditionis Theologo, mihi amicissimo, & quem revera meritò Vatablus agnoscat discipulum, ut pote qui non tantum sacrarum Literarum abstrusa scrutetur, sed qui more Præceptoris nullum disciplinæ genus sibi intactum velit aut relinquat.*

Gilbertus Genebrardus in Isagoge ad legendos Rab-

binos Paris. 1563. p. 4. εἰς ἐυλαβέστατον Θεόλογον ΙΩΑΝ. Σαλ. τῆς γλώττης ἱερᾶς προστάτην. In sequentibus habentur versus Hebræo-Græci. Lud. Masurius, Poëmat. p. 89. 1574.

Æde Salinæus convivam lætus amica
Excipit, & memori gaudia mente gerit.
Prima Salinæus Musarum gloria, mecum
Regia quem multos viderat aula dies.

Claudius Grangæus in Historia de Bello Civili p. 14. 1589. *Anno 1565. Lutetiæ diem suum obiit Adrianus Turnebus. Puriorem is religionem animo amplectebatur, metu tamen periculi suam ea de re sententiam occultabat. Verum cum se mortifero morbo urgeri sentiret, monitu & hortatu Joh. Saliniaci Paris. Theologi, qui palam à Pontificiis ad Euangelicos transierat, eam se probare professus est fidei confessionem, quam Euangelici sex ante annis publicassent.*

Hæc à nemine legi animadversa, ut nec sequentia his consona, Pauli Manutii ad Pet. Perpinianum; Sed quid est, *inquit*, quod de Turnebo, tali viro, utinam falso rumore, dissipatur, aversum à salute periisse? ô magnum malum, nec re magis quam exemplo, nam plebs imperita, licentiæ cupida, si peccat, minus mirum; doctos viros rectis antea sensibus euntes offendere & labi matura jam ætate, quis non ingemiscat? *Alia nec minoris momenti habes in Libello inscripto* Raretez d'estude, *quem cum bono Deo propediem editurus sum.*

Joh. Gul. Stuckius Præf. ad Lect. in Antiquitates Convivales An. 1582. excusas, *Postquam peregrina in loca à Parentibus meis missus sum, Lausannæ Joh. Randono & Francisco Beraldo, & Argentinæ Fr. Hotomanno, Joh. Sturmio, & Lutetiæ Parisiorum (quo bis profectus sum) Sanctogermano, Carpentario, Ramo, Forcadello, Turnebo, Lambino, Aurato, Peregrino, Mercero, Salignaco, Genebrardo, Quinquarboreo, Querculo, & Tubingæ Scheggio, Heylando, Crusio, Lieblero, Hizlero, & Patavii R. Menahemo Judæo, Panzerollo & aliis Ling. Lat. Gr. Hebraicæ, totiusque ἐγκυκλοπαιδείας optimis fidelissimisque Præceptoribus sum usus.*

Gilles Menage dans ses origines de la langue Fr. p. 358. *Salignac Lecteur du Roy & Professeur en langue Hebraique; Cantica quæ dicuntur graduum, dicuntur Hebræis ab ascendendo* סעלית *id est Ascensionum, quæ sc. populus cum ascenderet & peteret Jerosolymam, canebat. Sese enim pii, ad solemnia festa ex Dei præcepto properantes, confirmabant his canticis & solabantur: Cui & hoc*

consonat

consonat quod est in his Canticis, Ascensionum. Salignac se trompe, ces Pseaumes sont ainsy appellez des quinze degrez qu'il y avoit depuis le parvis qu'on appelloit Azara, jusq' au Temple Hecar; sur lesquels les Levites estant assis chantoyent ces Pseaumes.

De eodem Carpentarius in Responsione ad Thessalum Ossatum p. 7. 1564. Beza in historia Ecclesiastica Tomo 1. p. 692. 693. & 704. & alii.

PETRUS VALLA, *Parisinus.*

DE eo, tanquam Syriace doctissimo, Lambinus Epist. Præfatoria ad Enricum Valesium Andium Ducem, Lut. 1567. *Fratri tuo*, inquit, *Alenconiensium Duci Præceptor contigit Petrus Valla, Antistes Ecclesiæ Sagiensis, vir omnium laudatarum atq; ingenuarum artium, duarumq; linguarum eruditarum Græcæ & Latinæ, & præterea Syriacæ peritissimus; deinde eo morte immatura extincto, Robertus Furnerius, Ambianensis.* Obiit An. 1564.

La Croix du Maine dans sa Bibliotheque, *Pierre du Val, Parisien, Docteur és Droicts, Evesque de Sées en Normandie, homme docte és langues, & versé en plusieurs arts, sciences & disciplines, & sur tout Grand Theologien.* In sequentibus Scriptorum Catalogum texit, quem huc referre supersedeo.

De eodem Thuanus ad A. 1561. & 1562.

ÆGIDIUS BURDINUS, *Parisinus.*

Ex Sammarthano in Elog.

BRularto successit Ægidius Burdinus Parisiensis, in cujus hominis obeso gravique corpore vividum & velox ingenium licebat admirari, vel ob id maxime, quod sepultis, ut quidem videbatur, altissimo semper sopore sensibus, cum indesinenter sterteret, nihilominus & loquentes probe audiret, & illis appositissime responderet. Disciplinas certe omnes tanta celeritate hauserat, ut puer ipsos Linguarum & Philo-

Sa Femme se nommoit Ysabeau de Fusée, à qui Belleforest dedie le 2. Tome des Hist. Tragiques.

ſophiæ Magiſtros laceſſeret ac propè ſuperaret. Quotus vèro quisque potuit è noſtratibus reperiri, qui ad eum Linguæ Græcæ perveniſſet uſum, ut, quod vir ille maximus in Ariſtophanem egregiè molitus eſt, antiquos Græciæ autores, ſua ipſorum lingua explicandos enarrandosque ſuſciperet? Præcipuum tamen ei ſtudium fuit Jurisprudentia, cujus auſpiciis forum ingreſſus, qualem ſe quantumque geſſerit, ex eo potuit intelligi, quod unus inter tot excellentes cauſarum Patronos electus eſt, qui graviſſimum illud Regii cognitoris munus in ſupremo Regni Senatu ſuſtineret. Tandem eo, quem dixi, corporis habitu, in apoplexiam facile incidit, qua repentè oppreſſus, Anno 1570. ætatis 53. expiravit. Cæterum ex tanti viri laboribus, præter Græcos illos Commentarios, leguntur pauca tantum, quibus nonnullam juris Gallici partem interpretatus eſt. Adeò lectiſſimis illis hominibus, qui maxima Reipublicæ negotia gerunt, parum vel otii vel etiam animi ſupereſt ad meditandum & ſcribendum.

ÆGIDIO BURDINO
Claudius Eſpencæus hoc Carmine parentavit.

Suſtinuiſſe diu tam multa negotia mirum eſt
Corpore tam craſſo, tam modicoque virum.
Corporeo ſed mens vivax incluſa ſepulchro
Res potuit tantas ſuſtinuiſſe diu.
Audiit & legit momento & ſcripſit eodem,
Et reſponſa pari ſedulitate dedit.
Pace vir & bello bonus, aptus & utilis urbi,
Commodus ille foro, commodus ille domi.
Quem modò res, cauſas modo curia vidit agentem,
Sollicitiſque domus ſemper aperta reis.
Siccine tam vigiles, quos hæc tam mœſta tulerunt
Sæcula, ne quod agant deſit, agunt animam?

Vario-

Variorum Teſtimonia de Bordino & ejus Scriptis.

LA Croix du Maine dans ſa Biblioth: *Meſſire Gilles Bourdin Chevalier, Seig. d' Aſſy, Bougival, Santo, Rouveray & autres Seigneuries, Conſeiller au privé Conſeil du Roy & Procureur General de ſa Majeſté au Parlement. Ce Seigneur eſtoit fort docte és Langues, Grand Jurisconſulte & extremement verſé és affaires d' Eſtat. Il mourut à Paris l' an 1570. Pluſieurs doctes hommes ont eſcrit des Epitaphes ſur la mort d' iceluy, imprimez chez Rob. Eſtienne en meſme année.*

André Thevet Liv. 15. de ſa Coſmographie; *Gilles Bourdin, Procureur General, outre la parfaite cognoiſſance du Grec, Ambe, Hebreu & Chaldaique, a fait voir par ſes œuvres qu' il y a peu d' hommes en France qui l' ayent en rien eſgalé.*

Pierre de Ronſard dans l' Ode 23. du liv. 5. parlant de Bourdin.

Il doit ſur tous avoir le prix
Comme aux trois langues bien appris,
Faiſant ſeul cas des doctes hommes,
Qui par ſon ſçavoir honoré
A presque tout ſeul redoré
Cet âge de fer ou nous ſommes.

Joh. Auratus in Poëmat. p. 162. & ſeq.

Nam Græcam, Latiam juvenis callebat, Hebræam
Jam ſenior Linguam, Chaldaicamque ſimul.

& quæ ſequuntur.

Amadis Jamin dans ſes Poeſies. p. 224.

Qui ne ſçait des Bourdins & Brularts le ſçavoir,
Et comme ils n' ont jamais oublié leur devoir,
Pour bien ſervir les Rois d' un fidelle courage.

Le Pere Jacob dans ſon Traité des Bibliotheques;

La memoire de ce tres ſçavant Gilles de Bourdin, Procureur General du Roy au Parlement de Paris, n'eſt pas ſeulement recommandable pour les grandes qualitez d'eſprit qu'il poſſedoit, ni pour les doctes obſervations ſur la Couſtume de Moulins qu'il a laiſſé au public: Mais elle le doit encore eſtre pour une tres exquiſe Bibliotheque qu'il avoit erigé avec de grandes deſpences & de grandes ſoins, laquelle a merité beaucoup de louanges par deux excellens Poëtes de ſon temps, ſçavoir Pierre de Ronſard & Jeh. d' Aurat.

De eodem Joh. Imbertus popularis meus in Enchir. p. A. 3. edit. 1558. Julianus Taboetius in Regal. Paradox part. 3. p. 119. Fr. Balduinus Epiſt. Præfatoria in opera Eguinarii Baronis J. C. Gohorius in libro de notis & zipheris p. 6. 3. Adr. Pelæus Epiſt. in Lib. de rei alienæ diſtractione. Lud. Dorleans in Expoſtulatione p. 78. Jac. Prevoſtæus in Orat p. k. 3. Steph. Paſchaſius in Epigr. p. 22. Barn. Briſſonius p. 117. Oper. Var. Mornacus in Elogiis, & multi alii.

LUDOVICUS QVERCULUS, *Turonenſis.*

LUdovicus Querculus Matri meæ cognominis, in Supremo Senatu cauſarum Patronus, Collegiique patrii Gymnaſiarcha, Linguam Hebræam in Collegio Vindocinorum docuit circa Annum 1572. ut teſtatur ejus Epiſtola quædam Gallica ad Fr. Beraldum, quam ex Autographo hìc exhibeo.

A Monſieur Monſieur Berauld, Principal du College de la Rochelle.

MOnſieur & antian amy, Dieu m'a donné le vouloir à ce matin de vous eſcrire de mes nouvelles, comme j'ay entendu des voſtres par Monſieur le Principal de Vendoſme. Sçachez donc s'il vous plaiſt que par la grace de Dieu j'arrivay en ceſte ville des le 24. Avril dernier paſſé, ou je me preſentay à Meſſieurs pour encommencer à bien faire, mais il s'y trouva des Adverſaires auſſi bien que à Montargis, comme vous avez bien

bien ſçeu, & m' aviez promis de m' en faire le diſcours ; mais je vois bien que m' avez oublié ; Dieu cependant m' incita d' aller viſiter les Egliſes Ref. en Touraine, ou je remis en memoire, *Nemo Propheta, &c.* Pourquoy m' en revins encore en mon Hermitage, ou j' ay trouvé peu de ſecours ſinon en Dieu qui m' a conſervé en bonne ſanté corporelle juſques icy. Lors voyant que le Roy eſtoit à Blois je me retiray chez Mr. de Valores, ou Berauld me preſentoit quelques fois le hanap quand je diſnois avec ſon dit maiſtre, qui commençoit à gouſter la vertu & douceur de la Langue Hebraique. Cependant que je pourſuivois en vain de rentrer en mon College de Tours, je deviſois quelques fois avec Meſſieurs les Mareſchaux de France, Meſſieurs les Gardes des Seaux, Meſſieurs du Conſeil Privé, Monſieur l' Admiral & ſa noble Compagnie, & autres gens de lettres, qui me promettoyent toute faveur. Toutesfois je n' ay jamais ſçeu autre choſe impetrer d' eux ſinon que le Roy mandoit à Mr. le Prevoſt de Paris de chaſſer mes Voleurs dudit College, & eſtablir ung Oeconome qui jouyroit cependant &c. & de tout nulle execution. Ne faut oublier que Mr. de Morvilliers me donnoit quelques fois à diſner avec ſa noble compagnie, ou je n' eſtois pas touſiours muet, non plus qu' à la ſainte table de Monſieur de Lizy, qui me nourriſſoit volontiers tant qu' il fut à la Court. Lors voyant qu' il eſtoit temps de ſemer, je m' en revins en ma petite loge, ou j' en commençay de ſemer la verité Hebraique au College des Vendoſmois, mais apres avoir bien travaillé, nul ne me preſentoit ung voirre d' eau froide, ſinon Meſſieurs la Meziere & Chreſtian qui m' ont appellé pour diſner avec eux quelquesfois, & Mr. le Miniſtre par trois fois. Meſſieurs du Conſiſtoire cognoiſſans que XII ou XIII perſonnes avoyent profité en noſtre Eſchole, environ la S. Martin, me firent preſent de 15. Livres ſans autre promeſſe, dont j' ay veſcu quelque peu de jours aſſez eſcharſement. Aujour d' huy pour vivre j' emprunte de quelques Amis, ou vends partie de mes Livres, & engage l' autre en attendant en patience le joyeux advenement de la Royne de Navarre, ou autre ſecours qu' il plaira à Dieu m' envoyer en continuant mon labeur &c. *Ludovicus Querculus Gymnaſiarcha Collegii Turonenſis,*

sis, & publicus לשון הקודש *Professor, die secunda Januarii hora prima* σὺν θεῷ *Heb. Grammaticam Clenardi sedulò prosequetur, magis seria propediem aggressurus in Collegio Vindocinorum.* Si Dieu eust voulu que je fusse demeuré à Montargis durant la maladie de Monsieur de Ville Mareschal, comme Mr. Beroald, je me persuade qu'il m'eust legué quelque chose & à d'autres indigens dont je luy eusse fait memoire, comme je faisois le temps passé devant qu'il receust aucuns flateurs à sa table: escrit ce 4. Januier 1572.

Vostre antian amy
LOYS CHESNEAU.

Testimonia de Querculo.

CArolus Molinæus, Galliæ & Germaniæ Doctor, in Collatione 4. Euangelistarum p. 152. edit. 1565. *Vocis Hosanna genuini sensus me monuit vir pius & doctus Dominus Lud. Querculus, Hebraicarum Literarum Professor, & in Supremo Senatu Advocatus, Collegiique Turonensis Præfectus.*

Marcus Ant. Muretus Jano Brinoni Lut. 8. Kal. Dec. 1552. *Comes Alsinous multa de te honorificentissime commemoravit, tùm ea, quæ tu in Lud. Querculum hominem optimum & doctissimum, institutorem olim tuum, benignissime & fecisti & quotidie facis.*

Leodegarius à Quercu ad Janum Brinonem de ejus benignitate in Lodoicum Querculum olim suum Præceptorem, p. 376. Tomi 1. Florum Epigrammatum 1565.

Joh. Gul. Stuckius de Querculo cum laude, Præf. ad Lect. in Antiquit. Convivales 1582.

Ad Clarissimum virum Joh. Brinonem in Querculi Præceptoris commendationem, Fr. Beraldi Epigramma.

Ex ejusdem Poëmat. MSS.

Ἡ πάρος ἐν δρυμοῖσι θαλῆσ' ἐριθηλέσιν ὄζοις
Ἡ πάρος εὐπετάλοις σύσκιος ἀκρέμοσι

Ἡδ'

Ἠδ' ἡ δρῦς σφετερῆσιν ὑποκλινθέντα κόμησι
Πολλάκι δεξαμένη εἴδε σὲ λαμπρὲ Βρίνον
Καὶ σὲ κλάδοις στεγανοῖς ὑπνοῦντα τε κρόψε καὶ ὕπνου
Λωφήσαντα θέρος σφοδρὸν ἀμυνομένη
Αὐτὰρ τοῖς βαλανοῖς οὐ χόρτασεν, ἀλλ' ἀμιάντου
Κόσμησεν σοφίας ταῖς ὑποθημοσύναις
Νῦν δ' αὐτὴ γήρᾳ δεδμημένη, ἠδ' ἀπέτηλος
(Χεῖμα γὰρ ἦλθεν ὅλως δένδρεσιν ἀντίβιον)
Ὀθνείης ῥίζαις ἱδρύνεται, ἶσα λαβοῦσα
Σοῦ πάρα, καὶ πολλῶν μισθὸν ἔχουσα πόνων
Θάλπεις γοῦν τῆς γραῦν, καὶ τὸ κρύος ἐχθρὸν ἀπείργεις
Καὶ γυμνὴν κεύθεις τῇ χθονὶ πιοτέρᾳ
Ἄξιος εἰς εὔχους ὃς τἄλλά γε δένδρα διδάσκεις
Μούνοις γειοπόνοις μνήμοσι καρποφορεῖν.

GUIDO & NICOLAUS FABRICII, JACOBI FILII.

HIc locum jure merentur hi duo Fratres, à patria Faleziani, tum ob singularem Orientalium linguarum cognitionem, tum ob insumtam in Biblia Complutensia haud pœnitendam operam. Age igitur, quandoquidem pulchrum est laudibus efferri, sed à laudato viro, quodnam fuerit de iis Judicium laudatissimi viri Benedicti Ariæ, (de quo alibi) à loco in quo natus est, Montani dicti, paucis videamus; Sic autem ille de Guidone, *Guidonem Fabricium, tum genere tum ob præclaras animi dotes verè nobilem, atque inter Clarissimos Galliæ Poëtas non immerito connumerandum, Catholicæ Ecclesiæ & religionis Christianæ studiosissimum, Hebraici idiomatis peritissimum, atque adeo Syriacæ linguæ insigni cognitione ornatum, non est quod meis verbis hoc loco commendem; Ejus quippe insignis eruditio & opera, qua nos in hoc opere mirifice juvit, ipsa per se satis prædicant, à Studiosis omnibus huic viro plurimum deberi.* De Nicolao vero hæc ibidem addit: *Nic. Fabricium, Guidonis Fratrem, in Antiquis ac potissimum in Hebraica lingua non infeliciter versatum, qui sua diligentia & continuis laboribus in hoc opere transcribendo, interpretando & corrigendo inter cæteros nobis*

Præfat. ad Lect. in Biblia Regia.

bis etiam adjumento fuit, huic Catalogo meritò inſerendum duximus. Claruerunt An. 1572.

Alia Teſtimonia de Fabriciis Fratribus.

JOh. Buxtorfius, Joh. Uytenbogardo, Baſil. 15. Mart. 1610. *In Lexico Chald. Syr. Thalmudico .. Rabbinico non tranſcribo aliorum errores, quod fecit Guido Fabricius (quantus tamen vir!) ſed novo ſtudio & labore exquiſito, ex ipſismet Autoribus Hebræis ſignificata colligo, ac priorum errata corrigo, exemplis omnia illuſtrando.*

S. Bochartus in Geographia S.p. 342. *Quod vir, qui in his literis paucos habuit æquales, Boderianus in Lexico Chaldaico, admirationem explicat vocem* צירון *non ſine admiratione legi. In loco, quem citat ex Libro Vaikrà Rabba, nihil tale habetur, nec ibi explicatur* צירון, *ſed* צרא *vel* הצרא *ex Dan. 3. 14.*

La Croix du Maine dans ſa Bibliotheque. *Guy le Feure, Sieur de la Boderie, natif de Falaiſe en Normandie, homme des plus doctes és langues que nous ayons veu de noſtre temps, Præcepteur de Monſieur Frere du Roy & ſon Interprete ès langues eſtrangeres.* In ſequentibus afferuntur ejus Scripta Gallica.

Le meſme au meſme Livre; *Nicolas le Fevre, frere puiſné de Guy le Fevre, tous deux hommes tres doctes és langues.*

Thuanus ad A. 1598. *Arias Montanus egregiam admodum navavit operam in Bibliorum Complutenſium editione, cum Fabriciis Boderianis Fratribus Falezianis Antverpiæ.*

Andr. Thevet Liv. 15. c. 23. de ſa Coſmographie; *Qu' eſt ce que je diray de Guy le Fevre tant bien auſſi verſè aux langues, ſinon qu'il a taſché d' imiter la facilité des plus doctes Rabbins qui furent onques des ſiecles paſſez: Il nous l' a certes bien monſtré traduiſant le N. T. de langue Syrienne en Characteres Hebrieux, depuis mis en Latin & imprimé dans la Bible d' Anvers.*

De eodem Fr. à Pulchro Nemore in Coſmographia To. 1. p. 117. quam ſi placet conſule, nam Liber non eſt ad manum.

ANTO-

ANTONIUS RODOLPHUS CEVALLERIUS, *Moncampienſis.*

HIc Moncampio vico juxta Viram in Ulteriore Neuſtria natus eſt, familia nobili, quippe ex qua Cevallerii Agnelli Fratres prodiere, qui ingenium in Poëtica exercuerunt. Is cùm à puero linguæ Heb. operam dediſſet Lutetiæ Pariſiorum ſub Fr. Vatablo, in Anglia Oxonii ſub Paulo Fagio, inde inter domeſticos Eliſabethæ, quæ poſtea Regina fuit, aſcitus, cupidam diſcendi Virginem Linguam Gallicam docuit. Dein poſt Edvvardi ſexti obitum, in Germaniam profectus, uxoris Immanuelis Tremellii filiam ex priore marito in uxorem duxit, ita ut vulgo Tremellii gener crederetur, cum eoque Linguæ S. peritiſſimo majores ſemper in eadem progreſſus fecit: Dein Argentinam Anno 1559. evocatus eſt. Aureliæ Alloborgum diu poſt magna cum laude nec minore in omnes fructu docuit, ut ex Theſauri Sanctis Pagnini multa acceſſione locupletati editione, ab eo tunc temporis procurata, patet. Quadriennio dein exacto, patriæ viſendæ deſiderium ut aliqua ex parte expleret, Cadomum venit, in eaque urbe pacatè manſit, quouſque bello civili recrudeſcente in Angliam profugere coactus, à memori Regina perhumaniter exceptus eſt. Facta demum apud nos pace, Cadomum revertit; unde tandem Anno 1572. poſt tumultum Pariſienſem rurſus migrare coactus, cùm ſibi in Angliam neceſſariò renavigandum videret, homo jam pridem valetudinarius, ad Grenezæam Anglicanæ ditionis Inſulam nauſeabundus divertit, in eaque morbo fatali oppreſſus, exeunte Septembri Anno ætatis 65. deceſſit, relicto filio (nomine Emmanuele) qui Cantuariæ vixit. Præter Grammaticam linguæ Hebrææ exactiſſimam, & Theſaurum quem dixi, Novam Bibliorum Editionem quadrilinguem aggreſſus fuerat, magna diligentia adornatam, cujus primam partem, qua Pentateuchus & Joſuæ liber continentur, manu ipſius eleganter deſcriptam mihi videre contigit. His adde verſus Hebræos in Joh. Calvini mortem, inter Poëmata Bezæ, & Druſii Elogium hujus vitæ inſertum.

Ex Thuani Hiſtoriis in 8vo, nam hæc in aliis deſunt.

Variorum Teſtimonia de Cevallerio & ejus Scriptis.

IMmanuel Tremellius (de quo alibi) Friderico Com. Pal. in Hoſeam 1562. *Bucero & Fagio ut operis adjutor Cantabrigiam miſſus ſum unà cum genero meo Ant. Cevallerio, cujus licet eruditio ad tantorum virorum excellentiam non accederet (non enim hoc ejus ferebat ætas) tamen ad promovenda Heb. Studia, id eſt ſolidæ Theologiæ nervos, ejus ardor & incredibilis diligentia plurimum contulit ac profuit.*

Th. Beza Præf. ad Lectorem in N. T. Anni 1559. *Hebraiſmos plurimos obſervavi, partim doctiſſimorum hominum commentariis, partim quorundam amicorum & collegarum meorum ac præſertim Ant. Cevallerii (hominis non vulgari doctrina & ſingulari quodam judicio præditi) diligentiâ, operâ, ac eruditione ſummoperè adjutus.*

Joh. Druſius (de quo alibi) in Libello de voce Elohim p. 55. *In voce Elohim ponitur in Theſauro Pagnini litera C. quæ Cevallerium ſignificat. Is erat Ant. Rod. Cevallerius natione Gallus, quem honoris cauſa nomino.*

Idem Tetragrammato ſuo inſeruit Ant. Rod. Cevallerii Epiſtolam ad Epiſcopum Elienſem, cum Elogio.

Idem Præfat. ad Lectorem in Oſeam: *Hunc Prophetam Præceptor meus p. m. Ant. Rod. Cevallerius dicebat omnium difficillimum eſſe.*

Idem in Quæſt. Hebraicis p. 56. *Clariſſimus vir A. Cevallerius, quo doctore uſus ſum in Anglia & doctiſſimo & mei amantiſſimo &c.*

Idem pag. 145. *Excellentis doctrinæ vir Ant. Cevallerius, quem honoris cauſa nomino, &c.*

Bonaventura Cornelius Bertramus D. Chriſtophoro, Comiti Pal. in Comparationem Gram Heb. & Aramicæ 1574. *Cæterum plurimi de his rebus memoria noſtra ſcripſerunt; & quidem inter cæteros Antonius Cevallerius, p. m. vir doctiſſimus, cui in hac docendi provincia ſucceſſi.*

Idem Epiſt. Præfat. ad Arnoldum Ferrerium in Theſaurum linguæ S. ſuis & aliorum notis illuſtratum, de Cevallerio ſæpe cum laude.

Eun-

Eundem laudat Pet. Cevalerius Præf. in ejusdem Rudimenta linguæ Heb. à se observationibus aucta, Anno 1590.

Simeo Muisius in Castigationibus Animadversionum Morini 1639. p. 163. *Quis Grammaticorum non docuit Kibbuts loco Schurec non rarò usurpari? ita docuit doctissimus & accuratissimus Ant. Rod. Cevallerius, Rudiment. Heb. Linguæ Tract. 2. c. 12. Ita post eum B. C. Bertramus, perquam diligens item Grammaticus.*

Joh. Seldenus (de quo alibi) Lib. 1. de Synedriis Hebræorum p. 626. *Versionem Cevallerii, puto Antonii, tam Hierosolymitanæ quàm Jonathanis Paraphrasis, mecum nuperrimè communicavit vir eruditiss. optimusque Mericus Casaubonus ex supellectile sc. Patris libraria, in qua delituerat.*

MATTHÆUS BEROALDUS, *Parisinus.*

MAtthæus Beroaldus vir Theologicarum, Historicarum, & Mathematicarum rerum gnarus, Linguam Hebræam Aureliæ profitebatur circa Annum 1565. Dein Genevam profectus, Philosophiam ibidem docuit. Claruit A. 1573. Nihil ab eo editum vidi, præter Chronicon, de quo Vossius in Opere de Scientiis Mathematicis p. 232. & seq; Filium reliquit nomine Franciscum, Dominum de Verville, cujus Scripta extant.

Testimonia de Beroaldo.

JOh. Mercerus Lectori in Tractatulum R. Judæ de Accentibus, Paris. 1556. *Ex Fr. Vatabli Bibliotheca hæc & alia nobiscum à Matth. Beroaldo, magnæ spei Juvene, communicata, tibi impertiri statuimus.*

Idem Ling. S. Studiosis in Librum R. Judæ de Accentibus 1565. *Debetis hæc omnia Matthæo Beroaldo, hujus Linguæ apud Aureliam doctissimo Professori.*

Lambertus Danæus, p. 812. Operum Genevæ 1583.

Illa Paradisi Regio, Mesopotamiam, felicem Arabiam & Syriæ partem orientalem ad Damascum complectitur, ut nos docuit Beroaldus, *vir in Hebræis doctissimus.*

Th. Beza in Act. 13. 20. *Hoc loco aliam supputandi rationem iniit vir Beatæ memoriæ, & meus superioribus annis in hac Ecclesia collega* a *Beroaldus.*

a Hinc patet Beroaldum Ecclesiæ Genevensis fuisse Pastorem.

Josephus Scaliger in Opusculis à Casaubono editis, p. 141. *Beroaldum, optimum & eruditissimum virum, non puduit anno vigesimo nono ætatis Herodoti initium Cyri repetere.*

De eodem, Linguæ S. Aureliæ Professore, cum laude Aubignæus in Historia, ad A. 1572. & 1573.

I. Mallot à Monsieur Berauld Principal du College de Montargis, *En habetis tandem Literas, Mi Beralde, quibus ad Santonum Portum evocamini, superest, ut intelligamus, quo modo vobis placeat oblata conditio, quæ plerisque omnibus videtur opima neque ullo modo recusanda. Nam si ii estis, tu inquam, Mi Beralde, & utrique nostrum conjunctissimus Beroaldus, qui cum bona Aureliæ venia, Dei (sic enim existimo) vocationem sequi velitis, dabo ego operam, ut cum eritis ad iter parati, dentur vestrum utrique quinquaginta nummi aurei ex mandato D. Amiralii,* a *qui præter annua stipendia 50. Librarum pollicetur omnem & Principum & Rupellensium humanitatem. Cujusmodicunque futurus tandem sit rerum nostrarum eventus, non potestis tutius habitare, quàm ubi, ad vitandas impiorum insidias, degunt ipsi Ecclesiarum Conformatores, utcunque alibi sit vel cœlum clementius vel conditio luculentior. Sed nolo ego quicquam amplius in ullam partem. Vale, Suavissime Beralde, cum Conjuge Charissima, & nos amare perge. Castellione raptissimè X. Kal. Majas 1571. DD. & Fratres exoptatissimos, Chamierium & Doctissimum Beroaldum, meis verbis salutabis, si non est molestum.*

ExAutographo.

a Gasp. nim. Collinii, cui à Sacris erat Mallotius.

Scaliger in Epist. 1627. p. 259. *Pugionis fidei hoc unicum Exemplar, præter aliud, quod penes Matthæum Beroaldum fuit, Toloſæ extare scio.*

De eodem vide Querculi Epistolam à nobis supra allatam. Danæum pag. 900. Operum. Bertramum in Epist. Gallicis ad Scaligerum. Choisny ibidem, & alios.

JOHAN-

JOHANNES MERCERUS, *Uticenſis.*

Sublato è vivis Fr. Vatablo, Hebraicarum Litérarum apud Gallos inſtauratore, unus in ejus locum ſuffici promeruit Joh. Mercerus, cui primas in eo genere docti omnes magna cum ingenii admiratione deferebant, & eò quidem majore, quod ſerius ad hæc ſtudia ſe applicuit. Cùm enim, ut erat honeſta ortus familia, in eam ſpem à ſuis educaretur, ut ſibi ad Reip. gubernacula & dignitates viam pararet, Juri Civili operam adoleſcens Avenione Tholoſæque primùm impenderat, ejusque otii non leve documentum ediderat Hermenopulo è Græca lingua fideliſſimè translato. Sed longè graviora ſunt & homine Chriſtiano digniora, quæ mox in Jobum & in omnes Prophetas magna diligentia parique judicio commentatus eſt; plura etiam præſtiturus, niſi Venetiis rediens, quo ſe, tumultuante iterum Gallia, in Ferrerii Legati Regii comitatu contulerat, apud Nitiobriges patriam ſuam, lethali morbo deprehenſus, ante annos occidiſſet. Corpore fuit gracili & à ſtudiorum laboribus macilento, ſed voce robuſta & virili, quæ Auditorium probè impleret: Temperantia autem, pudore, modeſtia & cæteris animi bonis, ſupra variæ doctrinæ laudem nulli ſecundus. Cui & hoc à ſuperûm indulgentia conceſſum eſt, ut ſibi quodammodo ſuperſtes, non omninò cum morte interiret. Uxorem enim duxerat Jani Morelli Allerii, Ebrodunæi, nobilis viri, & Antoniæ Deloinæ filiam, Camillæ Morellæ virginis doctiſſimæ ſororem, quo ex connubio Joſiam Filium, Claudii Salmaſii meritiſſimum ſocerum, aliquanto poſt ſuſcepit. Alia lectu digniſſima recenſet Beza in Iconibus, & Epiſtola Præfatoria in doctiſſimi Merceri in Jobum Commentarios; cui adde Præſtantiſſimum Thuanum ad Annum 1573. qui Mercero ultimus fuit.

Ex Sammarthano & aliis.

Johannis Merceri Scripta.

Evangelium Matthæi * ex Heb. Latinè verſum, Pariſ. 1555. 12.

* De hoc Evangelio in Tabu-

Historia Librorum, quam sub manibus habeo.

Tabulæ in Chaldæam Grammaticam. Paris. 1550. 4.
Chaldæa Translatio Abdiæ & Jonæ, ibid. 1550. 4.
Targum Jonathanis in Aggæum, ibid. 1551. 4.
Tractatulus de Accentibus Jobi, Prov. & Psalmorum, Autore R. Juda filio Bilham Hispano, ib. 1556. 4.
Duodecim Minores Prophetæ Chaldaicè cum versione & notis, Anno 1557. 4.
Joël cum R. D. Kimchi Commentariis & Indice Locorum, qui ex Thalmude citantur, Par. 1557. 4.

Joh. Mercer. p. 11. Com. in Jobum, Non desperò, si quis diligenter attenderit, quin possit metrorũ Heb. ratio inveniri. Id ego si quando per otium licuerit, perveſtigare conabor.

Libellus Ruth, cum Scholiis Masoræ ad marginem & succincta in eundem expositione, cujus Autor in Ms. exemplari præfertur R. D. Kimchi ibid. 1563. 4.
Liber de accentibus Scripturæ Auth. R. Juda, ibid. 1565. 4.
Alphabetum Hebraicum, ibid. 1566. 4.
מוסר השכל Eruditio intellectus (ex Proverb. 1. 3.) Proverbiorum Libellus, Auth. R. Haj Gaon, cum versione Lat. ibid. 1561. 8.
קערת כסף Scutella argentea, Libellus sententiarum, Auth. R. Joseph. Hyssopæo cum Vers. Lat. ibid. 1559. 8.
Aben Esra in Decalogum. Lut. 1568. 4.
Comment. in Genes. à Th. Beza editus. Gen. 1598. Fol.
In Jobum, Proverb. Eccles. & Cant. Cant. ab eodem, ibid. 1573. fol.
In 5. Minores Prophetas à Pet. Cevallerio editus, fol.
Orus Apollo Niliacus de S. Notis cum observat. Par. 1551. 8.
Grammatica Chaldaica cum Abbreviat. Paris. 1560. 4. *a*
Notæ in Thesaurum Ling. S. Pagnini, Lugd. 1577. fol.
Epistola ad Joh. Calvinum inter hujus Epistolas.

a In cujus Præfatione pollicetur Lexicon Rabbinico-Thalmudicum, ut p. 105. ejusd. Operis.

Variorum Testimonia de Mercero & ejus Scriptis.

THeod. Beza Epist. Præfat. in Ecclesiast. 1598. *Ecclesiastes Solomonis à nonnullis bene doctis jam est explanatus, sed imprimis eruditissimi Joh. Merceri pia m. Commentariis diligentissime illustratus; fuit enim ille in Acad. Parisiensi Regius post Vatablum diligentissimus simul*

simul & eruditissimus permultis annis Professor, illo certe, cui successit, doctrina non inferior, judicio etiam fortasse in discernendis Rabbinorum aberrationibus superior.

Idem in v. 7. c. 3. Matth. de Pharisæis, *Unde sic vocati sint, scribit vir singularis & doctrinæ & judicii Joh. Mercerus p. m. in Animadversionibus ad Sanctis Lexicon.* Eundem laudat in v. 10. c. 6. & 17. c. 7. ejusdem Euangelii.

Joh. Tilius Carolo Lotharingo in Euang. Heb. Matthæi, Par. 1555. *Ut verbum de verbo religiosissimè converteretur hoc Euangelium curavi, ad hancque rem sacram, Joh. Merceri doctrina & cognitione præstantis judicioque acri præditi, & de literis Hebraicis, si quis ætatis nostræ est, optimè meriti, opera sum usus.*

Thomas Nelus (de quo alibi) Epist. Præf. ad Reginaldum Polum, in Notas ad Aggæum &c. Par. 1557. *Inter amicos primo apud me loco esse debet καὶ πολλῶν αὐτάξιος ἀλλῶν D. Joh. Mercerus, S. Linguæ in Academia Lutetiana Professor Regius, quem honoris causa, & ea qua præceptorem decet observantia colo.*

Gilb. Genebrardus in Isagoge Rabbinica edit. Paris. 1587. p. 13. *In vocabulo* מוכרת *Vau tantum expressum est ad ostendendam lectionem, ac propterea sic notandum est* מכרת *à Rad.* כרת *uti suo loco inter docendum annotavit Joh. Mercerus, Regius linguæ S. Professor, vir certe cujus diligentiam & meritum in linguam illam futura tempora nusquam non loquentur.*

Louis Servin dans ses Playdoyers 1619. p. 341. cite Maistre Jean Mercier, Professeur du Roy en la langue S. *Lequel*, dit il, *nous avons souvent nommè le plus ſçavant Chrestien de nostre temps, par le tesmoignage de feu Mr. le Pres. du Ferrier.* a

a Touch. la Conversion de ce grand personnage v. Mr. du Plessi au 1. Tome de ses Memoires, à la Lettre F. de l'Indice.

Dionysius Lambinus in Lib. 1. Satyrarum Horatii, Sat. 2. *Ego Ambubaias non mulieres, sed αὐλητὰς, id est Tibicines quosdam Barbaros, à Barbara voce Ambub, quæ Tibiam significat, appellatos esse dico, idque à Petro * Mercerio, Collega meo, viro linguæ Heb. scientissimo, audivi.*

* Lege Johanne.

S. Bochartus in Geographia S. p. 92. *Ex Gethere descendisse scribit Mercerus Acarnanes, Cares, & Bactrianos, vicinos inter se populos.*

pulos. Quod viro alioqui impensè docto excidisse mirum est. Cùm nemo sit, qui nesciat, quantis locorum intervallis, à se invicem dissiti sint Acarnanes in Græcia prope Epirum, Cares in Asia minore, è Regione Rhodi Insulæ, & Bactriani in intima Asia ultra mare Caspium.

Fr. Junius in Tremellii Speculario contra Genebrardum ; *Celeberrimum virum D. Joh. Mercerum piæ memoriæ apud omnes bonos, præceptorem quondam tuum (si tibi discipulo esse placuisset) tuum ergo præceptorem, illum nonne meministi Grammatico opere Chaldaicum Targum ad normam Chaldæorum Danielis & Esdræ scriptorum recudere ? Et illius tamen antiquitatem, Genebrarde, tu ipse prædicas in tuo Chronico : præstitam a Mercero operam relinquis loco suo. Quid non reprehendis factum ? Quid ? nisi quia tantum virum tædebat honoris causa (debueras enim vestigia ejus laudare & sequi) ut præceptorem nominare, & pudebat carpere ?*

Estienne Pasquier dans son Catechisme des Jesuites, p. 29. *Mercerus estoit si esloigné de brigues, qu'il ne cognoissoit que ses Livres Hebrieux, avec lesquels il communiquoit tous les jours sans entreceſſe ; Grand & superlatif en cette langue, voire au jugement des plus doctes ayant le dessus de tous les Juifs : En tout le demeurant des affaires du monde un vray Chifre.*

Joh Drusius Josiæ Mercero in Epist. p. 14. *Amo te Mercere amabilem multis de causis, sed imprimis quia Patrem habuisti de lingua Heb. optime meritum, & quia paternis vestigiis insistens, dignum te præstas, qui ab omnibus ameris.*

Idem in Observat. 1594. p. 368. *Joh. Merceri judicium semper feci plurimi, qui unus inter eos, qui Studia Hebraica tractarunt & Literas S. explicarunt, tantum eminet, quantum lenta solent inter viburna cupressi.* Eundem citat cum laude p. 15. Quæst. Heb. 1599.

Claudius Minos, p. 49. & seq. Comment. in Emblemata Alciati Paris. 1583. *Tabulæ hujus de Asino simulachrum argenteum bajulante, rationem uno distichо complexus est Joh. Mercerus, Heb. ling. Doctor Regius, quod memini ab eodem non semel in suggestu obiter dictum.*

Quid

Quid sibi vult Asinus tergo mysteria portans?
Indoctos videas sæpe præesse sacris.

Joh. Gul. Stuckius in limine Antiquitatum Convivalium 1582. *Aliud quoq; vocabulum convivium significans reperitur Amos. 6.7.* מרזה, *de quo Mercerus p.m. Præceptor meus observandus disserit in suis commentariis.*

Petrus Martinius Epist. Præf. ad Othonem Colignium Card. & Amiralii fratrem, in Gramm. Hebr. Par. 1567. *Hanc Grammaticam collegi partim ex Kimchio & Elia Levita, partim ex Joh. Merceri Regii Professoris eruditissimis Prælectionibus, privatisque sermonibus, cui debeo hoc quicquid in me est Heb. cognitionis & doctrinæ.*

Fr. Junius in Orat. habita in funere Lucæ Trelcatii Leidensis Theologi, A. 1602. *Lutetiæ Studiis operam dans, Bonis innotuit, in eis autem facilè primas tenuerunt magna duo lumina, quæ jam eo tempore prælucebant multis Religionis facem, Joh. Mercerus, vir totius humanioris literaturæ intelligentissimus, Regius Heb. ling. Professor, eruditione, solertia, diligentiaque præstantissimus, & Petrus Ramus.*

Joh. Porthaise dans sa Parasceve à l'examen de l'Eucharistie à Poictiers 1602. *La Distinction de Latrie & de Dulie est expressement recognue au grand Dictionaire de Sanctes Pagninus en la diction Schachah p. 2928. Comme portent les Annotations evulguées par vous sous le nom de Jeh. Mercerus Professeur Royal des langues à Paris, & de B. Corn. Bertran de Thouars, & d' Ant. Chevalier Prof. des langues à Geneve, desquels deux premiers je loüe l'erudition & la modestie, comme les ayant bien cogneus & pratiquez: tellement que quand je trouve quelque chose moins docte ou trop piquant és œuvres qu'avez evulguez en leur nom, je ne leur attribue point asseurement, mais plustost à quelques mousches infectes, qui ont honny la rare condition de Fr. Vatable, de I. le Mercier & de Corn. Bertran, qui eussent bien fait un plus grand fruit, s' ils n'eussent point esté transportez de vos opinions. Ie conjecture Vatable avoir esté alteré par Ieh. le Jard & par Rob. Estienne. Quand est des Escrits de Mercerus & de Bertramus, en ce qui est mué, j'ay grande suspicion* a *sur Em. Tremellius Juif Chrestien.*

a Ridicule hoc conjicit.

Thuanus ad A. 1547. *Ex Vatabli discipulis fuit Jo. Mercerus*

Ulticensis, Christianorum in Hebraicis longe doctissimus, qui ad maximas carissimi Præceptoris laudes hanc adjecit, quod Hebraicorum Carminum rationem, quæ hactenus nobis incognita est, perspectam ille habuerit, quam & se scriptis aliquando traditurum receperat. a

a Loco nim. à nobis notato, in Margine Syllabi Scriptorum ejusdem.

Jacobus Bongarsius Bodrianus in Epist. ad Joach. Camerarium p. 288. edit. Leydensis; *Mitto ad te opuscula quædam amicorum, in quibus miraberis hominem jam declinantem & canescentem quæsitum Aristæneti amatoriis Patronum. Sed ita visum amico Josiæ Mercero, filius is Merceri illius, cujus in Hebraicis celebris fama.*

Lipsius Josiæ Mercero Lugd. Bat. Id. Mart. 1582. *Famæ aliquis radius te illucet à magno illo Patre, cujus eruditio & virtus, clara apud omnes.*

Is. Casaubonus Joh. Porthæsio p. 468. Epist. edit. Hagiensis. *Non minima sane difficultas est, omnes has Masoræ notationes recte intelligere, qua re excelluit olim divinus vir Joh. Mercerus, omnium Christianorum nostri sæculi sine controversia Hebraicè doctissimus.* Ab eodem laudatur in Strabonem p. 122. & in Exercit. contra Baronium p. 356. edit. Genevensis.

Thomas Erpenius (de quo alibi) in Orat. de ling. Arab. 1621. *Non possum quin hîc appellem magnum illum & in Literis Ebraicis & Chaldaicis versatissimum, Jo. Mercerum, qui cum jam senectutem attigisset, paulò sc. antequam vita excederet, solo Arabicarum Literarum desiderio, in Orientem dicitur cogitasse. Animadvertebat nimirum vir sagacissimus, tenebras illas, quibus plurima vocabula & sententiæ in utraque illa lingua circumfusa sunt, Arabiæ splendore discuti facile posse.* Eadem ferè habet p. 74.

Ant. Clementius in Vita Salmasii 1656. *Is uxorem sibi sumpsit nobilissimam & generosissimam Matronam Annam Merceriam, Filiam amplissimi ac doctissimi viri Josiæ Merceri de Bordes, Gryniaci Domini, magni illius viri Joh. Merceri, variis atq; eruditissimis ingenii monumentis inclyti, Filii.*

De eodem Bertramus Præf. in Comparat. Grammaticæ Hebreæ & Aramicæ, & in Thesaurum Pagnini à se & aliis auctum, Danæus c. 26. Tr. de Antichristo, ac in Harmoniam Prov. & Ecclesiastis, ad calcem Merceri commentariorum in eosdem Libros, Jac. du Breul in Antiq. Par. p. 758. & alii.

CLAU-

CLAUDIUS MOLINIUS.

CIrca Annum 1574.* claruit Claudius Molinius, Verbi Divini Minister, ac Hebraici Idiomatis peritiâ insignis, cujus Epistolam zelo & pietate nitentem, à tinearum, quo pulverabatur, imperio, vix vindicatam, hic lubens subjungam.

*Quo, & laqueo vitam finiit, ut in Testimoniis infra notamus,

D. Francisco Beraldo Cl. Molinius S. per Filium Dei Jesum Christum D. N̄.

TAmetsi longam Epistolam superioribus mensibus ad me scripsisti, hactenus tamen non potui tibi respondere. Erat tota illa Epistola referta singulari pietate, qua semper nos prosecutus es. Sed habebat eadem mortem Tagautii, & uxoris tuæ gravissimum morbum; Hæc summum dolorem mihi attulerunt, qui etiam morte tuorum liberorum vehementer auctus est. Tam multa eodem anno tibi Deus adversa immisit, quorum omnium me participem esse scito. Uxorem Tagautii vobis, qui istic vivitis, scio esse quàm commendatissimam, quum sit mulier prudens & religiosè Christiana. Dominus Subizanus tuas Literas legere voluit, quibus non leviter motus est, te enim valde amat, & salutem tibi & uxori optat. Quo verò loco sint hic res nostræ jam accipito. Nos planè sæpè conficimur laboribus, nec possumus satisfacere nostro muneri. Magistratus non nos quidem persequitur, sed nec idem satis juvat, quum alioqui populus facile amplecteretur Euangelium. Episcopus Malleacensis nihil tentat, quod Ecclesiæ huic impedimento esse possit, quanquam habeat hoc oppidulum suæ διοικήτεως præcipuam sedem. Est alter quidam Episcopus Luxuonensis, qui habet Collegium Canonicorum nobis non parum infensum. Nam ubi nuper Luxuonium appulissem, Vicarius illius Episcopi & magna Canonicorum turba & Sacrificulorum, venerunt in meum cubiculum, unde longa oratione conati sunt me deducere, ut sanè in carcerem intruderent; quod ut tutius facerent, primum evocarunt foras hospitem, ac de-

Il y a une Lettre de Claude du Moulin, de Fontenay le 24. de Sept. 1566. à Madame de Soubise sur la mort de Monsieur son Mary, dans le Recueil de celles qui ont esté écrites à la mesme Dame sur le mesme sujet, imprimé l'An 1578.

duxerunt in ædes Episcopi, deinde miserunt ad me duos ex Canonicis, qui me quoque colloquendi cum Vicario gratia evocarent: Sed cum surdo fabulas canerent, adest tandem (ut cœpi dicere) Vicarius, magno cinctus suorum comitatu, qui nihil etiam à me impetrare potuit, quantumvis leniter demulcere conaretur. Certè astutus homo cubiculum suum pollicebatur, verum nulla ejusmodi conditio placebat, videbam enim hospitem non redire, & sic mecum argumentabar, ut facile concluderem, non esse satis tutum cum Vicario proficisci. Pergebam itaque paucos piscículos nobis in cœna appositos edere, & tantum non ridere eorum conatus, quos nullum habituros locum sciebam. Aderat præ foribus magnus hominum numerus, aderant & meretrices Canonicorum non paucæ, quæ nos libenter vorassent: Qui verò ex ipsis civibus nostræ causæ favebant, istiusmodi meretrices digito notabant, & ipsis Canonicis ostentabant, his fere verbis: En probi homines, qui vestras etiam meretriculas vobiscum adduxistis, ut viatoribus, nulla re vos offendentibus, insidias struatis. Huc tandem delapsa est specioſa Vicarii (quem & titulus Abbatis non parùm inflat) Oratio: Tu, inquit ille, nulla petita venia concionandi in variis hujus Diœcesis locis concionatus es, quosdam etiam locos nominatim exprimens. Ad hæc ego sic, ut scias, mi Domine, qua de re sim concionatus, quæque religionis capita tractaverim, te per Deum oro, cras ut mihi liceat sine ullo tumultu, publicè vel in foro vel in Templo de iisdem capitibus dicere; Tum autem calamo excipient, si ita videtur, quæ à me proponentur, & si propositum fuerit, quod minus sacris Bibliorum Libris consonum sit, statim ab ipsa concione excutere poteris, per me licet. Quid? tum inquit Vicarius, concionaberis! Ego verò tam non sum id tibi permissurus, ut potius ea authoritate, qua præditus sum, tibi modò præcipiam prohibeamque, ne hic aut alibi in tota nostra Dioecesi ulla ratione unquam posthac concioneris. Quod autem hactenus concionatus es, pœna erit carcer, quem equidem nunc tibi denuncio, ac jam me sequere. Hic tamen jussus non statim sequor, sed ago gratias Deo, quod ejus nomine mihi denunciaretur carcer, ac polliceor me

postero

postero die responsurum, si quid haberent criminis, cujus accusarer, verum interea sineret, meo me cubiculo pro carcere ea nocte uti. Tum Vicarius, heus hospes, inquit, (nam jam redierat) tu hunc igitur observato, ut cras ad interrogata respondeat: hospes excipiens ait, non soleo, ubi mihi persolutum est, quod debetur, meos retinere hospites. Nihil præterea tentant Canonici, nihil Vicarius. Discedunt hujus farinæ omnes, excepto uno, qui cum nostris remansit. Egimus statim omnes Deo gratias, & citatis quibusdam Bibliorum locis de incremento veteris Ecclesiæ, quantum potuimus, singulorum animos inflammavimus & obsecravimus, ut ne teperent, sed pergerent eò constantius, quò Diabolus eos acrius urgere conabatur. Quùm illuxit dies, adfuit nobilis quidam non obscuri nominis, à cujus fratre periculosè ægrotante evocabar; hic voluit me statim secum abducere, ut fratrem consolaremur de vita periclitantem; putavi tamen non prius discedendum, quàm ille nobilis Vicarium adiret, ut si quid haberet Vicarius, aut cæteri Canonici, proferrent; nihil omninò præterea tentarunt, nec aliud quicquam assecuti sunt, quàm quod ridiculos sese præbuerunt. Det illis Deus meliorem mentem. Ab eo ipso die cœpit Ecclesia illic radices agere & florere, ut ferè ubique horum locorum. Utinam essent, qui diligenter excolerent agrum Domini, & messem in horreum Christi colligerent. Raritas verorum verbi divini præconum, quanta hic sit, omnes omnium voces testantur. Quotidie nos adeunt vicinæ Ecclesiæ, ut sibi de aliquo Pastore provideamus. Conjiciunt me profectò in flerum, hujusmodi sanctæ expostulationes. Tu, mi Domine Beralde, precare Deum, ut nostra tempestate Filius Dei ubique agnoscatur. Siquid verò habes, quod scribas, is qui nostras Literas tibi reddit, statim dabit operam, ut ad nos tutò perferatur. Uxori tuæ salutem ex me dicito, cæteris denique Amicis omnibus, D. Ribbito imprimis & ejus uxori, item viduæ Tagautii singularis amici & Præceptoris mei. D. à Colungiis, Sarraceno, ab Archa &c. Scribebam 17. Aug. Fontenaii 1561. Saluta viduam Tagautii uxoris meæ nomine.

Testi-

Teſtimonia de Molinio.

Ne qua mihi ἀχαριστίας nota inuratur, candide hic agnoſco, hujus loci indicium me debere Clariſſimo Viro D. Iſaaco Francisco, SS. Theologiæ Studioſo, Amico meo chariſſimo.

LAncelot du Voeſin Sieur de la Popeliniere, dans ſon Hiſt. de France, To. 2. p. 263. *Du Moulin chargeoit en ſomme la nobleſſe d'eſtre ſeule cauſe des Guerres Civiles, & qu'on les devoit chaſtier (non eux ſimples & povres gens) parce qu'ils forçoyent le tiers Eſtat d'excuter leurs paſſions, & prendre les armes quand bon leur ſembloit. Ce qui ne ſervoit que d'accroiſtre leur inſolence & donner lieu aux charges inſurportables qu'il reçoit d'eux, ajouſtant que ſi on les puniſſoit ſelon leur merite, la Juſtice auroit lieu en Fracce, & ſe maintiendroit tout le Royaume en un perdurable & tres heureux repos. Mais quand on luy voulut faire reiterer ces propos, il dit qu'ores qu'il euſt parlé en general, il n'entendoit pourtant parler que d'aucuns qui ne ſont nobles que de vent & par opinion, ne reſſentans rien de cette vertu qui a donné ſource à la premiere & plus excellente nobleſſe. Il fut pendu & eſtranglé l'An 1574. à Benet pres de Fontenay, en reputation d'un des plus doctes Miniſtres de la France, & qui avoit les trois langues Hebraique, Grecque & Latine des plus à commandement. Il eſtoit fort libre en paroles, taxoit tous hommes ſans eſpargner un ſeul.*

Th. de Beze dans ſon Hiſt. Eccleſiaſtique, *l'An 1561. Les Miniſtres deputez qui eſtoyent à la Cour, leur envoyant expres Claude du Moulin Miniſtre de Fontenay le Comte, pour les avertir & prier de ſe garder de faire une telle faute.*

D'Aubigné dans ſon Hiſt. l'An 1574. *Le Duc de Monpenſier fit pendre le Miniſtre du Moulin à Benet.*

D. à QUERCU VIRIDI, *Picto.*

DE eo ſic Popelinerius in Hiſtoria, ad Annum 1564. *Cheſnevert riche, puiſné de l'Aubouiniere, docte, eloquent & bien verſé és Lettres Hebraiques, Greques & Latines, extrait d'ancienne nobleſſe, & qui de long temps avoit acquis grande reputation parmy les Proteſtans, tant pour ſa doctrine, que pour eſtre eſtimé avoir fait ſon devoir, au ſiege de la Rochelle; avoit eſcrit & commencé de publier un diſcours contre quelques chefs, demy imprimé par l'advis des premiers,*

miers, mais non au contentement de plusieurs, qui ne pouvans soufrir que ces Chefs & d'autres y fussent calomniez, les en avertirent aussy tost; Somme que ce discours estant sous la presse à la Rochelle & prest d'estre achevé, fut retardé par la plus saine partie. Claruit eodem anno.

Idem ad A. 1578. *Chesnevert Ministre, riche & docte, Gentilhomme de Poitou, fut tué à Fontenay le Comte.*

Hæc duo loca mihi suppeditavit idem D. Franciscus.

JOHANNES BOULÆSIUS, *Arrotensis in Dioecesi Carnutensi.*

JOh. Boulæsius Presbyter, linguam Hebræam Parisiis docuit in Collegio Montis-acuti, Anno 1576. quo successu, ipse ostendit, Augustinum Thuanum, Ianum Guelleum & Barnabam Brissonium, Senatus Parisiensis tria lumina, his verbis compellans, *Vestrum Pauperem perpetuum Boulæse Sacerdotem, cui contra & statuta Collegii & Senatus placita denegantur victui & vestitui & studiis necessaria, illa minima, quæ habebat antequam emitteretur Romam in procurationem bonorum & Ecclesiæ Dei, eripite, defendite & diligite.* Hujus scripta sunt. Epist. Præfat. in ling. S. Compendium.

Linguæ Sanctæ Compendium. Paris. 1576. Fol.
Alphabetum Hebraicum, ibid. 1575. eadem forma.
Varia Dictionum significatio ad Mysticos Scripturæ sensus. Par. 8. 1575.
Interpretatio 70. Hebdomadarum Danielis. ibid.
l'Histoire du Miracle avenu à Laon l'An 1566. A Paris, en mesme année.

Testimonium de Boulæsio.

La Croix du Maine dans sa Biblioth. *Jean Boulaise Prestre, Professeur des Saintes Lettres Hebraiques, & Pauvre du College de Montagu à Paris, natif de la Paroisse d'Aroul au Perche Goüet, au Dioceſe de Chartres.*

ENIMUNDUS BONEFIDIUS, *Chabovienſis.*

ENimundum Bonefidium, virum Hebraicè doctissimum, hoc Elogio condecorat Eruditorum Ἐγκωμιαστὴς nulli secundus,

(Thuanum intelligo) ad A. 1574. *Sexto*, inquit, *Eid. Februarii, Genevæ, cùm tantum 38. annos exegisset, fato functus est Enimundus Bonefidius, Chabovii ignobili vico in Valentino agro natus, homo probus & simplex, qui cum pedem patria nunquam extulisset, tamen Hebraicis, Græcis & Latinis Literis ita egregie instructus erat, ut in celeberrimis Orbis Academiis operam Studiis dedisse sub præstantissimis magistris crederetur: In Juris autem scientia, quam Valentiæ profitebatur, adeò excelluit, ut Jacobus Cuiacius, qui principatum illius tenebat, alicubi scripserit, si moriens rogetur, ut olim Theophrastus, a non alium habere se, quem discipulis suis posset ostendere. Post tumultum Parisiensem, à Fr. Hotomano invitatus, Genevam concesserat, ubi Jus Orientale, cujus jam specimen aliquod ediderat, majore opere illustrare aggressus, morte post biennium superveniente, spem de se tanto viro auctore conceptam fefellit. Cui me nunc tanquam præceptori de me secundum ipsum Cuiacium & Fr. Roaldesium, quibus simul eodem tempore operam Valentiæ navavi, optimè merito, hoc monumento, parentare æquum justumque duxi.* Hæc Thuanus.

a Repone Aristoteles.

Testimonia de Bonefidio.

Hic est Cuiacii locus de quo supra Thuanus.

JAc. Cuiacius Observat. Lib. V. cap. 20. *Acquiesco magis Hesychio, qui Camum, quod genus est ornamenti equestris vilius fræno, Curcumam interpretatur. Quem locum mihi indicavit Enimonduus Bonus-fidius, Collega meus eruditissimus, qui ad veram juris cognitionem summam adjunxit peritiam trium Linguarum, simul ac pietatem & morum integritatem eximiam. Hunc si moriens roger, quod olim Aristoteles, solum habeo ex his, qui modò quidem Jus Civile publicè profitentur, quem discipulis meis ostendere possim.*

De la Responce au Cavalier Savoysien p. 43. *Au rang des Jurisconsultes qui ont esté à Geneve, Enimundus Bonefidius magni nominis apud Cuiacium.*

De eodem Joh. Paulus Zangmaisterus in Jouberti Pharmacopœam Lugd. 1579. Pesnotus in Paradoxis Jouberti p. 190. Bonaventura Irlandus in Opere de Emphasi p. 23. & seq. 1598.

Ludo-

Ludovicus Charondas Epist. Præfat. in Authenicas cum Pandectis 1573. & alii.

GULIELMUS POSTELLUS, *Barentonius Dolerienſis.*

HIc apud Barentonium Normanniæ Vicum obſcuris ortus parentibus, cum ingenium apprimè capax & ad concipiendas artes idoneum à naturæ bonitate accepiſſet, melioris diſciplinæ ſubſidio deſtitutus, ea nitidioris Eloquentiæ facultate caruit, quæ una maxime doctorum hominum ſcriptis dignitatem atque ſplendorem afferre poteſt. Adoleſcentiam vix attigerat, quando ipſe adhuc docendus difficile docendi munus aggreſſus eſt, cumque multos vitæ annos in vicinorum liberis erudiendis, ac perpetuo ſtudiorum labore traduxiſſet, tandem è Ludimagiſtro pagano, creatus à Rege peregrinarum Linguarum Profeſſor, in urbem venit, editis locupletibus Commentariis, quibus duodecim inter ſe differentes & variæ linguæ ſuperba doctrinæ oſtentatione explicantur. Neque multo poſt viſendi Orbis cupiditate incenſus reliquit Galliam, confectaque ſedecim annorum peregrinatione, Venetiis demum conſedit: Ubi neſcio cujus mulierculæ præſtigiis abſurda quædam & impia de Religione commentus eſt, quæ deinde Lutetiæ frequenti auditorum turba publicavit; cùm ſe morte obita revocatum ad ſuperos & juvenili ætati reſtitutum inepte mentiretur; magna quidem ſtolidæ plebis admiratione, præſertim eorum, qui ante profectionem eum noverant, quod videlicet meminiſſent jam vetulum & caneſcentem hinc abiiſſe, quem longo poſt intervallo reducem nigrante barba & ævi flore conſpicuum cernerent. Sic enim eos captabat, ſimulatoque per pigmenta miraculo fidem ſuis nugis atque auctoritatem conciliare conabatur. Sed urgente Magiſtratu, violatæ perſuaſionis reus, aufugit in Germaniam, & in Ferdinandi Cæſaris aula tamdiù fuit, dum recantatis erroribus in patriam redeundi & publicè profitendi facultas à Principe reddita eſt. At cùm eodem recidere videretur, ex Senatus de-

Ex Sammarth. & aliis.

creto in D. Martini Monasterium relegatus est, quo in secessu viribus integris ad alterum & octogesimum superioris sæculi pervenit annum, centenarioque proximus interiit. Hujus scripta leguntur apud Gesnerum, Simlerum, à Cruce, Verderium & alios. Inter codices vero Mss. quos ex Oriente advexit, primas tenuerunt, Avisenæ Opus de re medica 5. voll. præter finem 3., Ebenbitar de simplicibus medicamentis, Abulfeda Cosmographus, cujus Geographiæ Compendium à se translatum D. Rhamusio Venetiis reliquit; his adde Grammaticam Samaritanam à Sacerdote Jacob filio Mugiassim conscriptam; ut Arabicam, charactere Asiatico, Francisco Raphelengio (de quo Deo juvante alibi) dono datam, & Damasceni Opera Syriacè, quæ Ottoni Henrico Electori Palatino cum aliis Mss. oppigneravit.

Variorum Testimonia de Postello & ejus Scriptis.

THuanus ad Annum 1581. *Post Jacobum Billium Prunæum commemorandus venit longe dispar & pietate & ingenio, sed fortasse haud minore fama Gul. Postellus, Barentonio vico in Neustria loco ignobili natus, qui Philosophiæ & Mathematicarum artium studia primum professus, & inde longinquis peregrinationibus linguarum externarum ac maxime Orientalium cognitionem adeptus, innumera exotici gustus scripta passim in Italia, Germania & apud nos edidit, & cum Venetiis esset, Virginis vetulæ cujusdam familiaritate usus, in errorem delirum juxta ac detestandum de feminei sexus salutari reparatione nondum consummata incidit, quem domum reversus inter legendum publicavit & defendit. Verum accusatus à Theologis & à Magistratu increpitus, tantum propœna omni prælectionum usu ad tempus interdictus est; Sed cùm rursus prælegendi pruritu tangeretur, retractationem, libello ad Reginam parentem directo, A. hujus sæculi 64. complexus est, qua non tam errorem fatetur, quàm interpretatione per fanaticos sensus detorta eludit, rursusque dùm Mathematica Rudimenta, quod illi permissum erat, Auditoribus publicè interpretaretur, eandem quæstionem reposuit, ob quam interdicto*

Rio pleue in posterum publicarum prælectionum usu, in Monasterium Sammartinianum Lutetiæ relegatus est, ubi centenario proximus, & ut ipse credi volebat, impollutam à congressu venereo, naturam professus, cui robustæ adeò sanitatis constantiam tribuebat, tandem quarto post Billium die decessit.

Franciscus Baconus de Verulamio in Tract. de longæ-vit. & brevitate vitæ in homine Sect. 19. *Vir capite motus Postellus, & non integræ omnino phantasiæ, magnus Peregrinator & Mathematicus, & hæretica pravitate nonnihil adspersus.*

La Croix du Maine dans sa Bibliotheque; *Guil. Postel natif de la Paroisse de Barenton au dioceſe d' Auranches en Normandie, sur les fins & limites du pays & Comté du Maine. Il s' appelloit Dolerie, qui estoit le nom d' une Seigneurie qui apartenoit aux Postels ou Potels, en laquelle il nasquit environ l' an de Salut 1475. Ce que je peux presumer ainsy, encores que je n' aye jamais sceu au vray le jour & l' an de sa naissance. Car dés l' an 1513. il estoit si docte, & tellement renommé que l' on void les Epig. qui s' ensuivent en des Autheurs Latins, qui escrivoyent de luy pour la rareté de son sçavoir, ce qui s' ensuit:*

Et jura & leges, noſtique Gulelme Poëtas,
Hisque viros unus, tres ſuperare potes.

Et autrepart se lit cet autre Distiche, fait en faveur du dit Postel, lequel est comme s' ensuit:

Logiſtam ſi quis, ſi quis reperire Poëtam,
Philoſophumve cupit; te petat, omnis homo es.

Les vers susdits se lisent au Livre d' un Poëte nommé Humbertus Montis-Moretanus, intitulé Herveis, & au Livre qu' il composa de la guerre de Ravenne en Italie l' an 1512. Lesquels j' ay expressement alleguez, à fin que l' on sache combien ledit Postel avoit d' âge quand il mourut: Car il est à croire qu' en l' an 1512. ou 1513. il avoit pour le moins 25. ans, estant si docte comme le descrit le dit Poëte, & par consequent qu' il seroit mort âgé de quatre vint quinze ou seize ans en l' an 1581. Dans la Bibliotheque de Messire René de Voyer, Vicomte de Paulmy, Bailly de Touraine, se void la confession de foy dudit

Postel, escrite & signée de sa main. J'ay veu aussi plus de 50. Traitez divers escrits de la main de Postel par devers le Sr. de la Serre Provençal. Il fut envoyé és parties d'Orient par le commandement du Roy François premier, avec le Sr. de la Foreſt, Ambassadeur de sa Majesté vers le grand Seigneur, & luy fut delivrée la somme de 4. mille escus pour la 1. fois, duquel voyage il remporta plusieurs beaux Livres à la main.

Flor. Raymond dans son Anti-Christ p. 12. à Paris 1599. *Je croy que si nostre Postel se fust trouvé ailleurs qu'en cette fameuse & Catholique ville de Paris, qu'il eust mis en credit sa mere Jane, pours'opposer à l'entrepriſe de David George; s'il est possible qu'une si grande Ame ayt esté espriſe d'une si grande fureur.*

Antoine du Verdier dans sa Bibliotheque 1585. *Guillaume Postel fut confiné pour le reſte de sa vie au Monastere de S. Martin des Champs à Paris, ou en consideration de son profond sçavoir (quoy que confus) luy fut assignée la portion d'un Moine pour sa nourriture: Et a demeuré là dedans bien 18. ans, ou il est mort en l'an 1582. & aagé de plus de cent ans. Je l'y estois allé voir en Compagnie de Charles & Barthelemy Macé, Libraires de Paris, pour luy monstrer quelques Livres escrits en main en Langage Arabique, lesquels j'ay depuis donné à cet excellent & tres docte Joseph Scaliger. Et ayant discouru avec luy sur la Philoſophie, & sur quelques poincts de Theologie, je cogneus par ses propos, ou qu'il n'avoit pas le cerveau bien composé, ou qu'il estoit méschant & malin. Outre ce je le cogneus possedé d'une extreme ambition & arrogance; car luy apres plusieurs siens discours chimeriques ou je n'entendois rien, & luy meſme je croy ne les entendoit pas, (entre lesquels cet impudent asseura que tout homme qui auroit la cognoissance & science qu'il avoit, ne mourroit jamais) il se mit par apres à dire mille maux du feu Reverendiſſime Charles Card. de Lorraine, & par infinité d'ambages se vouloit dire aucunement Prophete.*

* Corrige ex aliis 1581.

Hieroſme de Monteux p. 231. de la Conservation de Santé traduite par Valgelas, à Lyon 1559. *Me. Guill. Postel homme bien versé aux bonnes Lettres m'a affermé sur sa foy que navigeant en Grece, Asie & aux Indes Orientales, il devint tout chenu à cause de l'air marin, mais apres qu'il fut esté quelque temps en terre ferme, tout ce poilgris luy tomba, & en lieu de celuy luy revint le noir.*

Credat Judæus Apella, non ego.

Joh.

Joh. Isaac (de quo alibi) Judæo-Christianus, in Gram. Heb. 1564. p. 10. *Arabes siquando literam subsequentem præcedenti annectendam, & ad eam quasi attrahendam in pronunciatione esse significare volunt, ut author quoque est magnus ille Postellus, nulli cognitione variarum Linguarum secundus, affigunt ad ejus circulum O, Latinorum persimilem, quem ob id Gisme vocant, id est retractionem.*

Joh. Albertus Widmanstadius (de quo alibi) Epist. Præfat. ad Ferdinandum Imperatorem in N. T. Syriacum, Viennæ 1555. *Dum ad mandata tua conficienda, necessaria omnia apparantur, insperantibus nobis intervenit Gul. Postellus, vir, supra ætatis nostræ consuetudinem, supra etiam multorum captum, mirabiliter eruditus, qui parte Asiæ meliore semel iterumque peragrata, magnas & Syriacæ & Arabicæ linguæ, opes consectatus, minime vulgare nobis attulit adjumentum: à quo multò majus habituri eramus, nisi perversi quidam homines, conflictis de periculo sibi procreato rumoribus, eum, ne hic diutius hæreret, deterruissent. Confirmavit autem suspicionem ei motam inopinatus eventus; nam cum Kal. Maij Anni superioris clam abiisset, ac pridie Non. Felix Neapolitanus Sacerdos Franciscano instituto devotus, corpore, figura, facie & statura simillimus, Julium Brixiensem ejusdem ordinis socium trucidasset, atque Senatus noster paricidam è fuga retrahendum censuisset, siniſtro casu accidit, ut Postellus in Venetorum finibus ob hanc similitudinem in custodiam traderetur, unde altero die, Superis ejus innocentiæ suffragantibus, elapsus fuit.*

Hujus N. T. rarò obvii mihi copiam fecit D. Joh. Flancus, SS. Theologiæ Neomysta, & clarissimi viri D. Joh. Flanci Rupellensium Pastoris primicerii, haud degener Filius.

Theod. Beza in v. 22. c. 20. Joh., *quidam Agyrta nostris temporibus ausus est seſe ipsum Johannem palam profiteri, quem insanus, sed nihilominus sceleratus Postellus, seſe animam Adami habere jactitans, fratrem suum Lutetiæ vocitabat; & ille quidem Tolosæ fuit crematus; Postellus verò, cum hæc scriberem, adhuc Lutetiæ post tot blasphemias à Sorbonistis etiam ipsis tolerabatur.*

Wilhelmus Lindanus (de quo alibi) in Panoplia Evangelica 1564. p. 173. *Alius porrò est, qui omnes omnium non modò Hæreticorum sed & Judæorum atque Turcarum adeò, ne dicam Atheorum conciliaturus cum Christiana veritate opiniones, scribit sex semper fuisse credita Sacramenta, licet alicubi septem. Sic enim est in libello, cui ab omnium monstrorum conciliatione nomen Panthenosia fictum est, cujus equidem plurimis ex causis haud futilibus authorem opinor Wilh. Postellum, qui se in frontispicio Heliam fingit Pandocheum.*

Jos.

Joſ. Scaliger in Opuſculis 1610. p. 461. *De Poſtelli Grammatica Arabica penè excideràt monere, eam ex vulgaribus Arabum Magiſtrorum præceptionibus collectam eſſe, ut non niſi interpretis vice functus ſit: quare eum bonam operam navaſſe deque Arabiſmo eo nomine optimè meruiſſe dubitandum non eſt. Sed de eo hoc certò prædicare poſſum, eum Arabicæ linguæ non adeò quantum videri volebat peritum fuiſſe: Nam præter quædam, quæ parùm caviſſe videtur in Hiſtoria Orientali, ex familiari ejus colloquio id planè deprehendere potui: Eodem enim cubiculo uſi ſumus, & meo lecto illi ceſſi, quum ſperarem me ex ejus congreſſu quotidiano aliquem fructum percepturum: Sed nondum hebdomada integra mecum habitaverat, cum in carcerem conjectus fuit, homo, quem inſania ab omnis malitiæ ſuſpicione vindicare poterat. Et qui aliter de eo judicant, longe decipiuntur. Imperitiam Arabismi potes animadvertere ex interpretatione primi capitis Alcorani, quam Matrem vocant Muſſulmanni, quam omnem præter tria aut quatuor verba infeliciter reddidit.* Idem laudatur à Scaligero in Opere de Emendatione temporum p. 661. Edit. Genevenſis.

His Opuſculis uſus ſum beneficio Reverendi Viri D Jacobi Gualterii, in Eccleſia D. Petri apud Alnetenſes Paſtoris vigilantiſſimi, & variis Scriptis editis clari.

René de la Fontaſche de répondre à cela, dans ſa Defenſe des Jeſuites. p. 199.

Paſquier dans ſon Plaidoyé contre les Jeſuites, à la p. 337. de ſes Recherches; *Il y a environ dix ou douze ans, que l'un de nos plus anciens ſuppoſts, ſáchemina en cette ville, homme qui vous paſſe de tant en ſçavoir, comme vous les ſimples manœuvres; c'eſtoit Me. Guill. Poſtel; Nous le viſmes preſcher lire & eſcrire; Il avoit une grande ſouſtane juſques à la mi-jambe, la robbe longue agrafée, un Bonnet à l'Epiſcopale, accompagné d'un viſage bleſme & ſec, qui ne découvroit qu'une grandiſſime auſterité, & nous celebroit une meſſe avec pluſieurs céremonies eſtroites, non communes a l'Eglize. Cependant que nous aporta il? Une Mere Jeanne, une impieté, une hereſie la plus deteſtable dont on ait jamais ouy parler deſpuis l'advenement de N. S. I. C.*

Paſquier raporte la meſme choſe dans ſon Catech. & Henry Eſtienne dans ſon Apologie pour Herodote, aux quels on peut ajouter Popeliniere dans l'Hiſt. des Hiſtoires p. 443. & ſuiv. & de Beze dans ſon Hiſt. Eccleſiaſtique To 1. p. 87.

Joh. de Launoy, Theologus Pariſienſis doctiſſimus, Libro de Varia Ariſtotelis Fortuna in Acad. Pariſienſi p 69. edit. Hagienſis; *Fuerunt qui Poſtelli errores per certa capita digeſſerunt, ſed quæ tangunt Ariſtotelem in illorum numero minime collocarunt. Jac. Gualterius hoc egregie præſtitit in tabulis Chronographicis, quibus Eccleſiæ Catholicæ ſtatum deſcripſit: ſed non ſatis capio, cur vir Theologus*

logus Hæreticis accenſuerit Gul. Poſtellum, quem cum ex Bellarmino & Appendice ad Genebrardi Chronographiam, tùm ex aliis certò noverat, Catholicæ communionis participem obiiſſe. Non omnis enim qui errores docet, dicendus eſt Hæreticus, ſed qui pertinaciter, vincendi ſtudio, & ſeorſim ab Eccleſia docet. Si quis autem Poſtellum ita commendare vellet, ut commendari non poſſet magis, ſufficeret ea notare, quibus inſtitutum de illo ſermonem Gualterius concludit; Ubi (*Lutetiæ*) *& ipſe A. 1578. docentem audivi, tanto auditorum, quaſi ad redivivum & inuſitatæ ætatis Doctorem accurrentium numero, tantaque ingenii, doctrinæ multiplicis ac memoriæ demonſtratione, ut vix credi poſſit, dixeritque aliquando vir acris judicii Maldonatus illum allocutus, mirari ſe talem in mundo virum exiſtere, cujus utique quot verba, tot eſſent apophtegmata.*

Angelus del Pas Perpinianenſis Monachus, in Symbolum pag. 622. Romæ 1614. *Inter Hæreticos Poſtellani ſunt a Wilh. Poſtello, Barentonio. Hic linguarum prope omnium ad miraculum usq; ſecundum Lindanum peritus, næviis Thalmudiſtarum eſt uſus, Clavem abſconditorum à ſæculo ſcripſit, ubi, quæ nec Apoſtoli, nec Eccleſia tota potuit, ſe doctorum profitetur; gloriatur Angelum Raziel varia ſibi myſteria revelaſſe; unde ſcripſit multa dictante forte Diabolo, qui ſe in Angelum Lucis illi transformarat.*

Paulus Merula (de quo alibi) p. 244. Animadverſ. in Ennium 1595. *Gulielmus Poſtellus, miraculum illud ſuo ævo naturæ, Præceptor olim meus, &c.*

Gabriel Naudæus in Bibliographia Politica; *Tales eſſe poſſunt 4. Libri de Orbis terræ Concordia Gul. Poſtelli Barentonii. In quibus ferme ſolis nihil ineptum aut quod ridiculum non eſſet immiſcuit, ſed univerſam religionum omnium informationem inſtituit; noſtramq; præſertim rationibus tam propriis, quam ex aliarum confutatione deſumptis, valde quidem acute ſubtiliterque confirmat & ſtabilit. Idem autor in 3. Libris de Rep. Turcarum, quos nondum pariter luxata mente compoſuit, Relig. Mahometicæ ſummam, nihil quidquam vel minutiſſimarum ejus ceremoniarum prætermittens, complexus eſt.*

De eodem Theod. Bibliander in Lib. de ratione

communi omnium linguarum; Claude Paradin dans ſes Deviſes augmentées par Fr. d' Amboiſe 1622. p. 77. Thevet dans ſa Coſmograph. T. 2. p. 643. Joh. Rod. Lavaterus in Tract. de Deſcenſu Chriſti ad Inferos 1610. p. 180. Erpenius in Orat. de ling. Arabica, Naudæus in Syntagmate de Studio Liberali, Voſſius in Opere de Scientiis Mathematicis pag. 40. & 257. Gul. Camdenus in Britannia p. 755. edit. in 4. Du Breul in Antiqu. Pariſ. Theophilus Raynaudus Jeſuita, in Libro de Sobria Sexus Feminei frequentatione, & alii complures.

CLAUDIUS VADANUS.

DE eo ſic Fr. à Cruce in Bibliotheca; *Claude du Gué, dit Vadanus, Preſtre, natif de la Paroiſſe d' Auluers le Hamon pres Sablé à dix lieües du Mans, homme docte és langues Hebraique, Greque & Latine.* In ſeq. Scripta notantur. Claruit A. 1584.

JANUS MAUMONTIUS, *Lemovix.*

NOn eſt hîc ſilentio prætereundus Janus Maumontius, (de quo ne γεὺ quidem (quod miror) Thuanus & Sammarthanus) vir linguarum Græcæ, Hebraicæ, Turcicæque, ut in Scriptis de ſe teſtatur, haud ignarus; Daneſii ac Tuſani diſcipulus, & Julio Cæſari Scaligero Philoſopho maximo, Hugoni Salelio Poëtæ ſuo tempore inſigni, aliisque charisſimus. Hujus Opera leguntur apud Verderium, & Fr. à Cruce, qui de eo hæc tradit, *Jehan de Maumont natif du dit lieu au pays de Lymoſin, qui eſt une tres ancienne Baronnie de laquelle le dit Sr. de Maumont eſt iſſu, homme tres docte és langues, & principalement en Grec, grand Theologien & Orateur tres facond, florit à Paris, au College de S. Michel, dit de Senach (du quel il eſt Principal) cette Année 1584.*

Teſtimonia de Maumontio.

GIlbertus Genebrardus in Oratione Gallica raro obvia, in obitum Pet. Daneſii, Pariſiis 1577. p. 15. *Ceux qui ont appris*

pris du Grec, voire du Latin à bon escient, s'auroyent bien dire si Messire Pierre Danès estoit versé dans ces deux langues; Messieurs Amiot grand Aulmonier & Evesque d'Auxerre, J. de Maumont Abbé de Bellozane, Camus Conseiller du Roy & Greffier du privé conseil, Jaques de Billy Abbé de S. Michel, Brisson Advocat du Roy, Postel, Montmoreau, Aurat, Quinquarbre, du Chesne, Duret, & infinis autres, qui sont encore en pleine vie, & sont sortis de son officine.

Jul. Cæsar. Scaliger Epist. Præfat. ad Vascosanum in Lib. de Subtilitate contra Cardanum 1557. *Nactus Janum Maumontium, summa virum nobilitate, rara eruditione, singulari erga me fide atque pietate, tuum intima familiaritate necessarium, per eum tibi hoc Opus mitto.* Idem in Ep. ad Lectorem, *Janus Maumontius, vir & generis nobilitate, & linguarum, naturæ, Dei, cognitione illustris, scripsit ad me de Cardani morte.* Idem in Epist. & Poëmatibus, hujus cum laude sæpe meminit.

Andr. Thevet dans sa Cosmographie p. 644. *Je ne laisseray le Seigneur de Maumont, tres scavant Personnage, qui traduisant S. Justin le Martyr & Zonare, de Grec en nostre langue vulgaire, ce qu'homme auparavant luy n'avoit voulu entreprendre, & plusieurs autres bons Livres, s'est rendu admirable à la posterité.*

La Croix du Maine en René de Birague, *Mr. de Maumont a escrit en Latin un Eloge & bien ample discours de la vie de ce Cardinal, le quel il fera bien tost imprimer.*

Joh. Vultejus p. 116. Epigr. *Distichon duplex ad Maumontium.*

JOHANNES PORTHÆSIUS.

JOhannem Porthæsium in pago D. Dionysii Gastinensis apud Cenomanenses natum, in Hebraica Literatura fuisse non mediocriter versatum, palàm facit Genevensium Phœnix Isaacus Casaubonus, Epistola 390.*. *De proposita quæstione,* inquit ipsum alloquens, *sic paucis habe; Plane divina res est Hebræorum Critica, quam ipsi Masoram vocant, quod tu non ignoras, qui, ut video, in hac palæstra te exercuisti.* Hoc præterea patet ex ipsis Porthæsii scriptis, in quibus memini me observasse plurima loca, Hebraismi peritiam redolentia. Plura de Porthæsio qui volet, legat dissertationem satis prolixam de ejus vita, à Jo-

* Edit. Hagienſis ſc.

hanne Masculo Andegavensi Gallicè scriptam. Claruit An. 1584., & obiit in decrepita ætate.

Variorum Testimonia de Porthæsio & ejus Scriptis.

LA Croix du Maine dans sa Bibliotheque ; *Frere Jehan Porthais ou Porthæis, dit Porthæsius, Docteur en Theologie, & Provincial de l'ordre des Cordeliers, homme fort docte és langues & des plus renommez Theologiens de son ordre, comme il l'a bien fait paroistre en divers lieux de France, & autres pays estranges ou il a fait ses Predications.* In seq. Scripta quædam afferuntur.

Is. Casaubonus in Epist. p. 467. *Ego verò, mi Porthæsi, te consulere quàm à te consuli malim. Tu enim major, tibi me est æquum cedere; quod & libentissimè facio: Nec tibi solùm vel propter ætatem (ut de eruditione nihil dicam) viro venerando; sed verò etiam cuivis è trivio, qui me aliquid docere fuerit paratus.* Epistola data est Lutetiæ A. 1603.

Thuanus ad A. 1589. *Johannes Protasius Franciscanus aliqua literarum ostentatione clarus, cæterùm impudentia singulari præditus.*

Florimondus Ræmondus in Fabula Joannæ, à Carolo filio edita, Burdigalæ 1601. p. 41. *Protasius Franciscani ordinis decus, ad stringendam fidem prius jurejurando devinctus, mihi obtestatus est, se eo in loco Sigebertum integrum volvisse, & ne vel levissimam umbram hujus fabulæ vidisse.*

Idem legitur in editione Gallica.

Pierre Victor Palma-Cayet, dans son Discours de la vraye Eglise, 1591. *Monsieur Prothais Abbé de Fontenay le Comte, n'ait il pas presché chrestiennement en vray Orthodoxe au milieu de vos ruines?*

Joh. Dallæus, vir in Patrum lectione versatissimus, & Ecclesiæ Parisiensis disertissimus Concionator, in Aureo Tractatu de Usu Patrum, à Joh. Mettayerio, ad Fanum Quintini magni nominis Ecclesiaste, Latinitate donato, p. 126. de Porthæsio hæc habet: *Causæ Romanæ Studium Joh. quendam Porthæsium transversum quoq; egit, dùm quæ Eusebius de ædificato & exornato à Constantino Templo Hierosolymitano scribit, ita interpretatus est,* sed huc accessit aurearum Imaginum, argenteárumque vis infinita; *Unde*

Eandem fraudem notarat Reverendus vir in Tractatu

de Bellarminus cœcus cœcum ducem sequens, concludit in sua de Imaginibus sacris disputatione, Eusebium in Libris de vita Constantini dicere, in Templis à Constantino extructis in Palæstina, fuisse maximam copiam imaginum aurearum & argentearum, etsi Eusebius nihil habeat de Imaginibus. de Imaginibus, Gallicè & Latine edito, Lib 3. Cap. 2.

De eodem Paulus Foxius, Regius apud Pontificem Orator, in Epistolis Gallicè editis, p. 360. 381. & 558. & Aubignæus in Historia, To. 3. p. 287.

JOHANNES QUINQUARBOREUS, *Aurilacensis Arvernus.*

IN vidis Blatteronibus si morem gessisset Joh. Quinquarborei Pater, de filio nunc taceremus; non defuerunt enim, qui conarentur ei persuadere, ut filium à sanctissimo linguæ Hebraicæ studio excolendo avocaret; quem in sententiam suam haud dubiè pertraxissent, ni apud illum pluris fuisset authoritas amplissimi viri Raymundi Cabrol. Juris utriusque Doctoris, & in Arvernia ad Regia vectigalia Electi; cui sanè, est quod gratias agamus, cum hujus viri impulsu, Joh. Quinquarboreus doctissimis Præceptoribus Vatablo, Paradiso & Calignio usus; in virum Hebraicè & Chaldaicè egregiè doctum non modò mox evaserit, sed & eadem postea linguas, frequenti auditorum turba Parisiis in Colleg. Fortetæo docuerit; Professorum tandem Decanus, obiit Anno 1587. Hujus scripta sunt. Ex Quinquarborei Scriptis.

Versio Thargum Jonathanis in Hoseæ, Joëlis & Amosi Prophetias; ac etiam in Ruth & in Jeremiæ Threnos, incerto Auth. Chaldæo, cum Notis, Paris. 1556. 4. In cujus Epistola Præfatoria ad Cardinalem Lotharingum pollicetur versionem omnium Vet. Test. librorum Chaldaicè scriptorum.

Notæ in Grammaticam Heb. Clenardi, Paris. 1564. 4. Ibidem A. 1559. primum excusam, eadem forma.

Opus de Re Grammatica Hebræorum. Paris. 1549. 4.

Epitome præcedentis Operis, ibid. 1582. 4.

Editio Munsteriana Evangelii secundum Matthæum cum Præfatione, ibid. 1551. 8.

Verſiones Libb. quorundam Aviſenæ ex Hebræo, notantur in Bibliotheca Medica Paſchalis Galli Villefanenſis, D. Medici.

Verſus Hebræi in laudem Coſmographiæ Theveti.

Teſtimonia de Quinquarboreo & ejus Scriptis.

JOh. Mercerus in v. 1. c. 1. Eccleſiaſt.; *Kimchi inquit, (ſi modò ipſe author eſt eorum Commentariorum, quos à Collega meo D. Quinquarboreo commodatò habeo, nam non filius, ſed pater potius eorum author videtur, aut alius quisquam) is, inquam, monet ſentire nonnullos, genere feminino ſeſe appellaſſe Salomonem, quod Librum hunc jam grandis & ſenex ſcripſerit, quum jam elanguiſſent ejus vires, feminæ more, quod ego frivolum puto.*

Jacobus Prevoſtæus Orat. 5. de vet. ac noſtrorum temporum Comparatione, Pariſ. 1570. *Inter Heb. Linguæ Profeſſores Pariſienſes poſſum nominare Quinquarboreum, qui ad Literas Hebraicas variarum rerum cognitionem adjunxit.*

Tho. Beauxamis dans ſon Armée de Satan contre l'Euchariſtie, Paris 1576. *Cette meſme diction Guphi eſt couchée au texte Hebraique de S. Matthieu, que Maiſtre Jehan des Cinqarbres Lecteur du Roy aux langues, homme fort docte, a reveu & fait imprimer à Paris par Martin le Jeune.*

Marius Amboſius in Orationibus de docendi munere ſibi delegato, Par. 1577. *Ludovici Regii ſtipendium mihi ſtatutum eſt: Qua in re maximas gratias D. Quinquarboreo viro optimo, hominique doctiſſimo & agere & habere debeo, ad cujus prudentiam omnes cogitationes & conſilia mea tanquam ad illam parvulam Cynoſuram direxiſſe me, opinor, & certè nunquam pœniteblt.*

Gilb. Genebrardus in Iſagoge ad Rabbinos legendos, Par. 1587. *Abbreviationum Heb. Breviarium magno Studioſorum bono D. Joh. Quinquarboreus, & ætatis & virtutis merito noſtræ Cathedræ Regius Decanus, ad finem ſui de re Grammatica Hebræorum Operis juſta magnitudine non ita pridem adjecit, auctis & ad ſuos authores revocatis, quas in unum corpus Joh. Mercerus ad calcem ſuæ Chaldaicæ Grammaticæ redegerat.*

De

De eodem Sixtus Senensis (de quo alibi) in Biblioth. qui malè eum Arelatensem vocat; Joh. Isaacus in Libello contra Lindanum p. 3. La Croix du Maine dans sa Bibliotheque; Du Breul in Antiquit. Par. p. 758. Franciscus Taylerus, (de quo alibi) in Proœmio Versionis Targum Hierosolymit. & alii.

ARNOLDUS INSULANUS.

DE eo sic Jacobus du Breul in Antiquit. Parisiensibus pag. 761. 1612. *L'An 1587. Arnoult de l'Isle, au Comptes de la Recepte generale de Paris, est qualifié Lecteur & Professeur du Roy en la faculté de Medecine en langne Arabique en l'Université de Paris, & estoit encore en charge l'an 1590. Maintenant Mr. Hubert exerce cet office.*

PETRUS MARTINIUS,
Morentinus Navarrus.

CUm ea Navarræ pars, in qua natus est Martinius, Regi Christianissimo pareat, non immerito inter Gallos censeri potest: Hic autem cum Lutetiæ Jacobum Carpentarium & Petrum Ramum celebres tunc Philosophos audivisset; Joh. Mercerum & Genebrardum Præceptores in Hebraicis habuit, sub quorum ductu tantum profecit, ut Hebrææ linguæ Grammaticam, Cardinali Castilionæo dicatam, haud multo post ediderit; quam deinde variis accessionibus locupletatam, multi tùm in Germania, tùm in Belgio, publicè interpretati sunt. Anno 1572. Rupellam veniens, Collegii Gymnasiarcham ac Hebraicæ linguæ Professorem egit, Oratione prius habita de Academia à Rupellensibus instituta, Gallice & Latine ibidem excusa. Alia scripta leges in Catalogo Librorum Biblioth. Bodlejanæ. Uxorem duxerat formæ venustate conspicuam, ideoque Henrico magno (ut ex venerando Sene sæpius audivi) pergratam. Obiit Senex Rupellæ, circa Annum 1549.

* Hæc & alia notamus in Opere cui titulus est, *Cupidon sur le Thrône, ou l'Histoire des Amours de nos Rois depuis Dagobert.*

Testi-

Testimonia de Martinio & ejus Scriptis.

JOh. Buxtorfius Pater (de quo alibi) in Thesauro Grammatico 1609. p. 9. *Qui subtiliorem vel accuratiorem literarum divisionem requirunt, habeant eam ex Petro Martinio, viro dum viveret in Literis Hebraicis accuratissimè docto.*

Andr. Rivetus in Isag. ad Scripturam 1627. *Modestius idem argumentum tractavit vir pius & doctus, cujus aliquando auditorem me fuisse memini, Petrus Martinius Navarrus in τεχνολογία Grammaticæ Hebrææ, in qua probare quidem conatur, puncta ætate Hieronymi nondum extitisse, sed inde sequi, Ebræa sine punctis incerta esse, negat.*

BONAVENTURA CORNELIUS BERTRAMUS, *Picto-Thoarcensis.*

Ex Thuano & aliis.

BOnaventura Cornelius Bertramus, Thoartio Tremolliorum oppido in Pictonibus honesta familia natus, Lutetiæ prima literarum fecit stipendia sub Hadriano Turnebo & Joh. Stracelio; dein sub Angelo Caninio (de quo alibi) & Joh. Mercero, Orientalium linguarum Professoribus peritissimis, Hebraicæ & Aramicæ operam dedit. Inde Tolosam & Divonam Cadurcorum profectus, Juris Civilis scientiæ incubuit, atque interim linguam Hebræam cum Francisco Roaldesio Juris Civilis in ea Acad. Professore, penitius imbibit; cumque vix in tumultu Cadurcensi infestas persequentium manus effugisset, Genevam se contulit, ubi sacro verbi divini ministerio functus est; biennioque post, Sedem vacuam, per Antonii Rodolphi Cevallerii (de quo supra) absentiam, nactus, linguam Hebræam publice in ea urbe docuit, uxoremque duxit Genovefam Denosam, Th. Bezæ conjugi unicè charam. Sub idem tempus, Sanctis Pagnini Thesaurum magna accessione ex observationibus Joh. Merceri, ipsius Cevallerii, ac suis locupletatum edidit, nec non Hebrææ ac Arameæ linguæ Comparationem & de Politia Judaica Commentarium, à Constant. L'Empereur luculentis observationibus illustratum; qui ex

ex omnibus ejus Operibus maximè com̃endatur. *Recognovit etiam versionem Gallicam Bibliorum, suasu & hortationibus Professorum Genevensium. Postea relicta Geneva, Frankentalam in Palatinatu profectus A. 1586. in suo munere assiduus, Lucubrationes Frankentalenses à loco dictas publicavit, ac tandem à Bernatum Republica Lausanam evocatus, in publica Professione Anno climacterico suo defecit. A. 1594.

* His addo Epistolam ad Scaligerum inter Epist. Gallicas ad eundem, ac versus Hebræos in Psalmos Bezæ.

Variorum Testimonia de Bertramo & ejus Scriptis.

LEs Pasteurs & Docteurs de l'Eglise de Geneve, aux Amateurs de la Verité de Dieu, sur leur Version Fr. de la Bible; *Nous avons aussi ajouté certaines figures, mais à la fin & hors du Corps de l'ouvrage, qui pourront servir à l'intelligence de certains passages, en quoy a particulierement travaillé un Docte Personnage de nostre Compagnie grandement versé en la langue Hebraique & en la Lecture du vieux Testament.*

Theod. Beza in v. 14. c. 7. Act. *Si quis roget, quinam hic locus jam olim fuerit depravatus, perplacet mihi Bertrami Cornelii, mei in hac Ecclesia Genevensi Collegæ conjunctissimi, conjectura, qui Lucam putat non πέντε sed πάντες scripsisse.*

Is. Casaubonus Notis in N. T. 1587. *Doctissimo viro Bertramo Cornelio, Collegæ dum staret hæc Schola meo, videtur vox πρώτη jungenda cum κολωνία, ut significetur, hanc primam fuisse coloniam, quæ occurreret venientibus ex Asia.*

Hunc Librum cum aliis multis commodatò habui à viro mihi amicissimo, D. Andrea de Lortie, meo quondam in Philosophicis, quo glorior commilitone, nunc Rupellensium Ecclesiaste dignissimo.

Idem in Strabonem 1587. *Magna gratia habeatur doctissimo viro Cornelio Bertramo, non sacrarum tantum Literarum, quas diu magna cum sua laude est professus, sed totius etiam humanitatis peritissimo, qui veram lectionem hujus loci divinavit, eamque mihi ante aliquot annos ostendit. Placet autem illi, ut pro ὃν Πέρσαι σέβονται Θεῶν μόνον, legamus ὅνπερ καὶ σέβονται Θεῶν μόνον, qua conjectura nihil ingeniosius, nihil probabilius dici queat.*

Theod. Beza Præf. ad Lectorem in Merceri in Jubum Commentarium 1573. *Cæterùm ne sua quidem laude fraudandus Cornelius noster videtur, ejusdem Merceri quondam discipulus, & nunc*

nunc meus in hac Ecclesia Collega: Huic siquidem non parva ex parte debetur istius Libri editio, cum vix alius reperiri potuisse videatur, qui hæc à Mercero minutissimis characteribus, ac fugientibus penè literis in adversariis descripta, legendo consequeretur.

Lambertus Danæus in Operibus 1583. p. 428. *Ecclesiastica disciplina in lege veteri à Deo ipso jam tradita fuit, ut libello de Politia Judaica doctissimè jampridem docuit Corn. Bertramus, Hebraicæ linguæ Professor eruditissimus & Collega meus.* Eundem laudat p. 900.

Jeh. Porthæse dans sa Paraſceve à l'examen de l'Eucharistie p. 185. 1602. *Peut estre aussi que B. Bertrand Corneille de Thovars, mon bon & docte Amy, n'ayant rien dit du mot Berith en son Enrichissement à Calepin sur le mot Testamentum, Calvin a pensé qu'il n'y avoit point de mot en Hebreu qui signifiast Testament.*

Antonius Fayus in Vita Bezæ 1606. p. 48. *Peste correpta est Genovefa Denosa unicè chara conjugi Bezæ; erat enim fratris ipsius filia, tenerrimè à cunis apud Bezam educata, & tandem clarissimo viro sacrarum atque Heb. Literarum scientissimo Corn. Bertramo nupta.*

Daniel Chamierius in Panstratia To. 1. p. 423. 1626. *Versionem N. T. Syriacam B. C. Bertramus, vir linguarum Orient. peritissimus, meus in Hebraica & Aramica Præceptor, Antioch. Ecclesiæ nascenti adscribit, Præf. in Comparationem suam Gram. Heb. & Aramicæ.*

De eodem Joh. Drusius in Epist. p. 151. Simon Goulart & Jeh. de Tournes dans les Lettres à Scaliger, Casaubonus in Epist. p. 485. And. Rivetus in Exercit. in Gen. 1633. & in Dialysi Discussionis Grotianæ p. 397. Dan. Heinsius (de quo alibi) in Exercit. S. p. 145. Const. l'Empereur Præf. in ejusd. Politiam Jud. & alii.

JOHANNES BODINUS, *Andegavensis.*

Ex Thuano.

JOhannes Bodinus in Andibus natus, & puer, ut quidam certò affirmarunt, in Carmelitarum Cœnobio vitam religiosam professus, dein voto immatura ætate facto solutus, gna-

gnaviter literis operam dedit, linguarumque non vulgari peritia sibi comparata, omnium artium circularem ambitum animo ingenti complexus est. Cumque initio in foro Parisiensi patronum egisset, contentiosæ illius militiæ pertæsus, scriptioni se totum addixit, periculoque in Oppiani Cynegeticis ingenii facto, quæ & eleganter Latinè ac scitè vertit, & doctissimo commentario interpretatus est, egregio documento per illa quantum in literis humanioribus valeret, edito; mox animum ad majora appulit, & post Methodum Historicam, & de re monetaria, accuratas contra Malastretum Dissertationes, Opus magnum de Rep. Gallice publicavit, in quo ut omni scientiarum genere non tincti sed imbuti ingenii fidem fecit, sic nonnullis, qui recte judicant, non omnino ab ostentationis innato genti vitio, vacuum se probavit. Postea & Dæmonomaniam Gallice itidem scripsit, in qua dum materiam ab aliis tantopere agitatam adversus Joh. Wieri plerumque sententiam, enucleatius retractat, magicæ rei ac vetitarum istiusmodi artium crimen minimè effugit. Dum hæc scriberet, à Rege Henrico 3. qui literatis disceptationibus per otium oblectabatur, ad familiare secretum cum plerisque aliis viris doctis sæpius est admissus, magnamque laudem ex iis reportavit, quippe qui ingenium in numerato haberet, & paratam ad omnia, quæ proponerentur, pulcherrimarum rerum copiam, qua polebat, acri memoria effunderet. Æmulatione dein quorundam, qui in Aula plus poterant, cum se gratiæ loco motum videret, in Franciſci Alenconiorum Ducis, (qui postea Belgicarum Provinciarum Ordinibus deferentibus principatum inivit) familia, ob raram eruditionem, & non vulgarem rerum externarum cognitionem, honorificum locum tenuit, eumque in Angliam & Belgium aliquot annis secutus est. Postea eo mortuo, Laoduni Clavati Prætura donatus est, ad quam se recepit, & jus magna probitatis & integritatis opinione assiduè dixit, usque ad A. 1588. quo turbatis ubique rebus, cum ab initio Protestantium doctrinæ addictus crederetur, neque tunc ab ea multum alienus putaretur, henoticæ factioni cum aliis nomen dedit, & multa de Rege legitimoque ejus successore haud satis digne pronunciavit, quæ

Idem sensit vir optimus & doctissimus Conr. Rittershusius Proœmio in Oppianum, ubi & Bodini Epistolæ fragmentū affert ad Joh. Cocinum JCtum, in quo de Oppiani Scriptis. Quam vere autem Thuanus & Kittershusi?, Commentarium in Oppianum Bodino tribuant, discе ex Bongarsioin Testimoniis.

Hinc patet, errare Bucholcerum filium, qui in Indice Chronologico asserit Bodinũ obiisse Anno 1585.

magno factiosorum plausu ubique evulgata sunt. Sed eum errorem admirabili de insperata horum motuum clausula præsagio statim emendavit, annumque & mensem, quo pax, cum minus putabatur, coitura esset, prædixit, eventusque ejus judicium comprobavit. Demum A. 1596. ineunte Majo septuagenario major pestifera lue correptus, publicato prius naturæ Theatro, quo rerum causas & effectiones ad principia sua repetitas exequitur, quasi Cygnea cantione, vitam, variis studiis sic & fortuna agitatam Laoduni clausit. *Hactenus Thuanus.* Præter superiora Bodini scripta, alia leguntur apud Fr. à Crùce, Verderium, Jamem & alios, in Bibliothecis. Quandoquidem hîc de Bodini Scriptis agitur, Lectori non invidebo ejusdem Epistolam etsi paulò prolixiorem, in qua se doctrinæ nostræ addictum prodit, à D. Picterio, nobili Andegavo, parenti meo communicatam A. 1649.

I.B.I. Botruo S.P.D. Recte suspicabaris me tùm Lutetiæ fuisse, redieram enim ante Non. Decemb. cum redditæ mihi tuæ literæ fuerunt, binas autem accepi: alteras A. D. XII. Cal. Janu., alteras Idib. Febr., utrasque cum Amicis libenter communicavi, apud quos maximam de tua eloquentia, deque politiore doctrina opinionem concitasti; ego vero sic statuo, nihil ornatius aut purius ab ipsis eloquentiæ fontibus manare potuisse. Nosti opinor ingenium meum, qui nec blandiri cuiquam, nec assentationem cujusquam sine molestia ferre possum. Te verò, qui omnium optime à natura, uberius etiam à virtute informatus es, certe scio laudibus nunquam insolescere: sed his quasi adminiculis ad virtutem magis ac magis inflammari. Perge igitur & huic excellenti naturæ obtempera, teque ipsum imitare: Nam qui melius alterum ad studia laudis hortari, aut alteri exemplo esse possit, quàm tibi tu, video neminem: Itaque me abs te amari non tantum lætor, verùm etiam triumpho, tu vicissim cave putes quenquam cuiquam esse chariorem quam tu mihi. Cum enim tua te natura moresque optimi omnibus amabilem faciunt, tum vero mei sensus cum tuis sensibus ita congruunt, ut hæc amicitia non casu conciliata, sed natura constituta esse videatur, præsertim cum dissentiamus inter nos in rerum divinarum opinione.

Ex

Ex quo intelligi potest eos errare, qui necessariam in amicitia rerum divinarum consprationem putant. Tametsi enim sine religione aut divini numinis alicujus metu una de pulcherrimis virtutibus, justitia, quæque ex ea existit, humanæ societatis, fides, vix sibi constare posse videtur: nihilominus tamen interdum tanta naturæ vis, ac bonitas est, ut invitos ac repugnantes homines in mutuum amorem pertrahere possit; cujus rei argumentum nullum majus extare potest, quam ipsius M. Tullii, qui se ipse in eo maxime refutat, quod Pomponium Atticum Epicureum nobilem invitus amavit, & quidem incredibili amore, tametsi Epicureos acerrimè est insectatus; quare non dubito quin noster hic amor, qui brevi tantum incrementum accepit, si rerum quoq; divinarum consensus accesserit, ad summum sit perventurus, quod ut fiat aliquando, te oro atque obtestor, vel ut me in sententiam deducas tuam, vel hortanti mihi assentiare. Scripseram prioribus ad te literis hunc in modum: Nec te auferant variæ de Religionibus sententiæ, modo illud habeas animo comprehensum, veram Religionem aliud nihil esse quam purgatæ mentis in Deum verum conversionem. Ad hæc ita rescribis, ut meam vel potius Christi Religionem latenter increpare, atq; hujus Belli Civilis, quo Gallia tota jam exarsit, causas inde velut ab ultimo principio deducere videaris; hoc profecto tibi assentior, illud etiam addo, veræ Religionis argumentum nullum majus esse, quam cum in ea fortiter oppugnanda vires humanæ conjurant, tum illa jactantur in vulgus, ab Religione bellorum initia proficisci, quæ vetus est non solum in Christianos, sed etiam in Christū ipsum contumelia jactata. Sed quid ille? non veni pacem, ait, conciliare, sed bella serere, liberos in parentes amare, virum in uxorem: quæ verba detestabilia plerisq;, homini vero intelligenti præclara videntur, rationem enim subjecit, cum diceret κακοδαίμονα, rerum humanarum ac mundi hujus principem, alta quiete tantisper frui, dum potentior illum de arce deturbare conaretur, tum enim graves cieri tumultus ac bella civilia nasci: Has igitur accusationes refutarunt olim Athenagoras, Justinus, Tertullianus, Arnobius, Lactantius, maximè tamen Augustinus in libris de C.D. quos propterea scripsit, ut Gothorum clades ac bella civilia, quæ in Chri-

ſtum regerebantur, ab hominum impietate ac innocentium Chriſtianorum crudeliſſimis ſuppliciis manare doceret. Eſt ergo Religio bellorum principium καὶ συμβεβηκώς, perinde ut medicina ſalutaris inveteratum morbum ſine magno ſenſu doloris ac languentis gemitu curare non poteſt: Illud autem conſtat inter nos, hominem eximia quadam conditione creatum ac præclaris virtutibus à Deo ſubornatum de via deflexiſſe, ex quo labes æterna mortalium animos ſic invaſit, ut nec præmiis ullis ad virtutem incitari, nec ſuppliciorum acerbitate à vitiis deterreri poſſint: Itaq; in perpetua nocte & caligine verſaremur, niſi Deus O.M. ſtatis temporibus ſummam virtutem in quibusdam excitaret, ut ab iis reliqui mortales à recto curſu virtutis aberrantes dirigerentur. Tales extiterunt duob⁹ circiter annorum millibus, decem illi, quos hiſtoria S. complectitur initio τῶν χιλιάδων, & utriusq; ætatis Prophetæ. Omitto Pythagoram, Heraclitum, Thalem, Solonem, Ariſtidem, Anaxagoram, Socratem, Platonem, Xenophontem, Hermodorum, Lycurgum, Numam, Scipiones, Catones, quos viros? qua virtute, integritate, ſapientia florentes? Nulli ex his omnibus impiorum calumnias evaſerunt, multi exilio mulctati, nonnulli ante aras cæſi, alii alio ſupplicio damnati ſunt quaſi ſeditioſi cives; tametſi omnes ſumma virtute ac virtute conjuncti, ac parum abeſt, ait Auguſtinus, [a] quin Platonici fiant Chriſtiani. Cum autem Plato unius Dei cultum animorumq; im̃ortalium vim ac poteſtatem ubiq; prædicaret, tantisper ſibi credendum eſſe dicebat, dum ſe præſtantior ſacratius aliquid afferret; Is erat Chriſtus, qui cœlo delapſus in terras, quaſi ferula Palladis æternæ ſacros ignes arripiens ſelectos vitæ purioris homines afflavit, ut flagitiorum & ſcelerum immanitate pollutum orbem perpurgaret, ac mortales execranda ſuperſtitione obligatos ad verum præpotentis Dei cultum perduceret, ipſe tamen cum ſuis crudeliſſimo ac turpiſſimo genere ſupplicii affectus eſt, quod violatis religionibus regnum affectare diceretur; Sed tam magna vis extitit ejus diſciplinæ, ut contra omnes hominum improborum inſidias, contraq; mirabiles Tyrannorum crudelitates, qui annos amplius trecentos illam oppugnarunt, ſe per ſe ipſa tueretur; quo ad Conſtantinus Auguſtus, Gallorum, Germanorum, Britannorum

[a] Lib. de vera Relig. c. 4.

rum legionibus, Christiani nominis fiducia erectus, sacrum Bellum ipse privatus, adversus suum principem, adversus S. P. Q. R. pro Christiana Religione suscepit, ac Tyrannos speciosa Principum appellatione abutentes ad crudelitatem, de imperio deturbavit. Idem antea Moses, ac Judas Maccabæus facere non dubitarant, templaque & urbes florentissimas solo æquaverant, ut ne vestigium quidem tantæ impietatis ullum extaret; quis dubitet quin hoc ipsum tentatum sit, Deo permittente, propter cædes ac sectiones bonorum, qui turpissimam εἰδωλομανείαν abolere conantur. Hanc igitur, Mi Botrue, sacri belli causam esse opinor, placet tamen eorum, qui nos oppugnant, præcipua quædam argumenta refutare, in quibus disputationis summa versatur. Annos mille quingentos, ajunt, beatorum animos eorumque statuas coluimus: Missam celebravimus: εὐχαριστίαν adoravimus: purgatorios ignes credidimus, denique falsam religionem simulare, scelus; veram dissimulare nefas est, quæ à divina majestate sunt aliena: Num igitur passus est Deus O. M. nos in tantis erroribus versari, ac seipsum ab impiis misere lacerari? hæc illi copiose amplificant. Primum illud falsum est, quod posuerunt de Annorum numero, quia nullæ ante annos octingentos statuæ, nulla sexcentis annis ἀρτολατρεία: nulla mortalium ἀποθέωσις ante annos quadringentos: ultrices verò flammas animis purgandis, Græci & Asiatici semper abhorruerunt. Atque de rebus his ipsi te Libri, quibus ad pietatem informamur, abundanter erudire possunt, quæ à me nunc brevitatis causa omittuntur; tum quod ex iisdem fontibus illa, quibus ego, haurire facile possis. Demus illud denique sexcentos aut mille annos in impia superstitione homines vixisse, an propterea scelus illud in Deum regerere debemus? eodem sanè argumento fatendum sit, Sceleratum fuisse Deum, qui tot annorum millibus ante Christum omnes homines, exceptis (sic enim vox divina testatur) millibus septem, in teterrima κακοδαιμόνων λατρεία καὶ δουλεία vixisse permiserit, absurdum hoc, illud igitur. Consimili ratione Proculus mundum æternum statuens, negabat tanta bona, quæ videamus, Deum æternum rebus genitis invidere tamdiu potuisse. Cum igitur hæ disciplinæ sibi non consentiant & earum fundamenta labefactari videamus, dubium non est, quin cætera consimili casu ruitura

sint,

sint, cujusmodi est illa diuturni silentii præscriptio, quanquam
A. 1649. frequentes antea quidem extiterunt interruptiones, puta Bertranni. *Cætera desiderantur*, de quibus in hæc verba ad Reverendū Parentem D. Picterius; *Je vous envoye la Lettre de Bodin que j'ay fait copier sur l'original, que j'ay imparfait comme vous verrez, j'espere pourtant vous envoyer bien tost le reste, ce sera lors qu'un de mes Amis qui l'a & qui ne me l'a jamais voulu donner, sera revenu de la Campagne.* Hæc D. Picterius, à quo nehilum quidem ab eo tempore Pater accepit.

Variorum Testimonia de Bodino & ejus Scriptis.

SAmmarthanus in Elogiis: *Joh. Bodini Andegavensis felicissimum ingenium fuit. Qui cùm ab adolescentia bonis literis egregie imbutus esset, imprimisque gentium omnium historiam absolutissimè calleret, illius legendæ Methodum libello brevi quidem illo, sed sanè luculentissimo, complexus est. Fuit hoc illi famæ surgentis auspicium, quam editis de Rep. sex Libris, varia multiplicique eruditione & stupenda exemplorum varietate refertis, abundè postea confirmavit atque auxit. Neque verò, quam scriptis comparaverat existimationem, præsentia sua minuebat, si quando in familiari hominum congressu de quacunque re proposita disertè copioseque disputaret. Quo magis mirandum est, hominem ea facultate præditum inter nobiliores curiæ Parisiensis advocatos locum obtinere non potuisse; præsertim cum æquales haberet Brissonios, Paschasios, Pithœos & alios complures ingenii laude præstantes viros, qui amœnioribus etiam disciplinis incumberent, nec eò minus celebriter in fori luce versarentur. Hac enim re sive neglecta sive infeliciter tentata, reliquit Lutetiam, adhæsitque Serenissimo Andium Duci, Regis fratri, quem in Angliam secutus, cùm illic è suggestu publico sua Scripta juvenibus enarrari comperisset, ex hoc inusitatæ gloriolæ proventu, non mediocrem vigiliarum suarum fructum sibi visus est collegisse. Trajecit inde ad Belgas in ejusdem Principis comitatu, quo mox intempestive sublato, Laoduni Veromanduorum, ubi Magistratum gerebat, inclinante jam ætate acquievit, alteroque demum post urbem illam à Rege obsessam & expugnatam anno in cœlum se recepit.*

Idem

Idem in Augerii Ferrerii Elogio, *Sublatus est è vita, dum severiore Bodini censura notatus, provocatusque, susceptam adversus eum de Rep. disputationem adornaret.*

Eademhabet Thuanus ad finem Libri 89. Hist.

Thuanus ad An. 1576. *Interea 18. Kal. Jan. referente Petro Versorio, in Comitiis caput de Religione agitatum fuit, decretumque, ut ad unitatem Catholicæ Apostolicæ Romanæ Religionis omnes Regiæ ditioni subditi populi revocarentur, initio addita clausula, dum id citra bellum & publicæ quietis perturbationem fieret; sed postea tenuit, ut nulla conditione apposita id quavis ratione fieret. Quo audito Joh. Bodinus scriptis ad posteritatem victuris satis clarus, & qui pro plebejo ordine Veromanduorum Præfecturæ nomine comitiis interfuerat, exclamavit ea petitione violari Edicta, & violatis Edictis ad arma regno toties funesta necessario conclamari, quæ libera vox illi magnam invidiam conflavit. Itaque cum videret homo futuri providus conjuratione facta eò animos inclinare, & fatali Regis ac consiliariorum ejus cœcitate effici, ut ab illis, qui prohibere poterant, præpostera prudentia, in ea re dissimularetur, hujusmodi publicis sibi perniciosis & in publicum nihil profuturis admonitionibus deinceps abstinuit. Postridie Durocortoro Rhemorum, Catalauno, & Augusta Suessionum, homines à factiosis subornati venere, qui Bodinum contra mandata sua intercessisse dicerent; quibus in Consistorio Regio auditis, nihilominus pronunciatum est, Bodinum nihil nisi rectè fecisse.*

Idem ad A. 1577. *Cùm Joh. Bodinus ab Augustodunensi Episcopo rogaretur, ut plebeii ordinis nomine secum & cum Monmorino ad Condæum proficisci vellet, ille & asperam hyemis jam inclinata ætate tempestatem caussatus, cum præterea se minus huic oneri idoneum diceret, quod pacis tuendæ ab initio author, ex eo in multorum suspicionem incidisset, tandem se excusavit, & in ejus locum Pet. Ratus Pictavensis Prætor suffectus est.*

Idem ad A. 1589. *Cùm Laodunenses non parerent, qua in civitate advocatus fisci erat Jo. Bodinus, homo multiplici eruditione notus, Senatus Consultum fit, quo præcedenti 4. Non Mart. facto parere jubebantur, quo allato, Bodinus, (quippe qui olim Protestantium doctrinæ addictus, nec ab ea multum unquam postea alienus, Alenconii Ducem, dum à Rege fratre dissideret, secutus fuerat) & factum laudavit, & habita ex consilio Episcopi ad populum oratione, scrupulum è conscientiis & metum ex animis amovit, cum diceret tot urbium & civitatum*

summa consensione defectionem, non rebellionem posse dici, neque pœnam, quæ paucorum delinquentium esse solet, ad exemplum in tanta multitudine mereri; incusato interim Rege quasi perfido & hypocrita, & facto de Regni successione sinistro augurio, nam ut in vita singulorum hominum annum 63. Climactericum esse ac fere lethalem, sic cum à Varamundo, à quo seriem Regum nostrorum patrii Annales repetunt, ad Henricum III. 63. Reges numerentur, videri Regem huic Regno Francico fatalem & ultimum ex ea familia fore. Ita Laodunenses ad Parisiensium unionem accesserunt annitente Bodino, quod & ipse literis ad Barnabam Brissonium datis, quæ typis editæ sunt, testatus est.

Quiconque est né hors de l'Angleterre, ne peut rien pretendre à la couronne. Voy l'Hist. de Mr. de Thou.

Pierre Matthieu To. 2. de son Hist. d' Henry 4. p. 237. *Bodin estant en Angleterre au voyage de Mr. de Mompensier, se rendit odieux aux Anglois & indiscret aux François pour sa curiosité. Disnant en la Maison d'un Seig. du pays, il se jetta sur les pretentions des Princes à la couronne d'Angleterre, & dit qu'une Princesse en estoit l'heritiere presomptive, sinon qu'elle en fust exclusе comme née hors le pais, par une loy dont il n'avoit jamais sceu l'autheur ny l'origine, & n'avoit peu apprendre ou elle se trouvoit. Vous la trouverez, respond le Seigneur Anglois, au dos de la Salique. Repartie qui mit à roüet ce discoureur, & luy fit cognoistre qu'il n'estoit pas beau aux Estrangers d'esplucher les Secrets d'un Estat.*

Autographum est penes Nicolaum Rittershusium, Conradi filium, & in Altorfina Academia Juris Professorem, ex quo clarissimus vir Joh Fredericus Gronovius, Academiæ Leydensis hodie lumen, ista descripsit, Norib ergæ, Die 21. Sept. Anni 1632.

Jacobus Bongarsius Clarissimo viro D. Conrado Rittershusio J. C. Professori, Francofurti 4. Aprilis 1600. *De Bodino quid cognoverim, paucis accipe. Libros de Rep. cum primum ederentur, legi avidè, Anno, nisi fallor, 1576. recens tum à Germania. Ingenium hominis arridebat, placebat multa illa lectio, sed quoties attingebat res Germanicas, videbam hominem errare turpiter & judicium passim desiderabam. Venio inde ad audiendum Cujacium, inaudierat is tangi se à Bodino, Librum requirit, is nullius erat apud Bibliopolas: Mittit ad me, quem Historiarum studiosiorem noverat, quam Juris Tribonianici. Librum à me accipit, & aliquot post dies data occasione in hominem publica in lectione insurgit, per duas horas & quod excurrebat oratione perpetua. Recitatio illa à quibusdam ad Bodinum mittitur. Is in altera editione Epistolam præmittit operi, inscriptam Pibracio, qua in Cujacium atrociter invehitur, sed eorum, quæ Cujacius notaverat, in ista altera editione nec volam reliquit nec vestigium, A. 1583. Venio in de in Daniam, Principes & magnos viros convenio, quærunt, quod sit de*

de Bodino Judicium ? Ego ignorans scripsisse illum, quod eos morderet, respondeo, haberi pro homine magni ingenii, judicii nullius. Tum hi, scripsisse illum de gente & moribus Danicis falsissima. Consulo inde Carolum Dancæum, Regium in Dania legatum, virum & doctrina & usu rerum & pietate insignem : Is mihi statim paginas aliquot profert inscriptas ipsi Pibracio, quibus querebatur factam sibi injuriam, qui falsa & inepta scribens de Danicis rebus, laudasset literas scriptas ab ipso Dancæo tanquam visas & lectas : Sed sibi ista scribere aperte & crasse conficta, nunquam venisse in mentem, petere ut sequenti editione retractentur ; alias accusaturum hominem apud Regem. Excerpserat Dancæus mendacia illius de Danicis omnia, quæ cum exscribere ego cuperem, nec vacaret discedenti, dicebat Dancæus, non esse exscriptione opus, nam ne nominare quidem unquam Daniam aut Sueciam aut alium Septentrionis illius locum sine mendacio. Idem in Polonia mihi de suis rebus multi confirmarunt. Et erat mos Bodini, quæcumq; de exteris à circumforaneo quolibet audiret, ea absq; alia cum notare & publicare. Jam edidisse illum lectiones Turnebi in Oppianum pro suis, nemo nostrorum ignorat : Sed in libris de Rep. monitus, plenaq; mutavit in melius. Ego primam tantum editionem legi, secundam inspexi leviter, sit non inutilis ejus opera ; ea certe non est, ad quam deduci debeat adolescens tanquam ad fontem aut purum rivulum. Sed de his plus satis. Vale, vir clarissime, & me ama.

Quæ A. 1645. D. Pictorio, de quo supra, ab ipso Grotio communicata, ille ad Rev. Parentem misit A. 1648.

Idem in Justinum p. 51. Not. 1581. *Spartianus refert, Bassianum occiso fratre, Papiniano mandasse, ut in senatu pro se & apud populum facinus dilueret : Illum respondisse, non tam facile parricidium excusari quam fieri. Fuit illa Principis Juris-Consulti Cygnea vox : quam miror hominem, si Dis placet, politicum & Juris-Consultum & Christianum in Libris suis de Rep. reprehendere pessimo exemplo. Recte enim & ordine fecit Papinianus, & viri boni officium functus est, qui mori præoptavit, quam Tyranno impia & iniqua imperanti parere. Idem ille in eo peccat, quod Papinianum Imperatoris consanguineum facit, contra quam Spartianus, quem ille auctorem laudat ; Juris-Consultus cognationem & affinitatem nescit distinguere. Facit quod Rhetores solent, quibus concessum est mentiri in historiis aliquid, ut dicere videantur argutius.*

Montagne dans ses Essais Liv. 2. Ch. 32. *Jehan Bodin est un bon Autheur de nostre temps, & accompagné de beaucoup plus*

de Jugement, que la fourbe des Escrivailleurs de son Siecle, & merite qu'on le juge & considere.

Joh. Georg Godelman Ep. in Disputationem de Magis, Franc. 1548. *Joh. Wierum Jo. Bodinus Juris-Consultus refutavit, non tamen ita, ut multis, qui contrarium cum Wiero sentiunt, omnino sit satisfactum.*

La Croix du Maine dans sa Biblioth. *Joh. Bodin Advocat des plus doctes & renommez de tout le Parlement de Paris, Maistre des Requestes de Mr. frere du Roy, homme fort docte és langues. Il florit à Laon en Laonnois, au pays de Picardie cette A. 1584.*

Gabr. Naudæus in Bibliogr. Politica; *In Politicis nullus jaculum extra metam expedivit, excepto Joh. Bodino, cui uni tantum cæteri concedunt, quicunq; unquam de Rep. Libros edidere,*

Quantum lenta salix pallenti cedit olivæ.

Nec immerito sanè: cum animum inquietum ac vastissimum, quem acceperat à natura, tam pertinaci studio, tam inexhausta doctrina, tam admirabili judicio excultum, ad rerum omnium comprehensionem attulerit, ut superatis linguarum pene omnium ac scientiarum difficultatibus, non modo naturæ Theatrum novis rationibus extruxerit, sed Regnorum, quotquot in mundo constituta fuere, species, leges, instituta, arcana denique & virtutes ac vitia in ordinem sapientissimè reduxerit, ac, velut Phœnix unicus sui sæculi, seipsum tandem consumpserit in contemplatione altioris illius sapientiæ, cujus secreta revereri potius ac admirari debuisset, quàm ipsa in medium & examen, velut reliqua, omnia vocare. Sane quantum ad ejus Remp. spectat, fatendum est, opus esse elaboratum ingenio, expolitum industria, perfectum judicio, & ita numeris omnibus absolutum, ut qui ab ipso discesserit, haud dissimilis videri possit nautis illis antiquioribus, qui neglecta vel ignorata Cynosuræ præstantia, navigationis suæ cursum ad avicularum quarundam placitum dirigebant, sæpiusq; per cautes & saxa præcipites ferebantur. Scio equidem, Fabium Albergatum hominem Italum, & Serrium, ac Augerium Ferrerium Gallos, magnis conatibus, & Libris ad id consequendum editis, periculum illi ac ruinam intentasse: Sed eventus docuit, eundem fuisse istius pugnæ eventum, quem Pygmæorum cum Hercule:

Hercule: ut non jam ad miniatas alicujus Attici aut Hyperattici ceras trepidare debeat, sed ad Ecclesiæ solius judicium: cujus censuris quoniam vehementius urgetur, quàm inimicorum argumentis, hinc est quod ipsius Libri evolvi minime debeant, nisi obtenta prius, & hunc & quoslibet autores Politicos legendi facultate.

Idem ibid. *Diversas inter se religiones commiserunt non sine dispendio veræ pietatis superioribus annis Hieron. Cardanus in Libris suis de subtilitate, & Joh Bodinus compositio, sed nondum edito, (atque utinam nunquam edatur) de rerum sublimium arcanis ingenti volumine: a quod equidem Jesuitam Possevinum, non perperam de ipso judicium tulisse, argumento esse potest validissimo certe manifestissimoque.*

a Hoc Opus Lutetiæ vidi in Musæo Clarisimi Viri D. Briot, descriptum è Mſ. Codice Sereniſſimæ Suecorum Reginæ.

Christ. Colerus in Epistola de Studio Politico; (scripta A. 1601.) *Bodini Resp. magis ardua & erudita. Non caret carptoribus. Mihi quoq; nimis se diffundere videtur. Sed facile est in operoso libro, quod reprehendas, invenire.*

Arnoldus Clapmarius in Nobili Triennio, scripto A. 1605. *De hisce uti & de omnibus, Methodus accuratissima nobis tradita est à Joh. Bodino, viro eruditissimo & plurimæ lectionis.*

Hugo Grotius (de quo alibi) in Epistola ad V. R. Joh. Cordesium Canonicum Lemovicensem, Lutetiam, 19. Sept. 1634. *Literas à te attulit, Reverende Senex, Vester Cramoisius, & Bodini scriptum manu Librum legi dignissimum. In quo opere Bodinum agnovi, qualem existimavi semper, hominem rerum quam verborum studiosiorem, Latinitate utentem haud plane nitida, metricarum legum pueriliter imperitum, Græcis literis vix imbutum, Hebraicorum morum ac sententiarum satis gnarum, non ex interiore linguæ illius cognitione, sed ex amicitia, quam coluit cum doctissimis Hebræorum, quæ in illo πληροφορίαν eam, quæ in Christianis requiritur, non parum labefactavit. In historiis & testimoniis citandis, video eum à vero sæpe abire, neglectu malo credere quam dolo, quanquam interdum vix est, ut doli suspicionem effugiat. Cæterum nihil mihi novi laboris ad augendum de veritate Relig. Christianæ librum hinc impositum intelligo.*

Joh. Gillot à Scaliger de Paris 9 de Feurier 1607. *Ceux*

qui montent en chaire icy font des contes, declament contre Bodin tout un Sermon, & le déchirent ſans ſe ſouvenir que ce vilain a eſté de la ligue & eſt mort Juif, ſans parler de J.C. par les dernieres paroles que j'ay en vers de luy.

Joh. Scaliger Caroloſ Labbæo Lugd. Bat. 4. Kal. Mart. 1607. *Illud velim ex te ſcire, quare Pontificii tam acerbe quotidie in Bodinum declament. Certe quod mancipium ambitionis fuerit, propterea odio illis eſſe eum non crediderim. Aliam ſubeſſe cauſam neceſſe eſt; quam ex te ſcire velim. Hujus igitur tam inopinati odii cauſam, & quare hominem pridem mortuum canes ex tumulo eruant, neq; ejus manes quieſcere ſinant, à vobis exſpecto.*

Grotius D. Cordeſio 30. Octobr. 1634. *Placuiſſe tibi, quæ de Bodini Libro mihi videri ſignificaveram, gaudeo, ut qui judicium tuum ſemper fecerim maximi. Librum ipſum, etiamſi ſcirem hærere ibi adhuc Cramoiſiaci ſarcinas, mittere tamen Francofurtum non auderem, ita infeſtæ ſunt viæ non à Cæſarianis tantum, ſed à Fœderatorum militibus.*

Claudius Sarravius, vir dum viveret & omnigena eruditione & Senatoria dignitate illuſtris, in Epiſtola ad Iſ. Voſſium ξ πατρός τὸ παιδίον, Holmiam, Lut. 21. Jan. 1651. *Bodini Liber, quem rogas, repertu eſt difficilis, nec extat in Biblioth. Regia, neq; in Thuana, aut Richeliana aut Mazarina. Neq; Puteani fratres, neq; Bignonius, neq; Patinus, neq; Moræus eum habent. Audio tamen haberi inter Libros nuper fato functi Præſidis Memmii, quos ejus vidua diligenter cuſtodit. Operam ſuam mihi addixit Valeſius, ut inde eum educat, quod vivente Domino penè impoſſibile fuiſſet, ita ſollicite ſua ſibi uni ſervabat, cum nullo communicanda. Interea nactus ſum priorem librum è ſeptem, quibus opus conſtat, quem ſtatim deſcribendum curabo, & ad Incomparabilem Reginam allegabo.*

Idem eidem Lut. 3. Febr. 1651. *Bodini de abditis rerum ſublimium arcanis, hunc tantum, quem jam mitto, Librum, hactenus nanciſci potui. Eum olim ex auctoris Autographo, qui tum erat Joh. Cordeſii, deſcripſit Ardiſius vir doctus, in Caſtelleto quod vocatur Conſiliarius. Priusquam autem reliqua perfeciſſet, repetitus eſt liber, qui jam nuſpiam comparet. Dicunt Cordeſii ex ſorore nepotem eum ſecum in quendam Lemovicenſem pagum aſportaſſe.*

Sed

Sed quid isto nepote factum sit, nescitur. Dicunt alii scriptum horribilis carminis visum flammis ultricibus esse datum: certè esse dandum, potius quam cum quoquam communicandum.

Idem eidem Lut. 25. Mart. 1651. *In Catalogo MSS. Codd. Bibliothecæ Memmianæ non inveni desideratum Bodini Dialogum, quem procul dubio aliquis surripuerit.*

Idem eidem, 13. Apr. 1651. apud Cenomanorum urbem; *Quicquid contrà sentias, Bodini Dialogus, cujus primum Librum misi, is est, quem postulat Serenissima Regina. Quæ enim Judaicam & Christianam Religionem spectant, habentur in sequentibus. Repertum est ejus apographum MS. sed nolunt illud communicare, imò nec ipse vidi: Servatur enim velut pretiosissimum κειμήλιον Bibliothecæ Cluniacensis. Liber non facilè reperitur. Statim atque in urbem rediero, quæretur diligentissimè.*

De Bodino & ejus scriptis lege præterea, si vacat, Camdenum in Britannia p. 782. Mizaldum in Memorabil. p. 6. v. Miræum in Elogio Jac. Meyeri, Kekermannum ad calcem Gymnasii Logici & in Tract. de natura Historiæ. Popelinerium in 8. Odyss. ut in 10. Dempsterum in Indice in Antiquit. Rosini. Mart. Delrium in Omissis & erratis ad 3. partem Syntag. Tragœdiarum Ant. 1593. Irlandum in Tract. de Emphasi p. 45. Indicem Libb. prohibit. Romæ 1596. p. 26. Dresserum in Orat. de quatuor Monarchiis, & multos alios, quos, ne Lectori tædio sim, omitto.

GILBERTUS GENEBRARDUS.

ARvernia bonis ingeniis fœcunda, hunc edidit Sacrati Ordinis eruditum virum, qui S. linguæ Regius apud Parisios Interpres, Hebraicæ antiquitatis arcana plurima & ea maxime, quæ ad rationes temporum subducendas pertinent, adhibito perspicacis ingenii lumine, perquisivit ac in lucem protulit. Hoc enim ex fonte ortum est Chronologicum illud Opus, & alii, qui nunc sunt in manibus hominum, similis industriæ fœtus, ab eo vigiliis & laboribus elucubrati. Multa ille ex Heb. & Græcis accuratè transtulit, multa recognovit, Multa com- Ex Samarth. in Elogiis.

commmentatus est. Noviſſimeque Muſarum penetralia ingreſſus, amatorium Salomonis Latinè tentavit, poëma molle illud quidem ac tenerum, ſed pium; quo Servatoris puriſſimos in Eccleſiam ſuam amores intelligi ſapientiſſimi homines tradidere. Nec eum ab inſtituta verſione deterruit, quod alii ſummæ doctrinæ viri & hujus ætatis facilè Principes, Poëtæ lepores omnes & gratias in eodem carmine transferendo feliciſſimè jam impendiſſent. His ſtudiis inſeneſcentem, partaque præſtantis eruditionis opinione latè celebrem, Gregorius XIII. eorum commendatione, qui à Regio nomine deſciverant, Aquenſi Archiepiſcopatu donavit. Sed magnanimo Rege rerum potito, impetratam his authoribus à Pontifice dignitatem diu ſervare ac tueri non potuit. Fato functus eſt Semuri Burgundionum, quo in Oppido non ignobile Sacerdotium poſſidebat, A. ſalutis 1597. circiter ætatis A. 60. *Hæc Sammarthanus.* Genebrardi Operum Catalogus extat in Libro, cui titulus eſt *La S. Liturgie*; quibus adde Epiſtolam ad Benedictum Ariam de puritate fontis Hebræi, Lut. 7. Kal. Decem. 1574. à doctiſſimo viro D. Ant. Hulſio, Ling. Sanctæ Bredæ apud Batavos hodie Profeſſore, vulgatam, * ex Autographo à viro Hebraicæ veritatis ſolertiſſimo Indagatore D. Andr. Colvio ſibi communicato.

De Genebardo etiam cum laude Sammarthanus in Elogio Jac. Billii.

* Ad calcem nimirum Pſalm. Heb. typis editorum A. 1650. Quam cum aliis partim MSS. partim editis, ſed non ubivis occurrentibus, aliquando juris faciam publici.

Variorum Teſtimonia de Genebrardo & ejus Scriptis.

THuanus ad A. 1593. *Gilb. Genebrardus, qui ſe pro Archiepiſcopo Aquenſi gerebat, ex altercatione in verbà contumelioſa contra Hieron. Hennequinum Sueſſionenſem Epiſcopum exarſit, eum & Æmarum ipſius fratrem Rhedonum Epiſcopum tepentem & in bona cauſa prævaricatorem dictitans. De quibus cum poſtea illi conqueſti eſſent, Genebrardus quam temere verba protulerat, tam turpiter ſcheda etiam tradita propria manu ſubſcripta poſt aliquot dies recantavit.*

Idem ad A. 1597. *Apud nos hoc anno Gilb. Genebrardus patria Arvernus, Profeſſione Benedictinus, Semurii in Æduis, ubi opimum*

opimum sacerdotium habebat, in vivis esse desiit Sexagenario major, qui diu Literas Hebraicas magna frequentia in Regio Auditorio Lutetiæ docuit, & per has turbas, non interveniente Regii nominis authoritate, Aquensis Archiepiscopus creatus est, ob idque dignitate ea, rebus per pacem ordinatis, statim exutus. In causa Regni & Scriptis suis, quæ complura & multijugæ eruditionis plena evulgavit, iniquior & acerbior, & vita quam stylo temperantior creditus. De eodem ad An. 1577. & 1589.

Joh. Quinquarboreus Joh. Camusio in Instit. Heb. *Intellexi ex G. Genebrardo, doctissimo gravissimoque Theologo & in Literis Hebraicis collega meo charissimo, te hisce diebus amplexum esse ruri Heb. Literarum studium, & non mediocres fructus inde retulisse.*

Steph. Claverius ad Claud. 1602. p. 8. Misc. *Insignem illum Hebraicæ linguæ Antistitem consuluimus.*

La Croix du Maine dans sa Bibl. *Gilb. Genebrard natif d'Auvergne, Docteur en Theologie & Professeur du Roy ès Lettres Saintes & Hebraiques à Paris, l'un des plus sçavans hommes en cette langue & des plus grands Theologiens de nostre temps, tres consommé és histoires saintes & profanes.*

La Popeliniere dans son Idée de l'Histoire accomplie 1599. *Les Arabes content depuis l'Hegire, c'est à dire depuis la fuite de Mahomet l'an de Christ 592. bien que d'autres la commencent à l'an de Christ 491. que Bodin & autres reprennent, & Genebrard docte & laborieux Theologien de l'an 621.*

Lipsius Fr. Raphelengio F. Lutetiam; *Ego audiendi tibi Genebrardi author sum in Hebræis.*

Jac. Prevostæus Orat 5. de vet. & nostrorum temporum Comparatione Par. 1570. *Inter Heb. linguæ Professores Parisienses, possum nominare Genebrardum, quem qui prælegentem ac concionantem audiverunt, præter eximiam Heb. linguæ cognitionem, singularem ejus doctrinam admirantur.*

Petrus Faber Saniorianus, Tolosanus Præses, in Dodecam. p. 127. edit. 1592. *De loco Psalmi 109. v. 19. consului nuperos G Genebrardi, clarissimi Theologi Hebræarumque Literarum Professoris sine controversia doctissimi, ad Davidem Commentarios, quos mecum attuleram.*

Idem p. 144. De locis duobus Augustini & Prosperi

ad verſ. 7. Pſ. 109. juxta vulgatam, explicationem facientibus; *Hos à me citatos cum hic legiſſet Genebardus in Authentico nondum excuſo, quod ipſi à me Cl. Villarius antequam typis mandaret, bona fide commodaverat, tamdiu id penes ſe habuit, donec ſuorum in Davidem commentariorum quarta (quam adornabat) in manus hominum veniret editio, in qua demum iſtos, itidem citavit authores graviſſimos, nec ſecutus eſt tamen; credo ne quidpiam didiciſſe commonſtrantibus nobis, aut de ſententia deceſſiſſe videretur.*

Joh. Seldenus in Opere de Jure naturali & gentium Lond. 1640. p. 127. *Quin & in hiſce præivit fermè Gilbertus Genebrardus, Archiepiſcopus Aquenſis, Literis Hebraicis certè apprime eruditus & Rabbinicis.*

Pet. Martinius Lectori, in Juliani τοῦ παραβάτου Epiſtolas, Pariſ. 1583. *Cum haſce Juliani reliquias ſummo viro & in Sacræ Th. facultate Doctori eruditiſſimo ac Profeſſori Regio M. N.* G. Genebrardo communicaſſemus, ejus ſuaſu typis mandandas atque in publicum proferendas eſſe duximus.*

* M. N. id eſt magiſtro noſtro, ut in Martinii vita notavimus.

Jaques Gillot Conſeiller à la grand'Chambre, & l'un des plus dignes hommes de ſon temps; dans une Lettre à Scaliger* parle ainſy de Genebrard; *Genebrard ſe monſtre non ſeulement Moine, mais furieux, à declamer ſur un mot qu'il n'a pas jugé eſtre en des Livres Eſpagnols qu'il extolle.*

* A la p. 426. de celles qui luy ont eſté eſcrites.

Lud. Dorleans in Novis Cogitationibus ad Tacitum p. 388. Par. 1622. *Dominus Genebrardus, Arch. Aquenſis, de cujus pietate & doctrina tam in Græcis & Hebræis quam Latinis Literis tota gloriatur Gallia, meam firmat ſententiam.*

Idem p. 510. *v. Dominum Genebrardum, Aq. Arch. in Chronol. qui varias opiniones de Chriſti Jeſu paſſione recenſet & componit, vir ſæculorum memoria dignus, & quo Gallia ſe jactavit alumno.*

Sebaſtianus Verronius in Chronico p. 472. 1599. *In rebus divinis tradendis claruit A. 1580. G. Genebrardus linguarum S. peritiſſimus, Theologus graviſſimus.*

Du Breul dans ſes Antiquitez de Paris 1612. p. 758. *Gilbert Genebrard Docteur en Theologie, Religieux de l'ordre de S. Benoiſt, eſtoit Profeſſeur du Roy en langue Heb. des l'an 1577. & l'an 1592. eſtant Prieur de S. Denis de la Chartre, il fut esleu Archeveſque d'Aix. Il deceda au mois de Mars l'an 1597. & eſt enterré*

terré au Prieuré de Semur en Bourgongne. Il a composé plusieurs belles œuvres, le Catalogue desquelles se trouve à la fin du Livre intitulé, La Sainte Liturgie. *Pierre Vignal* (de quo infra) *succeda à Genebrard l'an 1592.*

Bened. Arias in Commentariolo de varia Libb. Hebraicorum scriptione & lectione, ejusdem Bibliis præfixo; *De punctorum Antiquitate, doctum maturumq; judicium Autoris commendant, quæ à G. Genebrardo, pio, prudente atq; eruditissimo viro, variis in locis indicata sunt magis quàm ex professo pertractata.*

Scaliger Joh. Buxtorfio, Lugd. Bat. Kal. Jun. 1606. *Quod Genebrardus monachus de Rabbinorum lectione magis tentavit quàm absolvit, id, ut tu melius judicare potes, nihil aliud est, quam cento ex alienis pannis consutus. Longe instructiorem Magistrum postulat illud opus quàm Genebrardum, qui obtrectando plus famæ apud sui similes, quàm docendo apud studiosos peperit sibi.*

Pet. Gassendus in Vita Peireskii p. 33. edit. Hagiensis, *A. 1602. Deflectere inde volebat Semurum, ædes illas invisurus, in quibus ante 5. annos Genebrardus obierat.* De eodem p. 67.

De eodem Valadier p. 202. de l'Auguste Basilique de S. Arnoul, Pantaleon Thevenin sur du Bartas p. 57. Joh. Dadreus, in Approbatione Psal. Gallic Phil. à Portis, Scheckius in Apologia contra eum; Fr. Scorsus in Proleg. ad Theophanis Homilias, Bellarminus Lib. 1. de verbo Dei c. 20. & Lib. 2. de Christo c. 5. in fine. Petavius in Epiphanium p. 223. Casaubonus in Baronium p. 514. edit. Gen. Danæus p. 1309. Operum, Brovverus ad Venantium Fortunatum p. 22. edit. Moguntinensis, 1603. Naudé dans son Addition &c. p. 241. & alii.

FRANCISCUS JORDANUS.

De eo sic Jac. du Breul in Antiquitat. Parisiensibus pag. 758. *L'An 1587. succeda à Jehan de Cinquarbres natif d'Oreillac en Auvergne, Fr. Jourdain Docteur en Theologie, lequel deceda l'an 1599. au mois de Septembre, & est enterré au Minimes de Nigeon lez Paris.* De eodem Genebrardus in Chronographia p. 357. edit. 1585.

BLASIUS VIGENERIUS,
Sanportianus apud Borbonios.

CIrca finem ſuperioris ſeculi fatis conceſſit ſeptuagenario major Blaſius Vigenerius, vir Hebraicè & Rabbinice doctus, cujus plurima Scripta leguntur apud Fr. à Cruce, Verderium, & alios, ac de quo inter legendum, ſequentia teſtimonia notavi.

Popeliniere dans ſon Hiſt. des Hiſtoires 1599. p. 363. *Les figures & plate peinture de Philoſtrate ſont faites Françoiſes, & laborieuſement commentées par Blaiſe de Vignere, lequel par la ſuite qu'il en fit publier l'an 1596. & autres laborieux eſcrits, a plus moyenné d'honneur à ſon pays, & à meſmement * ville de Nivernois ſa naiſſance, qu'elle ne luy a porté de recommandation pour deuë recognoiſſance de ſes merites.*

* C'eſt S. Pourçain.

Simon Goulart Senliſien ſur la 2. Sem. de du Bartas p. 498. A. Gen. 1603. *Bl Vignere a traduit auſſi beaucoup de Livres que j'ay leu & releu; quant à moy je donne le prix à Amiot : Je recognois en Vigenere beaucoup d'adreſſe, & des traits bien choiſis; mais l'autre a je ne ſçay quoy qui ſe maintient mieux ce me ſemble.*

Florimond de Raymond dans ſon Antipapeſſe p. 47. 1607. *Chalcondyle ne parle pas un ſeul mot de cette Jane, comme on peut voir par la belle traduction de noſtre Varron François Blaiſe de Vigenere, lequel n'euſt jamais voulu corrompre le texte de cet Autheur, ny faire cet infame larcin de luy dérober preſque une page entiere.*

Gul. Soſſius in Vita Henrici Magni p. 141. 1622. *Primus Jacobus Amiotus Præſul, docuit terſe fari, dedit{q3} nervos orationi noſtræ. Blaſius Vigenerus toros addidit ornatumq3. Audax utero{q3} verba invenire, obſoleta concinnare, ſimplicia componere, extraria non ſine examine admittere.*

Tho. Dempſterus in Indice Autt. in Antiquitates Rom. Roſini 1613. *Vigenerius Criticus eruditiſſimus.* Eundem cum laude citat p. 411.

De eodem Verderius in Biblioth. Faber Saniorianus Lib. 3. Semeſtrium p. 216. & 219. Cæſar Noſtradamus dans ſon Hiſt. de Provence p. 297. Verderius filius in Cenſione Autt. p. 48. & 174. edit. 1. & alii plures.

Teſti-

Teſtimonia de Vigenerio & ipſius Scriptis.

BLaiſe de Vigenere fut premierement Secretaire du Duc de Nevers, & enſuite de Henry III.

Dans ſa Preface ſur ſon Traité des Chifres, il nomme cet ouvrage l'eslite de ſes plus recherchez labeurs, & dit qu'il y a 40. ans qu'il fait ſervice à la maiſon de Nevers. Son Livre eſt imprimé en 1587.

A la page 17. il dit qu'il vid à Rome l'An 1549. le Card. Carpy, Seigneur de gentil eſprit.

A la page 34. il dit qu'il ſe reſſouvient d'avoir veu en ſes jeunes ans eſtant nourry avec le General Bayard, premier Secretaire d'Eſtat du Roy François, Mr. de la Bourdaiſiere.

A la page 375. il dit qu'il fut envoyé en Flandres & Zelande l'an 1559. à l'embarquement du Roy d'Eſpagne.

A la fin du meſme Livre, ſe trouvent ces mots, *Blaiſe de Vigenere de la Ville de S. Pourçain ès enclaves de Bourbonnois & d'Auvergne, s'exerçoit apres les meditations deſſus dites l'An de Salut 1585. & de ſon aage le Climacterique.*

JOHANNES MARTINUS.

JOh. Martinum, profeſſione Medicum, à linguarum Orientalium eximia cognitione laudat Pontificius Atlas Jacobus Davy, Cardinalis Perronius, in limine Actorum Colloquii Fontis Bellaquæi, his verbis: *Au lieu du Sieur le Feure qui ne peut arriver aſſez toſt ſuccedá le Sieur Martin Lecteur & Medecin du Roy, homme tres-ſingulier en toutes ſortes de Sciences, & particulierement ès langues Latine, Grecque, Hebraique & Arabique.* Ex ejus ſcriptis, vidi tantum Dictata in Hippocratis Librum de vulneribus capitis, quæ confutat Nicolaus Vincentius in Epiſtola ad Stephanum Naudinum Berſurienſem, A. 1578. excuſa. Claruit A. 1600.

Antoine de Laval dans ſes Deſſeins de Profeſſions Nobles, 1613. p. 43. *Je ſçay bien que tout le Monde ne peut pas reſſembler en la Medecine à Meſſieurs du Laurens, de Lorme, Martin, Duret, & autres miracles de nos ans.*

Pet. Laphileus Anutio Foëſio in Hippocratis Opera Gr. & Lat. Francof. 1595. *Johanni Martino Medico, ingenio doctrinaq; excellenti, & qui ad hanc editionem Symbolam munifice contulit, Notas in Lib. Hippocratis περὶ τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ τρωμάτων excutiendas dedimus. Is ubi Com. de vulneribus capitis in lucem ediderit, explorata omnia ea habebunt, quæ in Libello Hippocratis Cimmeriis penè tenebris adhuc involuta videntur.*

De eodem cum laude & ejus in Hippocratem Obſervationibus Anutius Foëſius Præf. ad Lect. in Hippocratis Opera, Francof. 1595.

ALPHONSUS & JOHANNES à CRUCE, *de Chevrieres.*

* De hac voce adi Thomam Reineſium, Germanorum hodiernorum doctiſſimum. Lib. 1. c. 6. Var. Lect.

HOs ſic alloquitur Stephanus Laploncius Richetta, Epiſtola Præfatoria in Lexithericon * Græco Latinum Turnoni excuſum; *Tædium*, inquit, *quod Serviana ſolitudo videbatur allatura, præclaris philoſophiæ oblectamentis omni ex parte levavimus; neq; tamen ideo reliquas minores artes, quæ huic Reginæ ancillari par eſt, linguarum inquam utiliſſimum ſtudium negligere vobis viſum. Nulla enim dies abiit, per illud tempus, quod Parens veſter egit in Aula Regis, in qua vel Hebraicè aliquid vel Græce vobis non ſit lectum, & ſi quando tulit opportunitas ſelectum. Utrumque enim veſtrum φιλέλληνον juxta ac φιλέλληνα nemo neſcit, qui vos de conſuetudine novit. Hoc teſtantur Epiſtolæ, quas Hebraice & Græce ad varios ſcribere conſueviſtis: Sed in illis annis vix ſatis adhuc firmis tantum eruditionis eſſe quis credat? Credet qui vobiſcum Græce colloquetur: Credet qui poterit, & volet in Hebræis experiri.* Claruerunt A. 1608.

FRANCISCUS JUNIUS, *Biturix.*

HIc duplici de cauſa locum obtinet Franciſcus Junius, quanimirum linguæ S. in Academia Leydenſi Profeſſor, & ejusdem ac Arabicæ ſatis gnarus; ſed cum hujus vita ab ipſo con-

conscripta sit; & ejusdem Operibus præfixa passim occurrat; de morte solum hæc addam, quæ apud Thuanum habentur: *Anno*, inquit, 1602. *Mense Octob. Fr. Junius in Biturigibus Cubis*,* *apud quos natus, obiit, cum annum tantum 57. attigisset, vir desultorio ingenio, qui multa conatus, an adsecutus sit, quod moliebatur, doctorum erit judicium; Lugduno Batavorum, ubi diu professus est ob rerum novarum suspicionem, ab Ordinibus Belgii exactus, & Altorfii ubi defecit, à Norimbergensi Republica honorifico stipendio invitatus.* Hæc Thuanus, quem miror asserere Junium Altorfii defecisse, *cum ex Orationibus in ejus funere habitis pateat, ipsum obiisse Lugduni Batavorum, quo loco ab Amplissimis Ordinibus nunquam exactus est. Æque falsum est, quod idem ait de Norimbergensi vocatione, hæc enim omnia non in Junium, sed in Hugonem Donellum celeberrimum Juris-Consultum jure competunt. Jam hæc notaram, cum in Vossii Heydelbergensis Opus de Historicis Latinis incidens, eadem, sed fusius animadversa ab illo præstantissimo viro reperi, * quo non parum lætatus sum. Locum adeat Lector si velit, & oleum, scio, non perdet.

* Ut sc. distinguantur à Biturigibus Vibiscis aut Viviscis, quorum Metropolis est Burdegala in Aquitania secunda.

*Eundem errorem notasse deprehendo Gul. Rivetum in Epistola Apolog. contra Amyraldum p. 108. 1648.

* In Præf. ad Lect.

Variorum Testimonia de Junio & ejus Scriptis.

HUgo Grotius in Epistolam MS. ad Ger. Joh. Vossium, 29. Septemb. 1621. *De Historia Thuani quod mones, inquisivi diligenter. In eo exemplari, quod ad ἀυτογράφα fidem diligenter à Puteanis collatum est, si inde aliquando nova instituatur editio, video omne illud,* de rebus novis, exsilio, & Noriberga, *inductum esse. Et sane si quis, quæ duobus in locis super Donello ab eodem Thuano scripta sunt, conferat, inveniet hæc eo pertinere. Error mihi natus inde videtur, quod Thuanus, quæ de viris doctis ei suggerebantur, annotabat plerunque in schedis singularibus, quales aliquot vidi, in quibus sæpe duorum triumve historia fortuitò conjungebatur; quam ille deinde locis suis inserendam notis quibusdam indicabat. Unde fieri potuit & factum puto, ut duæ particulæ ad diversos homines pertinentes, describentium errore, notis illis malè observatis, coalescerent. Certe qui Indicem confecere, eis suboluisse error videtur, ut advertes, si quæras Soceri nomen. Interim illud dissimulare nequeo, illud de* desultoria

Scientia

Scientia ; *non ab exscriptore, sed ab ipso esse Thuano , non tamen eo sensu, qui levitatem animi ullam significet, sed potius insanabilem quandam cupiditatem per omnia studiorum genera se diffundendi : de cujus successu quod aliis judicium permittit haud dubie Critica spectat. Nam Theologica ejus , quæ certè potissima , nescio an ad Thuani manus venerint , nam si venissent , judicasset haud dubiè cum Scaligero , qui eum judicii acumine Theologis fermè omnibus præferebat : præcipuè verò pacis & moderationis studium favorabili aliquo elogio prosecutus more suo Thuanus fuerat , si Irenicen, & quæ alia ejus sunt argumenti , ad ipsius manus pervenissent. Ego qui utriusque memoriam , ut scis, summa reverentia prosequor , auctor sum, ut tu quoque, si quid hac in re pro Soceri existimatione faciendum censes, ita id facias, ut simul te Thuani observantem ostendas.*

Idem in alia Epistola itidem MS. ad eundem, 16. Octobr. 1627. *Alio quoque nomine me debitorem habes , quod viri maximi Fr. Junii memoriam adversus Thuani errorem vindicaveris. Merebatur hoc viri illius sanctitas, quæ semper mihi animo obversatur, & cujus exemplo me sentio non minus ad pietatem profecisse, quam omnibus quos unquam legi Libris. Neminem hominum novi, cui* desultorii ingenii *nomen minus conveniret : illud verò bonis omnibus perplacet , quod cum hac pietate modestiam conjunxisti , & ita tùm de Scaligero tùm de Thuano locutus es , ut ostenderis majorem te aliarum in utroque virtutum habuisse rationem , quàm imprudentiæ hujus , illius verò aversi à Junio animi , cujus ego certissimus sum testis. Meritò verò in hoc tuo officio partem mihi vindico , qui fermè sub oculis Junii , omnium earum artium, per quas olim nonnullis placebamus , jeci fundamenta. Neque verò ullam omitto occasionem prædicandi quantum ipsi debeam: quod ego, si me in patria gradum meum obtinere sivisset fortuna , maluissem rebus in omnes, qui ad ipsum pertinent , quam verbis ostendere. Nunc contra evenit, ut, quibus ego gratiæ eram debitor , ab iis ultrò accipiam beneficia, reddendi verò tempus prospicere non possum , sperare vix audeo.*

Gerardus Joh. Vossius in Epistola MS. ad Lud. Crocium Theol. Amstel. 7. Id. Augu. 1635. *Socer meus Fr. Junius, tanti cum à multis retrò annis nominis foret, postremis tamen vitæ annis crebrò illud in ore habebat , magis & magis se in dies videre , quam multa se fugerent. Ita ille, qui cum novellis Doctoribus sociarat antiquos; qui etiam partium studio non paulò minus laborabat, quam vulgò fieri solet.*

Sibran-

Sibrandus Lubbertus in Tractatu de Principiis Dogm. Christ. 1591. p. 278. *Doctissimus vir & linguarum Orientalium peritissimus Fr. Junius aliquot Libros N. T. ex lingua Arab. in Latinam vertit.*

Lipsius Fr. Junio Ep. 14. Cent. 2. Miscell. *Quis paulò humanior te non novit? & qui novit non amet? At tu tamen affectum in me largiter sanè declarasti cum epistola suavissime scripta, tum munere adjuncto, quod merito mihi carum. Monumentum enim ingenii tui est, parum illud ad gustum vulgi fateor: Sed Ambrosia & Nectar nobis, quibus paulo acrior judicii ille sensus. Sane in implicatissimo scripto utilem subtilemq; operam navasti, & lumen prætulisti locis, in queis æternum fortasse caligassemus. Multiplex notitia linguarum hoc tibi dedit, ut talia ista interpretari nostro ævo possis unice, & dixeram pene unus. De iis, quæ Epistolis ad Atticum observitasse te scribis, & offers mittere, valde velim.* Hæc intellige de Junii Cùrcopalate sub nomine Hebræo Nathabi Agmoniiab eo vulgato A. 1588 de quo prolixe Vossius in Opere de Hist. Græcis p. 368. edit. ultimæ.

Theod. Beza in Act. 4. 14. *Sic conjicit vir doctissimus Fr. Junius, qui Arabicam illam versionem Latine edidit.* De eodem sæpe alibi.

Simeon Ruitingius *Clarissimo doctissimoque viro D. Fr. Junio SS. Th. & linguæ S. Doctori & Professori primario*, in Theses de Matrimonio sub ejusdem præsidio propugnatas, Ann. 1599.

Is. Casaubonus Jac. Bongarsio, Gen. 18. Kalend. Jan. 1595. *Possem Tertullianum suscipere explicandum; sed eam provinciam audio jam à Fr. Junio esse susceptam; qui si acerrimo illi, quo pollet, ingenio minus indulserit, non alium ille Afer vindicem poscere debet.*

Bon. Vulcanius Epist. ad Lect. in Agathiam 1594, *De loco non uno Reverendum Clarissimumq; virum F. Junium, collegam meum consului, idq; cum fructu.*

Jac. Crucius Jac. Filio, Delphis 4. Kal. April. 1632. *Magnum illum Theologum, Fr. Junium studiosum adhuc, binos tantum anni spatio Libros lectitasse ferunt: Biblia Hebræa & Institutiones Calvini, ex quorum indefessa lectione tantum profecit, quantum nemo sperare, aut polliceri sibi audeat.*

Tho. Erpenius in Orat. de lingua Arab. p. 75. *Domi in linguæ Arabicæ cognitione profecerunt fama notissimi Emm. Tremellius*

lius & Fr. Junius, summi viri nec sine honoris præfatione nominandi, qui quanti linguam Arabicam fecerint, quamq; vehementer studium ejus promotum voluerint, scriptis suis abunde sunt testati.

Caspar Schoppius Fr. Junio N. V. p. 326. Suspect. Lect. 1597. *Autorum mendas ingeniosioribus exterminandas relinquemus, tibiq; potissimum Fr. Juni, eruditorum decus, qui præclaris tuis scriptis, quamvis pauculis, quid in tenebris veterum illuminandis & maculis eluendis posses, satis jam superque Doctorum circulo declarasti.*

Joh. Isacius Pontanus Notis in Macrobium p. 216. 1597. *Bathyllus Hylas dictus est, quod in amoribus fuerit Pyladæ Domino; visum id fere Clarissimo peritissimoque viro Fr. Junio, quem & memini de hoc per occasionem consuluisse.*

Fr. Dousa Jani filius Notis in Lucilii Reliquias 1597. p. 108. *Hunc sesquiversum Lucilianum esse, ut & proxime sequentem, sagacissime odoratus est Clarissimus vir Fr. Junius, columen Lycæi nostri.*

Idem p. 116. *Cl. vir Fr. Junius, non minus humaniorum quàm Sacrarum Literarum intelligens, ea ita à se restituta nobis indicavit nuper.*

Hugo Grotius Notis ad Mart. Capellam 1599. *Hunc locum Pauli de Hispania eò libentius ascribo, quod ejus mihi indicium fecerit vir omni studiorum genere Clariss. Fr. Junius, cujus me hospitio felicem judico.*

Idem Notis in Lib. de Verit. R. C. p. 308. edit. Parisiensis; *Ab* אכר *Acabenen corrupte pro Acadene dictam suspicatur probabiliter diligens in scripturarum interpretatione Fr. Junius, qui & alia non pauca observavit eorum, quæ jam posuimus.*

Idem Papizans sub finem Voti pro pace Ecclesiastica 1642. *Fr. Junio multum debeo, sed dicam quod res est: Multum ille vir vidit de vero: Quo minus verum omne aut agnoscere aut eloqueretur, retinebat eum Calvini autoritas, quam ei, in qua erat, parti omnino tuendam censebat, quæ sola ratio etiam D. Tilenum diu detinuit.*

And. Rivetus ad hunc Voti Grotiani locum; *Fr. Junium, virum nunquam satis laudatum, ad suas partes Grotius trahere voluerat,*

rat, quasi favisset ei Apostasiæ, quam vocant sanctorum. Oppositi ex c. 6. ad Hebræos ipsius Junii verba, quibus contrarium evincitur. Quantam injuriam faciat memoriæ D. Junii, viri Clarissimi, illius qui Gener ei fuit, Ger. Joh. Vossii judicio submitto. Ego certe ita sentio, neminem inter Theologos nostros repertum fuisse, qui minus jurarit in verba cujusquam Magistri, qui aliorum sententias æquius expenderit, & veritatis diligentior fuerit indagator.

Is. Casaubonus Meursio 4. Non. Jun. 1613. *Scripta tua, quorum spem facis, eò avidius expecto, quia de præstantiss. Fr. Junio plane idem tecum sentio; Ignoscamus verò τῷ μακαρίτῃ, qui facilè ἄλλοις ἐν ἐσθλοῖς τὸν δ' ἀπωθεῖται ψόγον.* Hæc etiam intellige de Curopalate à Junio edito.

Abrah. Scultetus To. 4. Medullæ Patrum p. 217. *Plenius aliquanto ex Historiographis ecclesiasticis causam petiti ab Occidentalibus consilii juxta & auxilii, recitat Præceptor quondam meus Fr. Junius ὁ μακαρίτης in Animadvers. in Bellarm. To. 3. Lib. 2. c. 15.*

Dominicus Baudius Corn. vander Myle Dom. Prid. Kal. Apr. 1607. *Ajunt more novum & exemplo perniciosum esse, duas simul professiones sustinere; id ne quidem in D. Junio (at quali viro) potuisse tolerari.*

Idem eidem Lugd. Bat. 3. Non. April. 1608. *Edita est ante annos circiter octo, magni viri Fr. Junii Oratio ad componendas turbellas intemperantis juventutis, sed Oratio defecta nervis ac viribus, quæ ferè universa consumitur aliud agendo, differendoque de subtilibus ineptiis, quæ somnum potius pariant, quàm aculeum defigant in mentibus legentium, tamen excepta est applausu, & solidam inde laudem reportavit.*

Lipsius Paulo Melisso, Lug. Bat. Id. Sext. 1587. *Carmina illa vestra, quibus Principi Anhaltino parentatis, me recrearunt, tua inprimis, sane docta: Sed & F. Junii, quem ego nesciebam harum etiam esse Musarum. Ille autem est in primo choro.*

Idem Regnero Grutero, Lugd. Bat. 3. Id. Sext. 1589. *Statum & formam Academiæ vestræ per te cognovi, probus est sed inprimis ille vir magnus, quem jure laudas. Junium intelligo; cui tu, mi Grutere, adhære, & recondita multa hauri, ex arcano illo uberique penu.*

Claudius Salmasius, vir post homines natos doctissi-

mus, in Epist. ad Vossium, Leydæ Id. Mart. 1635. *Nudius tertius, Clarissime Vossi, accepi literas à Puteanis fratribus, quite plurimum per me salvere jubent, simulque reddi tibi per me cupiunt literas, quas hic habes, quibus olim Heydelberga in hanc Academiam evocatus clarissimæ vir memoriæ Socer tuus. Si nondum visæ tibi fuere, gratas scio futuras; si visæ, gratus erit tibi eorum animus. Inter schedas veteres sibi repertas eas scribit mihi major Fratrum.*

Vossius in Opere de Arte Gramm. p. 142. *Dicere non habeo, utrum omnia, quæ in MSS. Trithemii continebantur, an nonnulla tantum malorum constiterint Spirituum commerciis. Quod si est, ut multum metuo, jure αὐτόγραφον flammis absumi curavit Elector Palatinus Frid. 2. cujus illud in Bibliotheca asservabatur. Indigne id fert in Cryptographia sua Lib. 3. c. 15. Gustavus Selenus,* eoque nomine *imperitiæ arguit Socerum meum, summum virum, Fr. Junium, qui ab Electore consultus, scripto hactenus inedito, sententiam suam de isthoc Trithemiano Opere longe aliam tulerat, quam Selenus vellet.*

* Is est Augustus Dux Brunsvicensis, hodie octogenario major.

Idem in Opere de Hist. Græcis p. 264. edit. 1651. *Gelasii Cyziceni Libros & alia quædam ad Nicænam Synodum pertinentia vertit Cl. vir, nec tot modò linguarum, sed rerum etiam divinarum & humanarum scientissimus Fr. Junius, Socer meus beatæ memoriæ. Ea dono accepi à filio ejus Fr. Junio, viro genere quidem, sed magis tamen multijuga eruditione nobili. Tralationem hanc cum notis in ipsum Gelasium nostris, publico haud invidebo, ubi prima se offeret edendi occasio.*

Idem in Opere de Philologia p. 28. *Velium Longum de Orthographia Commelinus juris fecit publici cum castigationibus Soceri mei, Fr. Junii.* De eodem in Opere de Idolol. p. 1200. & Lib. de Vitiis Sermonis p. 483. & seq.

Hugo Grotius Vossio 1638. p. 749. Epist. Armin. *Trias dos probationem in Libro de V. R. C. directe aggressus non sum, memor ejus, quod à viro magno, Socero tuo, audieram, peccasse Plessæum & alios, quod rationibus à natura petitis, & Platonicis sæpe non valde appositis testimoniis astruere voluissent rem non ponendam in illa cum Atheis, Paganis, Judæis &c. disputatione, qui omnes ad S. Literas ducendi sunt, ut inde talia hauriant, quæ nisi Deo semel patefaciente cognosci nequeunt.*

Con-

Constant. L' Empereur Notis in Paraphras. Jachiadæ in Danielem de Fr. Junio hæc habet; *Magnum Scaligerum ab Apostolorum temporibus hactenus parem Theologum nullum vidisse sæculum, dixisse ferunt.*

De eodem Kekermannus in Tract. de Natura Historiæ p. 46. Chamierius in Panstrat. To. 1. p. 424. Du Plessis dans ses Mem. To. 2. p. 277. 297. 647. 931. & 942. Les Lettres à Scaliger p. 175. 203. 242. 289. 327. 372. 450. & 451. Dionys. Lebeus Batillius in Emblem. p. 42. David Home Past. de Gergeau dans son Contrassasin p. 331. Rivetus in Isag. ad Scripturam p. 179. & Lud. Molinæus Petri filius in Paræneſi p. 357. ubi loco *Historicis Græcis*, legendum *Historicis Latinis*.

PONTUS THYARDÆUS, *Matisconensis.*

POntus Thyardeus Bissianus, nobili familia in Heduis natus est, qui exacta trium linguarum cognitione, & in juvenili ætate excultus, in Poëtica vernacula primum lusit: dein Mathematicis artibus & Platonicæ doctrinæ se totum mancipavit, ac postremò Theologicis studiis; in quibus omnibus multa, sed ferè Gallicè scripsit, reconditæ scientiæ ubique plena. In aula etiam vixit, & Henrico 3. gratiosus, ab eo Cabilonensi Episcopatu donatus est, & paulò ante mortem octogenario major, de recta nominum impositione Commentarium vulgavit, & ad Philonis Judæi Libellos à se illustratos pro auctario addidit. Cum in libris assiduus esset, cibo multo, quippe vasto corpore, utebatur, & generosa vina, qualia illis locis circa Ararim nascuntur, aqua nulla admista citra temulentiam bibebat, cumque dormitum ibat, quod mirum est, largo se meraci hausto sine valetudinis dispendio proluebat. Tandem cum 20. amplius annos sacro munere magna pietatis & doctrinæ laude defunctus, Cyrum ex fratre nepotem sibi superstitem substituisset, integris animi & corporis sensibus ad meliorem vitam migravit, 7. Eid. Octob. A. 1604. ætatis 84. Alia leges in Elogiis Sammarthani p. 265. edit. 1616.

Ex Thuano & aliis

Testi-

Teſtimonia de Thyardæo & ejus Scriptis.

LA Croix du Maine dans ſa Biblioth. *Ponthus de Tyard Gentilh. Maſconnois, Seign. de Biſſy, Eveſque de Chaalon en Bourgongne, fils de Jeh. Tyard S. de Biſſy & de Marchiſeul, Lieutenant general au Bailliage de Maſconnois, & de Mademoiſelle de Ganay fille de Mr. le Chancellier de France, nommé de Gannay*, lequel Jehan eſtoit fils d'Eſtienne de Tyard jadis Preſident de Dijon & depuis premier Preſident de Dole en Bourgongne l'an 1500. ou environ. Ce que j'ay repeté aſſez avant pour l'honneur & reſpect que je porte au dit Sr. de Chaalon, tant pour ſon ſçavoir en la Poëſie, és Matematiques, en la Philoſophie, & ſur tout en la Theologie qui eſt aujourdhuy ſa principale profeſſion, leſquelles choſes j'ay recogneües en luy par ſes eſcrits ſeulement, ſans avoir jamais eu ce bien de le voir ou cognoiſtre.* Inſeq. Scripta afferuntur.

* Sous Louis XII. l'an 1509.

Le Pere Jacob dans ſon Traité des Biblioth. 1645. p. 619. *Maiſtre Nic. Boyer Conſeiller au Parl. de Dijon a commencé ſa Bibliotheque par l'achapt de tous les Livres de Theologie de la Bibliotheque de ce grand & docte Eveſque de Chalon, Pontus de Thyard, qui en avoit fait une des plus belles de ſon temps.*

David Home dans ſon Contraſſaſſin 1612. p. 378. *Nous produirons icy le fragment d'une Epitre* d'un Eveſque de l'Egliſe Romaine, plus ſçavant que tous ceux que le Jeſuite allegue, qui nous repreſente l'humeur des Jeſuites à clabauder, dire des injures & nommer Heretiques tous ceux qui leur deſplaiſent, c'eſt à ſc. de Pontus de Thyard Eveſque de Chaalons, Perſonnage d'un ſçavoir rare, & qui vivra toujours par ſes eſcrits.*

* Utinam hæc Epiſtola integra extaret!

De eodem Joach. du Bellay dans ſes Poëſies p. 337. Pierre de S. Julien dans les Antiquitez de Maſcon p. 333. & 365. La Gueſle dans ſes Remonſtrances p. 119. edit. Par. 1611. 4. Antonius Molinius Epiſt. Præfat. in Manilium 1551. E. Paſquier dans ſes Lettres p. 8. 76. & 316. & dans ſes Recherches p. 649. & 650. Pantaleon Thevenin ſur du Bartas p. 14. & 424. Meſſieurs de Ste Marthe dans leur Genealogie de France p. 3. edit. 4. Scevole de Ste Marthe dans ſes Poëſies p. 91. Blon-

del

del p. 180. de la Declaration de la ſincerité des Egliſes &c. & alii.

ANDREAS CENGADANIUS, *Cantaber.*

ANdreas Cengadanius linguam Hebræam Leſcarii apud Benearnenſes docuit A. 1605. Extant Theſes Theologicæ de Perſona Patris & Filii, à Petro Fitano ei dicatæ, eodem anno.

ROBERTUS CONSTANTINUS, *Cadomenſis.*

BEza annoſior & ſummus Bezæ amicus Rob. Conſtantinus annum 1605. clauſit, Cadomo in Neuſtria inferiore natus, trium linguarum peritiſſimus, & Græcæ præcipue ac Latinæ, qui longam vitam in ſtudiis & peregrinationibus conſumpſit. Fuit & Julii Cæſaris Scaligeri domeſticus, & Commentaria in partem Theophraſti ab auctore non edita poſt ejus mortem publicavit, quod à plagii crimine, cujus aliquando inſimulatus fuit, eum liberat. Vixit ad annum usque 103. integris corporis & mentis ſenſibus, & memoria adhuc valida, & tandem pleuritide correptus, 6. Kal. Janu. defecit. Ex Thuano.

Teſtimonia de Conſtantino & ejus Scriptis.

Jul. Cæſar Scaliger Jano Maumontio Ep. 77. edit. 1600. *Scito haud ita diu multum eſſe, cum illos libros dedi Lugdunum perferendos Roberto Conſtantino, cujus integritas & fides niſi æquarent ingentem eruditionem, hoc interveniente caſu quid hariolandum mihi fuerit, neſciam.*

Joſ. Scaliger Jul. filius Fr. Vertuniano p. 395. Opuſc. De Contenti Commentario in Dioſcoridem; *non eſt quod dubitet de emendationibus Plinianis ex capite de Croco, nam tam veræ ſunt, quàm verum eſt, quod ipſe deprehendit, Rob. Conſtantinum aſinum eſſe*

esse in bonis autoribus tractandis; nullius ignorantiam insectatus sum, à meipso enim incipiendum esset: impudentiam tamen ferre non possum, quam si ferrem in Roberto Constantino, mihi contra bellum gerendum esset cum ea modestia, cum qua mihi semper bene convenit. Sed non tanti est Constantinus, ut modestiam meam ab ejus impudentia superari sinam, hoc dico, quia, ut recte Contentus noster animadvertit, homo ineptissimus ex Plinianis male intellectis bonam sententiam se eruere posse speravit.

Thuanus Lib. 2. de Vita sua, *Hinc Thuanus & Pithœus Montalbanum petierunt, ubi Cl. Grangæum & Robertum Constantinum viderunt.*

Mich. Neander in Præf. de Bibliothecis 1565. pag. 77. *Roberti Constantini Galli libri sequentes ab ipso annis superioribus promissi.*

Artificiosa Tabula, in qua Gr. linguæ origines continentur.

De Accentuum Græcorum ratione brevis Commentatio.

Elegantiæ linguæ Gr. ejusque cum Latina comparatio.

Compendiosa methodus studii Græcæ linguæ & de ejusdem Autorum lectione Tractatio.

Thesaurus rerum & verborum linguæ Græcæ per locos communes. Promisit idem Constantinus editurum se Antiquitatum Græcarum & Latinarum Libros 3. quos ut quam primum cum cæteris à se promissis edat in lucem, viri studiosi ac docti omnes optant.

Idem p. 113. & seq. *Joh. Ferrerius Pedemontanus Bibliothecam omnis generis scriptorum ante aliquot annos se editurum promisit, & promisit simile quoddam argumentum etiam doctissimus vir Rob. Constantinus, Gallus, de Græcis literis præclare hactenus meritus.*

Rob. Constantinus initio Nomenclatoris, Paris. 1555. *Apostolii Byzantii Paræmias Græcas Latine vertit R. Constantinus MS.*

Pet. Pantinus Lectori in Apostolii Paræmias ab Heinsio editas A. 1619. *Frustra hactenus expectavimus majorem Adagiorum Apostolii editionem, à Rob. Constantino Lexicographo in Tigurina Bibliotheca pridem promissam.*

ARNOL-

ARNOLDUS PONTACUS,
Burdegalenſis.

EOdem anno communem patriam repetiit Arnoldus Pontacus è nobili Pontaciorum familia, Genebrardi, ut inſcriptis profitetur, primum Auditor, dein Vazatenſium Antiſtes; vir Hebraice & Rabbinice doctiſſimus, ac de quo ſic magnus Scaliger ad Euſebii Chronicon a); *Quum hæ notæ, inquit, propè ad exitum perductæ eſſent, Chronicon Euſebianum & μακα-ρίτε Domini Arnoldi Epiſcopi Vaſatenſis, viri doctiſſimi & humaniſſimi, miſſu ipſius accepimus, quod licet ea animi alacritate à nobis exceptum eſt, quam & autoris virtus & operis meritum exigebat; tamen hoc noſtrum gaudium proprium eſſe repentinus de ejus viri morte nuncius non paſſus eſt: qui eo mihi acerbior fuit, quod ei gratiæ referendæ aut ſaltem habendæ occaſionem mihi præreptam eſſe videbam: & ejus obitu non ſolum Aquitaniam noſtram claro lumine, ſed & me veteri ſodali orbatum eſſe, quum à pueris eidem præceptori olim Burdegalæ operam dediſſemus, & ex eo, quæ ſocietate ſtudiorum amicitia coaluerat, eam nunquam diſparitas vitæ aut locorum intervalla, aut longinquitas temporis diſſolvere poterit; quin ut ille de me ſemper honorificentiſſime loquebatur, ita eum ego ſumma obſervantia atq; amore coluerim. Nam quanti ego illius mores doctrinamq; fecerim, faciog;, ſciunt atq; teſtari poſſunt, qui hominem de facie ſibi ignotum ex ſola prædicatione noſtra, atque ſolam fidem noſtram ſecuti, amare atq; obſervare cœperunt. Quum igitur ille optimus, modeſtiſſimus & doctiſſimus vir, tantum diligentiæ & laboris ad hujus Chronici reſtitutionem attulerit, quantum in hoc genere ſcribendi, aut nemo aut pauci ante eum præſtare potuerunt, facere non poſſum quin & ejus editionem, & ſtudium incredibile, quo illam excoluit, diligentiam indefeſſam, qua tot ſcriptos codices inter ſe contulit, quibus poſſum laudibus commendem.* Hæc Scaliger. Plura de eodem leguntur in Laudatione Funebri.

a) In Addendis edit. 1606

P. Senteut à Scaliger, de Bourdeaux le 8. de Jan. 1608. *Je vous envoye l'oraiſon funebre de feu Mr. de Bazas, de laquelle je vous avois parlé à Leyden, qui m'a eſté aſſez malaiſée à recouvrer, à cauſe que l'Autheur a fait perdre tous les exemplaires, qu'il a peu.*

Arnoldi Pontaci Scripta.

Chronographia, à G. Genebrardo aucta a) & ei dicata, Par. 1585. fol. In hac editione extat Arn. Pontaci Epiſtola ad

a) Cui ſupplementum attexuit Joannes Marquiſius.

ad G. Genebrardum, in cujus fine hæc habet: *Ad te brevi mittam notas & emendationes Eusebiani Chronici, à me jam pridem inchoatas, nunc vero perfectas.* a) *Adjiciam meas ex Hebræo Commentariorum Rabbinicorum è Salmonis Jarchi, Aben-Esra & Dav. Kimchi in 9. minores Prophetas conversiones. Nam cæteri 3. id est: Abdias, Jonas, Sophonias, ab iisdem illustrati, annis adhinc 14. mea interpretatione in vulgus manarunt.* b)

a) Editæ sunt Burdegalæ A. 1604 Eusebii Chronicon etiam edidit Aubertus Miræus Canonicus Antverpiensis & alii.

b) Paris. sc. A. 1566.

Lettre à Mr. de l'Ange, Conseiller de Bourdeaux, escrite de Rome l'an 1569 contre les Jesuites. Elle se trouve à la p. 61. & suiv. du Playdoyé de du Mesnil pour l'Université.

Remonstrance du Clergé de France prononcée devant le Roy le 3. de Juillet 1579. Alia non vidi.

Variorum Testimonia de Pontaco & ejus Scriptis.

LE Pere Jacob dans son Traité des Biblioth. p. 649. *M. de Pontac* a) *Président au mortier de Parlement de Bourdeaux, neveu du Docte Arnaud de Pontac Evesque de Bazas, a hérité de la Bibliotheque de son oncle, qu'il a de beaucoup augmentée.*

a) Ce grand homme est aujourd'huy le Chef de son Parlement, & l'Oracle de la Guyenne.

Henricus Spondanus Apamiensis Episcopus, & Johannis Rupellæ quondam Præfecti Frater, Notis in Baronii Epit. Ad A. 389. num. 16. *Arnoldus Episcopus Vasatensis Pontacus, cujus sæpè mentionem habuimus, vir Hebraicarum Literarum & Historiæ Ecclesiasticæ peritissimus.*

Gabriel de Lurbe dans sa Chronique Bourdeloise 1594. p. 4. 9. *Arnaud de Pontac natif de Bourdeaux, Evesque de Bazas recommendable pour son sçavoir & pieté.* *

* Eadem habet in edit. Latina.

De la 1. Partie des Memoires du Clergé, à la fin; *Mr. de Bazas est d'une bonne famille de Bourdeaux, fort aigu en discours & digne de grans affaires.* voyez la p. 189.

Papyrius Massonus in Opere de Episc. Rom. 1586. p. 273. *Has Collegii Cardinalium ad Clementem V. literas, Arnaldus Vasatensis Episcopus, & Burdegalæ Civis, virque doctissimus nuper ad nos misit.*

Idem

Idem in Notitia Episcopatuum Galliæ 1606. p. 70. *Vastatum adem Sacram à Segregibus dirutam A. 1580. Mense Novembri, Arnaldus Episcopus è familia Burdegalensi gentis Pontaciorum instauravit, supremis tabulis 12000. aureos in numerato ad id opus perficiendum relinquens.*

Flor. Raymond dans son Antichrist p. 22. & suiv. 1599. *Je pourrois amener icy beaucoup d'autres belles observations sur ce nom de Chrestien, que je tiens d'un docte & digne Prelat de nostre Guyenne, Arn. de Pontac Evesque de Bazas. Mais par ce que parmy les divers discours que j'ay veu de luy, qui sont les fruits de ses solitudes, il y en a un sur ce suiet ; je m'en deporte sous l'esperance que j'ay qu'il ne nous voudra frustrer de ses labeurs.*

Joh. Forsanus Minorita *Reverendissimo ac Vigilantissimo in Christo Patri, Arnoldo Pontaco Vazatensium Antistiti dignissimo*, in Resolutiones Scoti in 4. Libros Sententiarum, Paris. 1579.

J. Gillot à Scaliger p. 95. du Recueil de Lettres qui luy sont écrites ; *Je n'apprehende nullement l'edition de l'Eusebe de Mr. de Bazas Pontac, non que je n'estime beaucoup son savoir, & que je ne recognoisse qu'il a grande cognoissance de la langue Hebraique principalement & de l'Hist. Ecclesiastique : Mais il ne sauroit faire ce que vous ferez, & quand il le sauroit faire, il ne le feroit pas ou n'oseroit le faire. L'Eusebe se doit manier librement & par personnes qui ne craignent point de censure. Il y a des exemplaires si remplis de choses ajoustées par des Moines, que peu se trouveront bons apres les vostres.*

Le mesme au mesme, de Paris le 18. de Janu. 1605. p. 109. *J'ay cherché par tout si je pourrois recouvrer l'Eusebe de Mr. de Bazas, mais je n'ay peu en trouver ; si tost que j'en auray un je le vous feray tenir, s'il estoit possible que vous l'eussiez avant que le vostre fust imprimé, ce seroit le meilleur.* Lisez aussi les pages 328. 330. 346. 350. 398. 417. 426. 430. 478. & 502. du mesme Recueil.

Is. Casaubonus Jos. Scaligero Lut. 13. Kal. Nov. 1603.* *Editor Aquitanus Antagonista tuus (εἰρήθω δ' ἔτως) aliquot millia MSS. Eusebiorum congerit, & eorum diurna nocturna collatione suis persuasit unum se sapere. Non rides?**

Idem eidem Eid. Jan. 1604. *De Antagonistæ tui cessatione non*

* De eodem Chronico Idem in Ep. ad Carolum L'Abbæum, p. 398. Epist. edit. 2.

non magis tu sollicitus es, quam ipse sum. Omnino cumulus aliquis gloriæ tuæ accedet, si præcedat ejus editio. Sed bono animo esto. Nuncio tibi fervere opus Burdegalæ, nisi decepit me nuper nescio quis, à quo mihi communicati sunt loci aliquot in Eusebio conclamati; quorum restitutionem ostiatim tota urbe petit per suos, novus ille editor. Quid multa? cùm nullus esset Æsculapius repertus, ventum ad me. Erant quædam, de quibus non censui eundum in consilium pag. 3. edit. Basil. Latona Jovis conjux tunc palitia fugit, **respondi statim, legendum esse* conjux usurpatitia, h. e. παλλακη. *De cæteris responsum à me, adiret ad alios, quibus otii plus quàm nobis.*

* Sarravius Salmasio, 5. Id. Jan. 1644

Jdem eidem 6. Kal. Apr. 1604. *Episcopus Vasatensis scripsit nuper, brevi se editionem suam missurum, quam ego statim ad te. Ejus literarum pars magna fuit de te, quem popularem suum appellat. Sic autem magnificè de tua in Literis singulari præstantia loquitur, ut ne ipse quidem possem magnificentius.*

Legebam hodie in Chronici Eusebiani Libro posteriore hunc versiculum, qui conclamatus est, ni medicinam facias: Nam Latona Jovis conjux tunc pertitia fugit. *Scaliger sibi ipsi non satisfacit. Casaubonus legebat sensu commodo & plena sententia* Usurpatitia; *sed versus esse debet, si versus esse debet, repugnat. Tu quid censes. Quid si* Territa?

Idem eidem Non. Apr. 1604. *De Opere Τετιαρωμδών, nuper ad te scripsi, & de singulari honore ac reverentia, quam ipse tibi præstat; quin etiam de fato suo conqueritur, quod in mentem unquam sibi venerit, ut hanc subiret provinciam: nunquam facturus, ut sanctè affirmat, si de tuo consilio ante resciisset aliquid. Equidem ut ne dissimulem, misericordia me quædam illius incessit; nam ex paucis, quæ vidi, foliis genus scriptionis totum cognovi. Ausim affirmare omni asseveratione, cum in eundem authorem scribatis, nihil tamen dicturos eodem modo. Quod si augurium me non fallit meum, æque vitabitis uterque, ille ne dicat aliquid non protritum, tu ne aliquid, cujus ante notitiam vel doctissimi habuerint.*

Idem eidem Lut. S. Eid. Feb. 1605. *Nunc illud significabo tibi, publicatum esse tandem Burdigalensem Eusebium, cujus editionis author duo exemplaria mihi cum primis tradi jussit, alterum tibi ut curarem obnixe sum rogatus, simul ut significarem, Operis Patrem & summopere ingenii tui dotes admirari, & amicitiam suam offerre, si modò tu illam non dedigneris; Qui Libros tradidit & domum meam curavit afferendos Fronto Ducæus, statim prolato indice, tanquam conscriptis tabulis, Pontaci judicium de tuis in Remp. Literariam meritis, mihi probavit. De ipso quidem Opere non adeò impudens sum, ut quid ipse sentiam profiteri prius ausim, quàm à te doctus fuerim, quanti illud sit faciendum.*

Idem

Idem eidem 4. Eid. Maj. 1605. *Euſebium Aquitanicum video tibi non displicere. Doleo vicem illius viri, qui magnam dubio procul percepturus fuit, ſi vixiſſet hactenus, ex æquitate judicii tui voluptatem. Equidem exiſtimo, non infelicem ab eo poſitam in eo operam, ut Chronicon Euſebii legeretur, quale ab Hieronymo eſt olim publicatum, ſed quale ab ipſo Euſebio debuerat concipi, hoc vero eſt quod à te uno expectamus.*

Idem eidem 8. Kal. Sextil. 1607. *Miratì eramus paulò ante & meritiſſimè quidem, viri præſtantiſſimi longeque doctiſſimi Arnaldi Pontaci Epiſcopi Vaſatenſis fidem, induſtriam, & in affecta pariter ætate diligentiam propè ſine exemplo, in tot conferendis antiquis membranis, ex quibus pulcherrimam illam ſuam Euſebii editionem concinnavit: quæ prius ab ipſo ſuſcepta, quàm de tuo conſilio quicquam reſciſſet, (ut ſæpius ipſum mihi literis ſignificaſſe teneo) eodem fere tempore edi cœpta eſt cum tua. Sed Præſulis ampliſſimi immaturus obitus, & tibi fructum vel jucundiſſimum amicitiæ, qua eratis invicem juncti, & ipſi gaudium ademit, quo nunc fungeretur inæſtimabili, cum videret opus à ſe feliciter inchoatum, feliciſſimè à te eſſe conſummatum. Conſtat mihi, ipſum, ſi jam viveret, qua eruditione fuit, quo erga te affectu & candore in æſtimandis tuis virtutibus, non minus acrem Operis tui adverſus invidos & obtrectatores vindicem futurum, quàm aſſiduum tuarum laudum apud bonos præconem.*

Mr. Maichin à Meſſire Arn. de Pontac ſur ſa Theologie Payenne 1657. *Enfin je ne veux point vous faire ſouvenir que Meſſire Arn. de Pontac E. de Bazas a eſté la merveille de ſon Siecle en pieté, en lumieres & en cognoiſances: qu'il a eſté le Pere des doctes, & ne leur a jamais refuſé ſon Secours, ſa Protection & ſes Aſſiſtances.*

De eodem Caſaubonus p. 205. Comm. inchoatorum in Polybium. Scaliger p. 276. Animadverſ. in Chron. Euſebii, ut p. 513. Opuſcul. Sam. Petitus Lib. 4. c. 2. Var. Lect. Voſſius in Hiſt. Pelag. p. 31. edit. ultimæ. & in Opere de Scientiis Mathematicis p. 402. Cayer dans ſon Diſc. de la vraye Egliſe p. 147. David Blondel p. 1211. de la Primauté. Ræmondus in Fabula Johannæ Papiſſæ p. 49. 162. & 250. Louet dans ſes Arreſts p. 70. de l'edit. de Paris, 1609. & alii.

LODOICA SARACENA, *Lugdunensis.*

QUis credet Lodoicam Saracenam tenellam adhuc virginem, octavum quippe annum tantum agentem, Latinis, Græcis & Hebraicis Literis probe excultam? At hoc asserit Lud. Enocus Theologus, Epistola ad Petrum filium in Lib. 2. Partitionum Grammatic.; * *Precibus*, inquit, *à Deo tenihil non impetrare posse, Fratres Saraceni Latinè Græcèque docti, quasi signo sublato, satis ostendunt: Præcipuè verò eorum Soror Lodoica, annos octo nata, fratribus quam ipsa paulò majusculis, neutrius linguæ, sed nec Hebraicæ quidem laudem relinquens. Illiberale esset, te puerum Genevæ atque adeò in Schola & in ipsis Literis natum & educatum, eruditione superari à Medici filiola, & Lugduni nata, & ea domo instituta, cujus vestibulum, fores, parietes tantum non crepant epilepsiam, ardentes febres, pestem & sexcentos id genus morbos, infinitamque eorum curationem. Illa etsi cum suavissimis fratribus doctissimo parenti est charissima; scito tamen, Fili, si frænis quàm calcaribus in te magis me egere intellexero, multò te mihi fore chariorem.*

* Genevæ 1559.

Idem firmat Author Civis Genevensis p. 43. *Philibertus Saracenus Medicus superstitem reliquit filiam Lodoicam Saracenam, Literas Hebraicas, Græcas & Latinas doctam, Marco Offredo Doctori Medico, è nobilissima Offredorum Cremonensium familia, etiamnum junctam matrimonio.* Id est Anno 1606.

DAVID RIVALTIUS, *Cenomanensis.*

CIrca A. 1607. claruit David Rivaltius à Florentia, stirpe nobili, & Ludovici decimi tertii præglorioſissimæ memoriæ Galliarum Regis post Nicol. Fabrum Præceptor, vir linguarum & Mathematicarum Artium peritissimus; de quo in hunc modum Casaubonus ad Scaligerum scribens, * *Syllogen quandam*, inquit, *Vocabulorum Arabicorum Latinè versorum, & quorundam libellorum interpretationem, eximius Mathematicus, & lim-*

* Lut. 3. Kal. Sext. 1607.

linguarum etiam exoticarum apprimè peritus David Rivaltius à Florentia nobiscum communicavit. Et in alia ad eundem Epistola, * *Hadrianus Gulielmus nactus erat, mea aut amicorum meorum Huberti & Florentii virorum eruditissimorum ope, quatuor aut quinque Arabum Grammaticas manu exaratas.* Eundem literis compellat Scaliger p. 424 & seqq. Opusculorum.

* 14. Kal. Aug. 1604.

Rivaltii Scripta.

Les Elemens de l'Artillerie, à Paris 1605. 8.
L'Art d'Embellir, à Paris 1608. 12.
Archimedis Mechanica, cum Observationibus, Par. 1615. fol. Eadem Gallice. Plura non vidi.

Testimonia de Rivaltio.

CAsaubonus Jos. Scaligero Lut. 5. Id. April. 1604. *Qui Epistolam ad te scripsit, vir est tibi de facie notus, fuit enim istic cum Comite Saltensi, ante alterum opinor annum. Si propius hominem nosses, haud dubie non minus amares, quam te suspicit ac veneratur. Nullum est Literarum genus, quod non attigerit, etiam Arabicas & hîc & cùm Romæ esset. Sed præcipuum illius Studium fuit περὶ τὰ μαθήματα, in quo multa ipsum scripsisse, testes nos sumus oculati. Archimedem etiam Latinum fecit & Gallicum, ut nobilitati nostræ gratificaretur. Ego affirmo tibi, & modestissimum virum esse & tua benevolentia dignissimum.*

Thomas Erpenius Præf. ad Lectorem in Proverb. Arabica Abi Ubeid, & aliorum, Lugd. Bat. 1623. *Nactus Romæ est hunc Proverbiorum Libellum vir clarissimus doctissimusq; D. de Florence, Christianissimi Regis Ludovici XIII. Præceptor; qui & eundem, ut est Orientalium linguarum valde studiosus, ab Arabe quodam Maronita in Latinum sermonem transferendum sibi curavit, & in patriam reversus cum V. Cl. Is. Casaubono communicavit.*

De eodem Vossius in Opere de Scientiis Mathematicis p. 288. & seq.

ESA-

ESAIAS BAILLIUS.

INter variorum Epicedia in Obitum Venerandi Bezæ, memini me legisse versus Hebræos Esaiæ Baillii, Pastoris Ecclesiæ Lugdunensis, a) quibus evincitur, illum Hebræam linguam non nesciviſſe; ideò inter hujus & aliarum Cultores, hunc ei locum assigno. Claruit enim Anno 1607.

a) Hæc enim sonant P.E.L.

Des Actes du Synode National tenu à la Rochelle l'an 1607. Mſſ. *Pour la Province de Bourgongne, Lionnois, Foreſt, & Baviolois, ſe ſont preſentez Me. Izaie Bail Paſteur de l'Eglize de Lion, & Me. Daniel du Protay Paſteur de l'Eglize de Gex.*

D. TENANTIUS.

D. Tenantius verbi divini Miniſter, linguam Hebræam Montalbani docuit circa annum 1608. Extant Pauli Ferrii Metensis (qui etiamnum in urbe patria septuagenario major cum laude concionatur) ad eum versus Gallici, inter ejusdem Poëmata A. 1610. excusa.

JOSEPHUS JUSTUS SCALIGER,

Aginnenſis apud Nitiobriges.

Ex variis ejusdem Scriptis.

JOsephus Juſtus Scaliger, Julii Cæsaris cognomento Tonsi à Burden filius, Benedicti nepos, Nicolai pronepos, Gulielmi cognomento Grossi abnepos, & Canis 2. cognomento Facini atnepos, natus est Aginni Nitiobrigum Anno 1540. pridie Nonas Auguſti, matre Andietta de Roca Lobeiaca Aginnensi, nobiliſſima Matrona; Fratres habuit quatuor, Stephanum Silvium majorem natu, in Novempopulania fato functum, Audetum ſuffocatum puerulum à gerula ſua, Leonardum interfectum 1568. ad oppidum Pictonum Laudunum, & Janum Conſtantium occiſum factione nobilitatis in Tranſilvania. His parentibus ortus Josephus, ex Sacro Lavacro ſuſceptus est in Æde Hilariana à viro nobili Gerarto Landa, qui eum non de-

nomine

nomine suo, quod aversabatur, sed Josephum Justum nominavit. Annos natus undecim, cum Leonardo & Jano Constantio fratribus Burdegalam à Patre missus, triennium primis elementis Latinitatis operam dedit. Inde pestilentia exactus ad Patrem se recepit. Qui, quandiu fuit apud eum filius, ab eo quotidie declamatiunculam exigebat. Quia verò versus Patris excipiebat, ex hac necessitate aliquem saporem Poëtices imbibit, itaq; & versu & prosa oratione, Patri pro captu ætatis satisfaciebat. Anno ætatis decimo nono, Lutetiam post obitum patris petiit, Literarum Græcarum amore, ubi postquam menses duos Adrianum Turnebum audivisset, in Museum se abdidit, & in illo pistrino inclusus, vix delibatis conjugationibus Græcis, Homerum cum Interpretatione arreptum uno & 20. diebus totum didicit: Poeticæ vero dialecti vestigiis insistens, Grammaticam sibi formavit, neque ullam aliam postea legit. Reliquos Poetas Græcos intra quatuor menses devoravit; neq; ullum Oratorem aut Historicum prius attigit, quam Poetas omnes teneret. Biennium continuum Græcis literis impenderat, cum ad Hebræas eum impetus animi rapit. Et quamvis ne unam quidem literulam in ea lingua nosset, tamen ad eam discendam nullo alio Magistro quàm seipso usus est. Anno 1563. Generosum virum Lud. Castanæum Rupipozæum, Pictavienses aliquantò post Episcopum, in variis peregrinationibus comitatus est. Reliqua ad mortem usque Scaligeri (quæ fuit A. 1609. Mense Jan.) satis accuratè persequitur magnus Herois nostri discipulus Dan. Heinsius, in duabus Orationibus in ejus funere habitis, sed multo plenius felicissimi ingenii vir Dominicus Baudius, in illa sua pereleganti de eodem argumento Oratione.

Josephi Scaligeri Scripta.

INscriptiones Antiquæ à Grutero cum suis editæ Heydelb. 1602. fol.

Conjectanea in M. T. Varronem de lingua Lat. Par. 1564. 8.

Castigationes & Notæ in Verrium Flaccum & Pomp. Festum. Par. 1576. 8.

De se & Scriptis suis fuse Scaliger in Epist. ad Joh. Stadium p. 352. Opusc.

Lectiones Auſonianæ Lugd. primum editæ A. 1574. 16. deinde Heydelb. A. 1588. 8. tandem Burdegalæ cum Notis Vineti A. 1597. 4to.

Notæ & emendationis in Catull. Tibull. Propertium, Par. 1577 8. Heydelbergæ, A. 1600. auctiores recuſæ, 8.

* De his in Manilium Notis lege Pet. Danielis Aurelianenſis Epiſtolam ad Franciſcum Vietam, in Libros ejus 8. Reſponſorum 1593.

Notæ & caſtigationes in Manilium, Pariſ. primum editæ * A. 1579. deinde locupletiores Lugd. Bat. A. 1599. denique Argentorati à Boeclero auctiores publicatæ. 4.

Opus de emendatione Temporum, Pariſ. apud Patiſſonium primum editum A. 1583. fol. deinde auctius eadem forma recuſum, Lugd. Batav. An. 1598. & Genevæ A. 1629.

Cyclometrica Elementa Lugd. Bat. 1594. 4to, cum Appendicibus.

Aſtrampſychi Oneirocriticon cum Caſtigat. Gr. & Lat. Pariſ. 1599. 8.

Cenſura de nominis Jouberti Orthographia, Paſch. Gallus in Biblioth. Medica p. 208.

Emendationes ad Theocritum, Moſchum & Bionem, in Theocriti editione Heinſiana A. 1604. 4.

a) Hunc Latine vertit Everardus Bronchorſtius, Jurisprudentiæ apud Leydenſes Profeſſor, de quo lege Cunæum in ejus laud. fun.

Stromateus Proverbialis a) inter Adagia Schotti, de quo Caſaubonus Lib. 7. Anim. ad Athen. Primo editus fuit Lugd. Bat. A. 1600.

Epiſtola ad Janum Douzam de vetuſtate & ſplendore Gentis Scaligeræ, & Julii Patris vita, à Jano Douza filio edita Lug. Bat. A. 1594. 4.

Poëmata edit. Scriverianæ citantur ab Hegenitio p. 159. Itiner. Friſio-Hollandici, 1630. 16.

Notæ in Carmina Empedoclis, p. 13. Poeſeos Philoſophicæ Gr. operâ Henrici Stephani 1573.

Diatribe Critica ad Martialis Libellum de Spectaculis, p. 139. & ſeq. Notarum in eundem Poetam, edit. Scriverianæ.

Animadverſiones in Chronicon Euſebii Lugd. Batav. 1606. auctiores Amſtelodami recuſæ A. 1658. accurante ſummi ingenii viro D. Alexandro Moro, Pariſienſium hodie Eccleſiaſtæ.

Notæ

Notæ in Tertullianum de Pallio, * p. 447. Opuscul. à Casaubono editorum Par. 1610. 4. cum Tractatu de Æquinoctiis. ibid A. 1613. à Rutgersio vulgato.

Lycophroneæ Cassandræ Interpretatio in editione Meursiana.

Florilegium Epigr. Martialis Gr. Lut. 1607. 8. cum prolixa Casauboni ad eum Epistola, in qua à cap. ad calem laudatur.

Elenchus Trihæresii Serrarii, Franek. 1605. 8.

Notæ in Lucanum Lips. 1589. 8.

Conjectanea. Lugd. Bat. 1610. 8.

Notæ in Senecam Tragœdum. Lugd. Bat. 1611. 8.

Notæ in Vet. Poetarum Catalecta ad finem Virgilii Germani Valentis Guellii, Antverp. 1575. fol. Auctiores recusæ A. 1617. 8. cum Frid. Lindenbrogii Notis.

Sententiæ Publianæ totidem versibus Græcis, & Dionysii Catonis Districha itidem Græcè, cum Notis, Lugd. Bat. 1598. 8. ut Par. 1606.

Diatribe de Arte Critica, ex Musæo Joach. Morsi. Leyd. 1619. 4.

Elenchus Oratt. Dav. Paræi. Lugd. Bat. 1607. 4.

Opus posthumum de re nummaria, à Savoto citatum in Tr. de Nummis.

Epistolæ Lugd. Bat. 1627. a Heinsio editæ. 8.

Animadversorum Liber in Locos controversos Rob. Titii. Lut. 1586. 8. sub nomine Yvonis Villiomari. de quo Fl. Christianus in Aristophanis Irenam, Lut. 1589. p. 133.

Manipulus Notarum in N. T. Genevæ editum A. 1620. 4.

Proverbia Arabica cum Interpretatione, 1614. 4.

Statuitur à quibusdam Author Confutationis Tabulæ Burdonum Lugd. Bat. A. 1609. sub nomine J. R. B. id est, Jani Rutgersii Batavi editæ, in 8. quibus facilè assentior. Lege Scaligerum in Epist. p. 624. edit. 1627.

Author est etiam Notarum in Historiam Aromatum Garsiæ ab Horto; lege Vopiscum Fortunatum Plempium (de quo alibi) p. 35. Lib. 2. Canonis Avisenæ.

Cæsar ex ejusdem Recensione (licet frons Libri dissimulet) Lugd. Bat. editus. de quo Casaub. Præf. in Opuscula Scal. Et alia.

* Idem Tertulliani Opus notis vel commentariis illustrarunt Rhenanus, Laurentius de la Barre, Pamelius, Junius, Jos. Mercerus, Rigaltius, Acerda & alii, sed omnium copiosissime ut optime, Scaligero major Salmasius.

Maussacus notis ad Plutarchum de Fluviis p. 191. p Illicetur se edituram multa Jos. Scaligeri Miscellanea, quæ ponnes se habebat.

Scaliger fuit etiam Eclogarius Vett. Not. in Persium, quas editioni suæ inseruit Casaubonus, quem vide in Epistolis p. 591.

Scripta â Scaligero promissa, quorum Fragmenta asservantur in Bibliotheca Leydensi & alibi.

ANimadversiones in LXX. Interpretes & alias Bibliorum versiones; Casaub. p. 637. Epist.

Linguarum Arabicæ & Æthiopicæ Institutiones, Scaliger ad Manil. p. 277. 1579.

Æthiopicum & Ægyptiacum Psalterium; *Lubbertus in Opere de Principiis Christ. Dogmatum p. 279. & Epist. Gallicæ ad Scaligerum p. 327.

Nonius, Fruterius Lib. 1. Verisim. c. 7.

Plautus cum Notis, Janus Douza in Epistola ad Falkenburgium, & Casaubonus in Epistolis p. 310. Scaliger ipse ad Festum p. 203. edit. Patissonii.

Strabo cum Comment. Casaubonus Epist. Præf. ad Jac. Lectium in eundem Authorem.

Gellius cum Animadv. Scaliger ad Varr. p. 206. 1585.

Corn. Celsus a) de re Medica, Fr. Vertunianus Præf. in Hippocratis Librum de Vulneribus capitis, & Joh. Tornæsius in Epist. Gall. p. 325.

Psalmi aliquot Davidis Græce versi, quorum editionem pollicetur Casaub. in Epist. p. 311.

Secunda editio Vitæ Patris, Peireskius in Epist. Gall. ad Sc. p. 82.

Collectio legum Atticarum, Salmasius in Epist. p. 272. Casaub. p. 639. Epist. Grotius Joh. Cordesio 30. Octobr. 1634.

Notæ in Novum Testamentum, Ch. de Harlay Frere de Mr. le premier President, dans les Lettres à Sc. p. 126. voyez aussi les pages 290. 309. 327. 328. & 333. ut Heinsium p. 936. Exercit. S. & Casaub. p. 512. Epist.

Marius Plotius Sacerdos Grammaticus cum aliis, Scaliger Notis ad Catullum, & Peireskius in Epist. Gall. ad eum p. 83. & 246.

*Hunc & alios ling. Orientalium MSS. Codices in Bibliotheca sua Scaliger habuit, quam moriens Academiæ Leydensi testamento legavit. Horum Catalogus extat ad calcem Biblioth. Orient. Johan. Henrici Hottingeri (de quo alibi) linguæ Arabicæ apud Helvetios insignis hodie Promotoris.

a) Celsum etiam pollicebatur Joh. Walæus D. M. de cujus morte Sam. Sorberius in Epist Gallicis p. 442 In eundem Authorem Notas parabat Ælrus Everardus Vorstius, Medicinæ apud Leydenses primarius Professor, de quo Cunæus in ejus laudatione funebri.

Josephus,

Josephus, a) Casaubonus Exercit. 1. in Baronium sub finem ut p. 637. Ep.
Arabica ling. Thesaurus supra 30. millia vocum continens, Casaub. p. 638. Epistol. ut p. 259. & 313. Et alia.

a) Josephum etiam Animadversionibus illustratum se edituros minabantur Samuel Petitus, de quo infrà, & Petrus Cunæus (de quo alibi) Epist Præfatoria in Lib. 3. Reip. Heb. Sed neuter morte præventus, hunc Authorem evulgavit.

Scripta Scaligero dicata.

SAtyra Menippæa. Somnium. Justi Lipsii.
Petronius Joh. à Wouveren. Lugd. Bat. 1595. 12.
Apuleii Apologia Causaboni 1594. 4.
Glossarium Car. Labbæi.
Catullus &c. Jani Douzæ filii, Lugd. Bat. 1592. 12.
Munsterus Hypobolimæus & Virgula divina Dan. Heinsii, Lugd. Bat. 1609. 12.
Arnobius Everharti Elmenhorstii.
Silius Italicus Heinsii, Lugd. Bat. 1600. 16.
Exercitationes Criticæ Meursii; Lugd. Bat. 1599. 8.
Theses Juridicæ de Tutela, Jac. Esprinchardi Nobilis viri, popularis mei, Scaligero, Casaubono & aliis, (ut aliquando probabo) acceptissimi. Editæ sunt Lugd. Bat. A. 1597. 4.
Et alia multa.

Scripta contra Scaligerum.

FAbula Burdonum Aut. Casp. Schoppio, à Scaligero, uti diximus, confutata, sub nomine Jani Rutgersii Batavi.
Apologia Adriani Romani Equitis Aurati pro Archimede, quem etiam defendit David Rivaltius in Prolegom. ad hunc Authorem. Adriani Apologia non Wirzburgi, ut præ se fert titulus, sed Genevæ revera edita est A. 1597. de qua consule Epist. Gall. jam toties à nobis citatas p. 74. & 405.
Disputatio Joh. Fabri Bambergensis de Nardo & Epithymo. Mog. 1607.
Mathematica pro Lucano Apologia a Aut. Fr. Infulano Parisino Procuratore, 1582. 4. de quo Mornacus in Elogiis p. 75. Rapinus in Poematibus p. 73. & Lipsius Epist. 74. Cent. 1. Miscell.

a Hanc confutavit Scaliger Proleg. in Manilium.

Scripta

Scripta quædam Mathematica Christ. Clavii S. I. de quo Rob. Balforeus in Epist. Gallicis ad Scaligerum.

Orationes Chronologicæ Dav. Paræi, à Scaligero confutatæ.

Liber de Variis Annorum formis, Aut. Tho. Lydiat, Anglo, quem castigat Scaliger Proleg. in Canones Isagogicos; de quo lege Vossium in Opere de Scientiis Mathematicis p. 236.

Minerval Nic. Serarii pro Trihæretico. Mog. 1605. 8.

Rabbini & Herodes ejusdem, Mog. 1607. 8.

Chronologia Dan. Engelhart Græcè Angelocratoris a) (de quo Bucholcerus in Ind. Chronologico 1599.) Cassellis excusa fol. A. 1601. Et alia.

a) Hunc Authorem ignorabat Andreas Rivetus in Responsione ad Coeffetæum in Historiam Paparum Plessæi, p. 594. To. 1.

Qui Scaligerum laudarunt.

PAulus Manutius Pet. Perpiniano Lugdunum, Romæ, p. 278. Epist. Lugd. 1574. *Tu meis verbis eruditum imprimis & probum adolescentem Josephum Scaligerum, si est Lutetiæ, salutes velim.*

Fr. Flussas Candalla Lectori in Trismegisti Pimandram à se restitutum, Burdigalæ 1574. *Usus sum in hoc Opere restituendo, Jos. Scaligeri Juvenis illustrissimi, non minus linguis Orientalibus eruditi, quàm conditione & prosapia præclari, operâ.*

Le mesme sur le mesme Ouvrage, à Bourdeaux 1579. *Pour traduire plus aisement cet œuvre, nous nous sommes aidez de l'Intelligence & secours d'un Jeune Gentilhomme nommé Joseph de l'Escale, de tres grande & ancienne race, grandement versé aux phrases des langues, tant Greque, Hebraique qu' aussi Syriaque, comme à la Latine qui luy est peculiaire.*

Fr. Vertunianus D. Laur. Jouberto, in Hippocratis Librum de vulneribus capitis, Lut. 1578. *Cum ineunte anno 1577. Fr. Castanæus Rupipozæus, Mecœnas meus, me ad nepotulum ex fratre curandum vocasset, ibi* a) *Illustrissimum ac doctissimum Josephum Scaligerum, magni illius Jul. Cæsaris filium, & ipsum veterem Rupipozæorum, domus Literatorum nutricis, alumnum inveni.*

a) Tuffolii sc. quod est Rupipozæorum Castrum.

Lipsius

Lipsius Josiæ Mercero, Lugd. Bat. 10. Kal. Octobr. 1587. *Ivonis Villiomari in Titium ante paucos dies vidimus. Nescio an recens lectio me ita ceperit; sed non videor scriptum bellius legisse à multis annis. Non decima illa Musa, Plautus, possit aliquid magis Musæum. Sed dic sodes quis scriptor? Non enim ille falsus Ivo. Ψεύσομαι, ἢ ἔτυμον ἐρέω. κέλεται δέ με θυμός. Mentiar an verum dicam? jubet me animus. Scaliger noster est, Lumen illud & Columen literarum. Non divinavi?*

Nic. Vincentius a) Pictavienſis Chirurgus Stephano Naudino Berſurienſi in Notas ad Joh. Martini Dictata in Hippocr. Librum de vuln. capitis, 1578. *Quod in altero literarum tuarum capite rogas, an Josephum Scaligerum norim, & ut tibi quis, qualis, quid hominis sit, significem: hoc unum tantum respondere possum, illum esse hominem otii honesti amantissimum; meliorem enim partem literis impendit, ita tamen ut non rarò venatu se exerceat. Cæterum studiosissimus est, & ut rem tibi aperiam, homo est minime malus. Familiaritas & necessitudo mihi cum eo jam antiquitus intercedit. Quin pridie quam has literas acciperem, eum in hac urbe & vidi & allocutus sum. Huc tamen raro commeare solet. Rusticum enim se dicit, & ut ipse nobiscum jocari solet, à nobis urbanis alienum se esse profitetur.*

a) Is est ipse Scaliger, ut me docuit V. Cl. D. Marquardus Gudius.

Idem ibidem, *Si de veritate descriptionis futurarum capitis judicium penes Jurisconsultos est: cur non etiam Castigationem Hippocratis Josepho Scaligero viro erudito Martinus permittit? Quid si illi dicam, Scaligerum illum, cui, ut video, parum ipsi noto, more canum oblatrat, etiam Jurisconsultum esse adeo non obscurum, ut Jac. Cujacius, Jurisconsultus nostri sæculi princeps, eum sibi Collegam adsciscere superioribus mensibus voluerit: quod ipsis Cujacii ad Scaligerum literis tibi triborio confirmare possim?*

Papyrius Massonus in Vita Cujacii, *Codicum MSS. quos possidebat, Jos. Scaligerum, Julii filium, Nitiobrigum Aginno ortum, eruditissimum virum, hæredem se relicturum in privatis colloquiis non semel dixisse fertur.*

Jacobus Revius Historiæ Daventrienſis Author, Epistolarum Gallicarum Farraginem edidit, Hardervvici A. 1624 excusam, in qua Josephus Scaliger, a Regibus, Principibus, Ducibus, Episcopis, Abbatibus, Monachis, & aliis Viris,

tum

tùm genere tum eruditione Claris, blandè compellatur; hunc librum sibi comparare debent omnes Scaligeriani nominis studiosi.

Lipsius Jacobo Cujacio, Lugd. Bat. Id. Mart. 1587. *Vidi nuper Yvonis in misellum Titium. Periit infelicissimus hominum, hoc uno tamen felix, quod ab illa manu: tuáne an Scaligeri, an utriusq; ? Nam præter vos, fallor, aut nemo sic scribat.*

Florens Christianus Henrico Magno à Studiis, Notis in Aristophanis Pacem, pag. 133. edit. Parisiensis 1589. 8. ubi de loco Polybii; *Absurdum est Corona plumea ornari militum Galeas, quod merito reprehendit adversus Titii Locos controversos Yvo Aremoricus in suis in locos illos Animadversis: cujus viri eximiam doctrinam & insuperabile ingenium ex aureolo illo libello, tanquam ex ungue Leonem, admirari cogor. Et sane unus ille aut alter est (dicam libere quod sentio, cum bona, ut spero, magni amici venia) quem cum Jos. Scaligero comparandum habemus, cuique omnes magnam gratiam habere debemus Cisalpini, quod Itali aceti & libem Francorum ingenia nimium astringentis vim retuderit & acrimoniam remolliverit, feceritque ut Titius ille Horatianus fastidire lacus & rivos ausus apertos, jam sit avis Titia aut moveat cornicula risum, sanè istius plumas jam non ego empsissem titivillitio.*

Jacobus Augustus Thuanus ad A. 1558. *Ex Julii Cæsaris Scaligeri liberis, ultimus hodie superat Josephus Justus Scaliger, qui secundum Patrem nunc inter literatos & in re literaria principem sine controversia locum tenet, vere eruditorum Phœbus, ut politissimi ingenii vir * eum indigitavit. De hoc plura ut dicam nec pudor ejus patitur, nec per ingentia ipsius erga me merita licet; quanquam minime vereor, ne propterea de eo minus vera prædicare videar; cum quicquid dixero, opinione omnium vero minus sit. Sed potius est, ut tanti viri nomen per transennam appellasse contenti, cultum, quo divinum ejus ingenium cum rara morum probitate conjunctum, pro jure amicitiæ, qua mihi cum illo intercedit, prosequimur, venerabili silentio, ut in sacris fieri amat, obsignemus.*

* Hic est opinor Bartasius, de quo infra inter cæteros Scaligeri Panegyristas.

Idem ad A. 1572. *Scaliger Valentia Cavarum, ubi Cujacio operam navabat, post tumultum cum Enimundo Bonefidio celeberrimo Juris in ea Acad. Professore, Genevam concesserat, unde nullis precibus revocari potuit.*

Idem

Idem ad A. 1603. *Doluit mihi valde, quod tam stomachosè cum præclaro Mathematico Fr. Vieta * altercatus fuerit initio Scaliger, cùm de Cyclometricis inter ipsos ageretur. Sed vir generosus tunc Vietam ignorabat, & ægre propterea ab illo reprehendi ferebat, cum nondum satis perpendisset, an citra paralogismum, quod probandum susceperat, demonstrasset. Itaq; postea honorifica recantatione seipsum castigavit, & in arcano præcipuam erga Vietam ab eo tempore reverentiam servavit.*

*De quo Scaliger p. 56. Epist. Baudii edit. ultimæ, & Casaubonus in Ep. p. 307. edit. Hagiensis.

Idem Libro 1. de vita sua; *Valentiæ primum Thuano cum Jos. Scaligero contracta est amicitia, quem tunc consuetudine & postea dum licuit convictu, & in absentia per literas incredibili studio & affectu per 38. annos indesinenter coluit; eaq; re, quam sibi ab improbis hominibus exprobrari & vitio verti intellexit, in sinu gaudet & palam gloriatur, tantaq; ex recordatione ejus nunc etiam voluptate perfunditur, ut contumelias, convitia, calumnias, & pericula & incommoda, ab injusto illorum odio, si Deo placet, ob id profecta, si detur optio, tam dulcis & honestæ, tamq; eruditæ consuetudinis amissione aut etiam oblivione nolit redimere. Et hoc ipsis pro omni ad illorum virulentiam responsione dictum cupit. Atq; id persancte quidem asseverare potest, toto eo tempore, quo tanti viri familiaritate sibi frui datum est, nunquam eum de religionis controversis capitibus disputantem audivisse, aut sibi compertum de iis ad alios scribere consuevisse: neq; vero nisi provocatus de iis, nec nisi invitissimus, disserat. Et id verum esse scit tota illustris Castanæorum familia, cujus Princeps Lud. Abennius, qui Oratoris Regii apud Pontificem munere tanta cum laude defunctus est, sciunt ejus filii Joh. Rupipozæus, atque adeo Henricus Ludovicus Episcopus Pictavienſis, * qui & domi apud Patrem & in Hollandia diu cum eo fuit, uterque autem consuetudine ejus eruditiores redditi, à majorum Religione propterea minime desciverunt. Quasi vero extra Religionis causſam non multa præclara & supra captum (quantum ad literas) humanum in eo admiranda essent, quæ bonus quisq; ab eo cognoscere & doceri merito cuperet, & propter tam raras in eum à Deo cumulatas dotes non ipse observari ac præcipue veneratione coli à bonis quibusq; meretur.*

*Ex quo Episcopus facto est minus familiariter cũ Scaligero egit, ut patet ex Epistola, qua ipsum alloquitur p. 378. & seq. earum quæ ad Sc. Gallicè scriptæ sunt.

Idem ibidem; *Niphus Philosophus Patavinus, ægerrime ferens Jul. Cæs. Scaligerum tanti nominis virum, iras, quas in Pa-*

*rentem coquebat, in filium evomuit, & cum non haberet, quod in utrumq; diceret, gentis exagitandæ occasionem cœpit, cognitoque Thuanum arcta cum Jos. Scaligero junctum amicitia, eum in arcano seducit; & longa oratione, ut erat in dicendo vehemens, non credulo adolescenti persuaderi conatus est, Julium parentem Benedicti Burdonis F. Scaligeri nomen mentitum esse, & jam tum Burdoniæ fabulæ initium fecit, quam deinde alii * maligne sparserunt, & grandibus postea Libris carnificis manu puniendis magna sua cum infamia evulgarunt.*

*NotatGuilandinum, Schoppium & alios.

If. Casaubonus in omnibus suis Scriptis, Scaligerum debita laude semper prosequitur, (ut videre est in Athenæo, Suetonio, Persio, Exercitationibus in Baronium & aliis) sed in Epistolis præsertim, ubi singulis ferè paginis, Scaligeri Elogia occurrunt; quibus ne Lectorem obruam, hîc tantùm exscribam, quæ de Scaligeri morte habet idem Casaubonus Notis ad Æneam p. 91. *De Columbarum usu ad nuncios deferendos* (inquit ter maximus ille vir) *legant* οἱ φιλομαθοῦντες, *si lubet, quæ notis suis ad Sphæram Barbaricam Manilii scripsit, decus illud æternum ævi sui Josephus Scaliger; vir, aut Heros potius, & quidem Heroë magno satus, in tantum laudandus, in quantum virtus & meliores literæ possunt intelligi. Quarum ille* δαιμόνιος αἰὴρ, *magnitudinem, amplitudinem, majestatem denique penè solus quum animo viderit, ingenio fuerit complexus, divina & sine exemplo felici industria per totum vitæ curriculum bene de iis mereri nunquam cessarit: Quantam in nupero ejus obitu Resp. literaria fecerit jacturam, quantum & quam αἰήκεστον vulnus acceperit, omnes intelligunt eruditi, in quorum pectoribus probitas, candor, φιλαλήθεια, & gratus animus, nimis, ah nimis! mræ hoc sæculo virtutes, habitant. Certè quorum mentes à rationis usu atq; adeo sensu communi* τοῦ θηριώδους καὶ θεοβλαβείας *non exaruerunt. Nos qui vivum pari semper prosecuti veneratione sumus & pietatis affectu, atq; optimum parentem nostrum, quique literas* ἐκπαθῶς *amamus, neq; acerbissimi nobis casus recordari sine mœstissimo gemitu, sine ægerrimis suspiriis, sine profusissimis lacrymis possumus: neq; porro avocare animum ab ejus memoria & acerrimo doloris hujus sensu, valemus. Quod igitur unum supereſt, dolorem nostrum & luctum* ἄφατον *recordatione virtutis & præstantiæ*

νὸν μακαρίτην *solamur*. In sequentibus Poëmate Græco ei parentat, quod cum aliis ejusdem Poëmatibus & Epistolis non ubivis obviis, si Deus vitam dederit, in lucem emissurus sum.

Flor. Raymond p. 262. de son Anti-Christ 1599. *J'aurois icy occasion de traiter plus au long de l'an civil des nations plus fameuses qui ont jamais esté; mais parce que ce fuict ne seroit que pour les personnes de sçavoir, qui peuvent voir dans les doctes escrits de Joseph de l'Escale digne fils du grand Jules, l'Oeil de l'Europe & la Merveille des Lettres, tout ce qui s'en peut dire, je ne toucheray que ce qui concerne les Romains.*

Le mesme p. 260. tournée. *Le docte l'Escale en son Examen fait sur le Calendrier, approuve & loue l'entrepriſe du Pape, & recognoist que c'est à sa Saincteté de mettre la main à cette correction.*

Le mesme p. 943. edit. 1607. *On dit qu'il n'y a que le mot* Sac *qui se rencontre en toutes langues. Je remets cela à nostre Mercure, Rare truchement des langues & l'ornement de nostre Agen qui s'honore de sa naissance.*

Justus Lipsius Epist. Quæst. Lib. 3. Ep. 15 *Cujacium Lutetiæ esse audio: eodem venturum Scaligerum. Hui! quàm pulchra occasio, si tempora consederent, Semones illos conjunctim salutandi! moriar nisi pluris mihi fuerit illos duos viros alloqui, quàm Rom. Consulem videre triumphantem.*

Idem Lib. 3. Ep. 20. *Ten' quærere quid sentiam de Scaligeri Festo? Ego verò quod de Scriptis ejus omnibus, nihil posse divinius; sic enim loquendum, quoties de Scaligero, quem profectò omnes Musæ,*

------ ------ καὶ ὁ Δάλιος ἠγάπα δὲν Ἀπόλλων.

Quàm multa ille nova, quàm multa vetera, non lecta, non visa, non audita aliis depromit! Dæmonium hominis. Et quid tergiversamur, nos cæteri volamus sicut umbræ.

Idem Cent. 1. Ep. 21. *Scaligeri ad Ausonium, en tibi: ô virum, ô filium à patre magno magnum,*

------ ------ meritò cui doctior orbis
Submissis defert fascibus imperium.

Enim verò ille unus est, quem miramur, quem æmulamur, imò ne mentiar, cui invidemus. Felicem Galliam hoc Sole! cujus claritas

ritas non ad eos solum qui nunc sunt, sed ad posteros diffundetur, quam diu quidem erit in terris nomen Literarum.

Dominicus Baudius (G. Cassandri, quod pauci norunt assecla) Corn. vander Myle, 21. Jan. 1609.

Heu quantus Heros ilicet nobis fuit!
Sed terra tanti non erat capax boni.

Extinctum est hora 4. matutina hodie Lumen sæculi, decus virtutum, princeps ingenii ac doctrinæ, Magnus Heros absque controversia noster Scaliger. Assertum & redonatum est patrio cœlo nobile illud pignus ac depositum, quod fata terris commodarant. Nunc in luctu est animus, tali tantoque Patrono orbatus.

Idem Adr. à Mathenes & Corn. v. Myle, 23. Jan. 1609. *Non est dubium quin magno in mœrore sitis ob Herois nostri abitionem in cœlestem patriam, ubi nunc æterna felicitate fruitur. Corpus autem, hospitium ingentis animæ, mandabitur sepulturæ Die Dominico post horam secundam à meridie. Cavit testamento, ut sepeliatur in ea parte Templi Gallici, quam insidere solebat auditurus sacras conciones, nec aliud monumento incidi voluit nisi hoc breve Oraculum:*

Hegenitius in Itiner. Frisio-Holl. 1630. de Scaligeri Sepulchro; *In extrema parte Lapidis Sepulchralis.*

Terra hæc ab Ecclesia empta est, nemini cadaver huc inferre licet.

Josephus Justus Scaliger Jul. Cæs. Fil. heic expectat resurrectionem.

Scio vobis curæ fore, ut præsentia vestra funus maximi viri cohonestetur. Nullum habet in his locis propinquitate sanguinis sibi junctum, sed admiratores suæ virtutis ac doctrinæ supra sortem humanam reliquit plurimos, imò omnes, qui sensum retinent humanitatis. Egregia Liberalitas, qua Bibliothecam publicam auxit fidei commisso supremæ voluntatis, meretur ut publicè ratio habeatur eorum, quos legatis honestavit. Hi enim censendi sunt tanquam necessarii & genere propinqui: Nam ad amicitias haud vulgares constituendas majorem vim habet naturæ similitudo quam legis sanctio, morum germanitas quàm majorum series, voluntatis delectus quam fortuita sors nascendi. Literæ amiserunt Decus atque Ornamentum sæculi. Nos eum non alio desiderio lugemus, quam filius parentem: etiamsi careamus externo habitu mœrentium, defixus hæret intimis sensibus dolor.

Idem

Idem Maximil. Urientio 4. Kal. Feb. 1609. *Duplici titulo vere tu nobis vates es, & quod carmine tam feliciter ludis, & quod augur extitisti maximæ calamitatis, qua sumus afflicti extincto Lumine Literarum, nostro Scaligero, qui 21. die hujus mensis terras reliquit, ut patrio cœlo cœlestis anima redonaretur. Ego & Heinsius noster publicè ipsi parentavimus, tanquam communi omnium doctrinarum parenti, & primario sæculi viro, cujus virtutes & supra hominem laudes incorruptius æstimabit & venerabitur sequens ætas, postquam sublatæ sunt ex oculis.*

Inter Danielis Heinsii Orationes, extat Panegyricus Jos. Scaligero ab eo dictus. Laudatur præterea in ejusdem Exercit. Sacris sæpissimè, & alibi.

De eodem Hugo Grotius Notis in Mart. Capellam & Phænomena Arati & Germanici.

Cl. Salmasius Joh. Beverovicio Leydæ Non. Decemb. 1632 *Successi certè maximo virorum Scaligero τῷ μακαρίτῃ, ut longo temporis intervallo, ita longiore meritorum interstitio. Fuit ille vir, quod etiam omnes invidi fateantur inviti, ætatis suæ doctissimus, cui nec sequentes omnes parem ferent aut videbunt, ut nec tulerunt priores. Ei me successisse videri vix possum pati, cum nihil minus ex doctrinæ disparilitate conveniebat.*

Sammarthanus in Elogio Jul. Cæs. Scaligeri, *Is multos Liberos genuit, teque imprimis, ô Josephe, numeris omnibus longe doctissime, patriq; simillime, cujus ego ingratiam hoc quicquid est Elogii meditabar, breve illud quidem & exiguum, sed futurum fortasse aliquod apud posteros mutuæ nostræ charitatis ac benevolentiæ monumentum.*

In alia Sammarthani Elogiorum editione Anni sc. 1616. hæc habentur; *Jul. Cæsar Scaliger multos Liberos genuit, Teque imprimis, ô Jos. Juste, æterna posteritatis memoria dignissime, quem ingrata Gallia passa est sibi eripi, Batavia melior non excepit modò, sed & viventem benigne fovit, & mortuum honestissimo tumulo decoravit. Nos autem veteris amicitiæ convictusque gratissimi nusquam immemores, hoc Epitaphium breve quidem illud, sed sanè verissimum, bona cum eruditorum venia tibi consecravimus.*

Quo tibi præcipue luctu, quo, Juste, parentem
Carmine, quando etiam te fera Parca tulit?

Accipe doctorum quæcumque paravimus umbris
Munera, & illa tibi tu quoque sacra puta.
Quicquid enim laudum Liber hic partitur in omnes,
Hoc certe meritis convenit omne tuis.

Petrus Gassendus in Vita Peireskii p. 53. edit. Hagi-
Ad. A. 1606. ensis; *Constituerat cum Scaligero primum quasi ignotus colloqui, quamobrem nomine mutato Epistolam commendatitiam, quasi à Peireskio conscriptam, missamque illi obtulit. Scaliger autem ea perlecta, ipsum est humanissime in Peireskii gratiam complexus. Post multos confertos sermones & productos obiter Libros, voluit Peireskius ex nescio quo paucas lineas exscribere, ubi verò ille chartam, calamumque exhibuit, ac inter dictandum primas lineas, characterem vidit, & ἰδιοχειρίαν agnovit; tum in amplexus proruens, gratiosissimè conquestus est fraudem. Cum deinceps variis de rebus colloquerentur suavissimè, Scaliger inter cætera declaravit, velle se quidem iteratò procurare editionem Eusebii, (nempe non planè arridebat, quæ jam tum primum absolvebatur) itemque Paterni in Aristotelem de animalibus Commentarii. Sed esse tamen animum redeundi postea in Galliam, & apponendi ossa sua Julii Parentis ossibus. Cum excepisset autem Peireskius, non esse illum igitur ἑτερόδοξον moriturum, illacrymatus Scaliger verbum ea de re non adjecit. Interpretatus illi Peireskius numismata varia ac præsertim Siclos, donatus est, invitus licet, singulari Semisiclo, cujus ille præcæteris interpretationem fuerat demiratus. Donavit ipse multa vicissim, & quod fuit illi jucundissimum, exhibuit, quam detulerat, expectatam ichnographiam cum inscriptis carminibus Sepulchrorum Scaligeranorum. Scilicet eam demum superiore Martio Verona obtinuerat, nec pluribus literis datis habere prius potuerat, ob varios morbos Nichezolæ, & quod Sylvius Donius, qui illam aggressus primus fuerat, inter perficiendum obiisset. Unum de quo Peireskius avebat Scaligerum interrogare, & non est tamen unquam ausus, ne rem molestam faceret, fuit Opus illud Cyclometricum seu de circuli quadratura ante duodecim annos in lucem emissum, ac statim à Fr. Vieta, Adriano Romano, (postea quoque à Christophoro Clavio, hominum S. I. γεωμετρικοτάτῳ) aliisque in eo pulvere exercitatissimis erroris convictum. Nimirum præmonitus fuit, non posse illi eam Camarinam sine quadam bile moveri. Quod attinet verò ad Genealogiam, non professus est quidem, se subdubitare an revera attineret ad Veronenses Principes, quorum stirpem ille in se desituram asseverabat: Sed paulò tamen*

men liberius, & quasi vellet, quid cæteris responderetur, accipere, proposuit ipsi, quæ à Scioppio, Guillandino, aliisq; fuere objecta.

Lipsius p. 65. Antiq. Lection. Antverp. 1585. *Explicavit hoc nuper in Adversariis suis illud Galliæ decus Turnebus, cui placet,* capere crines, *esse blandè & amatorie osculandi causa capillos prehendere, ut & aures solebant. Tum ego magnum virum, Deini, nominas inquam magnum, & cui fortasse in his studiis simile nihil ætas nostra tulit: nam non feret nolo dicere, quia jam nunc est Adolescens in Gallia nobilis, qui Turnebi laudi succrescit. De quo quid & quantum augurari debeamus, nisi deprecatus numine læva, non ausim dicere.*

Joh. Wouverius Seb. à Bergen Lugd. Bat. Non. Sept. 1594. *Scaliger agit Lugduni, sed publicitus non legit, neq; lecturus unquam, ne derogetur quid dignitati. Quinquagenarius ferè, cælebs, staturæ mediocris & facie Gallica.*

Fr. Balbus in Vita Nic. Fabri ejusdem Opusculis præfixa, Paris. 1614. *In Mathematicis disciplinis excolendis ea animi acie fuit, ut doctissimi Scaligeri ingeniosum de circuli dimensione conatum, (cum ejus demonstrationem coram J. A. Thuano, Gul. Vario, Pet. Pithœo, Ant. Oiselio, in ipsis Thuani ædibus Monantholius faceret, & finem suum feliciter assecutum Scaligerum contenderet) errore non carere primus animadverterit, quod & ingenue postea Scaliger ipse, quo erat candore, agnovit.*

Paulus Merula Notis in Ennium 1595. p. 101. *Oscitantiæ meæ hac in re obviam ivit humanitas N. V. Jos. Scaligeri, quem A. 1593. Amplissimi Ordines Batavicæ, Zelandiæ, & Occidentalis Frisiæ, in hanc Academiam ex Gallia vocarunt. Cum illo quæ mihi intercedit amicitia, proclivis plane est ad omnem comitatem facilitatemque.*

La Croix du Maine dans sa Biblioth. *Joseph de l'Escale ou de la Scale, Gentilhomme Françoys, fils de ce tant renommé Jules Cæsar de la Scala dit Scaliger, tous deux issus des Ducs de Veronne en Italie. Aucun ne peut douter que cettuy cy ne soit reputé l'un des plus doctes & sçavans Gentilhommes de France, soit pour les langues ou pour toutes sortes de disciplines: De quoy rendent un assez suffisant tesmoignage ses tant doctes œuvres mis en lumiere sur di-*

vers

vers ſujets, en quoy il n'a point degeneré de ſon Pere eſtimé meſme par ſes ennemis le plus ſçavant de noſtre ſiecle. Cettuycy Joſ. de la Scala n'a encore rien eſcrit en noſtre langue Fr. dont j'aye cognoiſſance, ſinon quelques Poëmes qui ne ſont en lumiere. Il florit cette année 1584. & travaille ſans ceſſe à illuſtrer les Sciences par ſes doctes eſcrits tant en Philoſophie qu'en Mathematiques.

Ant. du Verdier dans ſa Biblioth. *Jules Cæſar Scaliger a eſcrit en Rime françoiſe un Livre intitulé,* Les cent dixains de l'homme vertueux, *que ce miracle de nature Joſeph Scaliger ſon fils, homme d'incomparable doctrine, m'a monſtré eſcrits de la main de l'Autheur.*

Buxtorfius Pater Hollandiæ Ordinibus in Theſ. Gramm. linguæ S. 1609. *Cùm illuſtriſſimum Belgii lumen & Heros incomparabilis Joſ. Scaliger, (ô quæ profuſiſſimæ lacrymæ tantum literarum decus, tantam prudentiæ affluentiam, morte in uno illo extinctam ſatis digne unquam deflere poſſunt) ad hanc Hebraïſmi reſtaurationem me pro illuſtri ſua humanitate cohortatus ſit, debui tanti Heroïs judicium magnificere.*

Balzac dans ſon Socrate p. 162. & ſuiv. à la fin. 1652 *En matiere de vers les opinions de Joſeph Scaliger eſtoyent plus ſaines que celle de Jules. Elles eſtoyent pourtant bien hardies & quelque fois meſme temeraires. Ajoutons malitieuſes à temeraires. Car que ne dit-il point du pauvre Lucain? il le traite d'enfant, d'ignorant, de ridicule. Il ne traite gueres plus mal ſon grand Ennemy Scioppius. J'avoue qu'ailleurs il me fait plaiſir de ſe declarer pour Ovide & d'en prendre la protection contre le Critique Victorius. Il dit de plus que la Thebaide de Seneque eſt un mauvais Poëme & l'eſſay d'un apprenti; Lipſe dit au contraire que c'eſt une piece divine & le chef d'œuvre d'un maiſtre. A qui des deux croirons nous? ni à l'un ni à l'autre, mon Reverend Pere, l'un en dit trop, & l'autre trop peu.*

Joh. Druſius Prov. Fœd. Ordinibus in Librum Haſmonæorum 1600. 4. *Ut hunc Librum notis illuſtrarem, autor mihi fuit princeps Joſ. Scaliger, cujus unius judicium pluris eſt apud me, quàm omnium ſciolorum μισολόγων, qui ſe ſuaq; tantum admirantur, cætera omnia ex alto contemnunt.*

Andr. Rivetus in Critico S. p. 255. & ſeq. edit. 1642. *Euſebii Chronico, qui ſolus poterat, manum medicam adhibuit magnus Joſ. Scaliger, edito Latine Chronico cum Græcis reliquiis, quæ colligi potuerunt,*

runt, cum notis & castigationibus. Quod opus vidi 2. cura emendatum & auctum; ab Autore in extremis agente, doctissimo Fr. Gomaro piæ memoriæ commissum, & Commelinis Fratribus Bibliopolis à parente suo relictum ad editionem novam paratum & destinatum, quæ frustra hactenus expectata est.

Casp. Barthius Præf. ad Lect. in Animadvers. ad Claudianum Han. 1612. *Ut de omnibus ita de hoc Mss. cacoethe, Incomparabilis hujus ævi Scriptor Jos. Scaliger, bene judicasse mihi semper visus est, sc. periculosum esse ad male conciliati cujusq; codicis ab ineptissimis quibusq; olim monachis aut pædagogis descripti varietatem, novas in Autoribus turbas dare. Esse quidem tutissimum hoc emaculandi genus, sed accurata in exemplaribus electione & judicio minime vulgari opus esse, alioqui facile carbones pro thesauris usurpari. Cui optime de omnibus literis meriti Senis decreto facile omnes calculis suis subscribunt, qui rectam ad auctores priscos viam & viderunt & visam calcare non timuerunt.*

Richardus Thomson Dom. Baudio Cantabr. 6. Kal. Aug. 1605. *Scaligeri Elenchum vidi.* * *Profecto ita est ut scribis,* ἰωμαῖα καὶ τέρατα *non* ῥημαῖα *sunt, quæ effundit. Ego illum libellum nec dum ex manibus deposui, etiamsi aliquoties perlegerim. Plane divinum scriptum est. Quid Loyolitæ facturi sint, proximis his nundinis scibimus, non leviter eos pupugit.* *Contra Scrarium sc.

Sibrandus Lubbertus in Opere de Principiis Dogmatum Christianorum p. 279. 1591. *Æthiopicum & Ægyptiacum Psalterium se in lucem emissurum promisit illud decus politiorum literarum Jos. Scaliger.*

Theod. Beza in v. 10. c. 26 Matth. *Hæc de Paschatis convivio, ex magni illius Jos. Scaligeri, amicissimi mei, hominis à recondita doctrina & tum judicii acumine, tum indefatigabili diligentia, nunquam satis laudati, libro de emendatione temporum sexto, non immerito descripsi.* Eundem laudat in Elogio Patris.

Bon. Vulcanius Præf. ad Lectorem in Agathiam. 1594. *Plane σὺν ἀγαθῇ τύχῃ affulsit Agathiæ pariter & mihi auspicatissimum illud Julium Sidus, magnus, inquam, ille Josephus Scaliger, maximi Jul. Cæs. F. qui mihi merito, quoties dignus aliquis vindice nodus occurrit, fuit ἀκεβεσίτης αἰτιοφάφ διλω. Cujus quidem optatissimus in hanc Academiam adventus utinam Latinam Aga-*

thia mei editionem antevertisset. Plurimum enim illius literatorum Principis judicio in locis nonnullis, de quibus ambigebam, tribuissem, cui universus doctorum consessus libens assurgit, fasces submittit. De eodem p. 13. Not. & 258. Jornandis.

Guillaume de Saluste Seig. du Bartas dans sa Seconde Semaine, au Livre intitulé Babylone.

Mais le seul homme peut discourir d'attrempance,
De force, d'equité, d'honneur, & de prudence,
De Dieu, du Ciel, de l'eau, de la terre & des airs
Avec termes choisis signifians divers
Desveloppant son coeur non par un seul langage,
Ains comme Scaliger, merveille de nostre age,
Le Soleil des sçavans qui parle eloquemment
Hebrieu, Gregeois, Romain, Espagnol, Allemand,
François, Italien, Nubien, Arabique,
Syriaque, Persan, Anglois, & Chaldaique,
Et qui Chameleon transfigurer se peut,
O riche ô souple esprit! en tel autheur qu'il veut,
Digne Fils du Grand Jule, & digne frere encore
De Sylve son aisné que la Gascogne honore.

Caspar Scioppius Scaligeriano nomini tunc devotus; in Tractatu de Criticis Vet. & Recentioribus; *Jam de illis literarum triumviris, qui A. 1565. Criticos Libros scribere cœperunt, & hodie vivunt, mihi in mentem venit; Si tamen Jos. Scaligerum, Divi Julii Cæsaris, ut eum Muretus recte appellat, filium, ulli mortalium componi par est, cujus Scripta aurea tanquam ancylia cœlo delapsa cum horrore & religione quadam omnes eruditi tractare solent: sive illa temporum rationes, nove sed incredibili arte & dexteritate componunt, sive Catalecta Virgilii & Veterum Poetarum, sive Catullum, Tibullum & Propertium, sive Manilii Astronomica, sive Varronis Opera; sive Festi de verborum significatione Libros, sive Ausonii denique Poëmata, omnia ante corruptissima & nemini homini nato intellecta, admirabili & prorsus divino judicio & ingenio adeò restituit & illustrat, ut nunc vel pueris legi illa intelligique possint. Atque hunc & generis splendore*

ac

ac vetustate omnibus omnino Regibus & Principibus superiorem, & omnium divinarum & humanarum rerum scientia cum nullo omnino homine comparandum, cum nominari audiunt, quicunque hujus Studii Critici vituperationem, gloriam suam existimant; non eos perversitatis suæ in judicando pœnitet? non illi nomen Scaligerum quod & in Criticis familiam ducit protinus reformidant? O tempora! O mores!

Mart. Ant. Delrio Jesuita in Adversariis in Tragœd. Senecæ 1583. *Josephus Scaliger mra vir doctrina, & acutissimo ingenio præditus.*

Fr. Ragueau p. 526. des Droits Royaux 1600. *Josephus Scaliger candidissimus Scriptor, ingenioq; ingens,*

Julius Cæsar Bulengerus Sorbonæ Doctor, Lib. 12. Hist. sui temporis; *Sequutus est annus millesimus sexcentesimus nonus, Josephi Scaligeri morte feralis, quo nostra ætas neminem majori ad literas genio, ingenioque tulit, & forte ante acta sæcula parem omni doctrinæ genere non habuerunt. Obiit 12. Kal. Februar. Lipsius biennio ante excesserat, anno 1606. decimo Kal. April. eruditione nostro Scaligero longe impar, novitate tamen & venustate styli Belgis acceptior. De utroque si fas est, judicium meum interponam, & libero ore, quis sit animi mei sensus, indicabo. Lipsius Saturnalia, de Amphitheatro, de Gladiatoribus, eleganti, si quis alius, stylo scripsit: Sed Petrus Faber, Tolosani Senatus Princeps, vir longè doctissimus adversus eum vindicias inclamat. E Semestribus suis libros illos insigni plagio sublectos esse defendit, quos orationis flore convestierit, ne semel quidem authore appellato. Alii Strategica ab eodem repetunt, & manum injiciunt: nonnulli de Commentariis ad Tacitum litem intendunt. In literis Græcis quam longè à Scaligero, & Casaubono, pluribusque aliis abest: nonnulli styli novitatem, & corruptelam incusant. Fatendum tamen est, hominem eleganti inter paucos ingenio natum, indefesso studio, recondita eruditione literariæ rei plurimum commodasse. De Scaligero, omnis oratio ejus commendatione inferior est, ut enim omittam illa, quæ juvenis ad Varronem, Festum, Tibullum, Propertium, Catullum incomparabili doctrina enotavit, quis divinum illud de emendatione temporum Opus, quis ad Eusebium, & Manilium scripta digna oratione commendet? Nihil ab eo nisi magnum, & incomparabile prodiit, si piè de fide Catholica sensisset, nullum à Var-*

rone & Julio Cæsare felicius, aut omnium literarum capacius ingenium fuisse pronunciarem.

Erycius Puteanus Dan. Heinsio, Lovanii 6. Kal. Sext. 1608. p. 2. Epist. à Boxhornio editarum, Lugd. Bat. 1647. *O te verò non ingeniosum tantùm, sed generosum, qui personam scurræ detrahis, & impudendissimo sycophantæ! Nos vapulanti sic favemus, ut infra scelus etiam infamiam putemus, quo divinum illud nomen Scaligeri petulantissime impetivit. Quid fecit tamen? tela in Solem misit; non satis nefarius, nisi ut famam ejus læderet, quem venerari debuit: imò quem veneratus est, ut majori cum scelere oppugnaret. Luat igitur & æterna infamia crucietur miser: nimium felix etiam, quod per summum dedecus vivet. Ipsum Heroëm pro familia scribere audio: quem boni omnes librum avide expectant, mali timent. Inter bonos illos ut tu me seriò censeas, clarissime vir, vehementer rogo.*

Idem eidem p. 7. *Heros tuus, illustris planè, ac dignus majoribus suis vir, perfectissimo libro quanta insit veritati vis, ostendit. Quis pudor sycophantam nubet? Nos verò Heroi illi applaudimus, qui in extrema senectute tam insigne pietatis officium, familiæ manibus præstitit: non sibi majores, sed se majoribus reddidit:*

------ & per obstantes catervas
Explicuit sua victor arma.

Legi, relegi totam Confutationem, legendam hîc amicis dedi, idem sentiunt, dignum esse, qui illustrissima nasceretur stirpe. Fuêre ergo Troës; sed ne definant, ille facit, qui extendere familiam suam non potest, nisi ut claudat.

Pet. Faber Saniorianus in Agonistico. p. 242. 1595. *In superioribus quod de Proscholo dixi, hoc Jos. Scaligerum quoque in Ausonianis lectionibus tradere comperi, Criticum hujus ævi nostratem, præ cæteris linguarum omnium gnarum & apprimè intelligentem, ei ut in hoc certe literarum genere nemo qui cor aut os habeat comparari ausit.* De eodem cum laude p. 167. 595. & 630.

J. Richer au 2. To du Mercure p. 407. l'an 1609. *Le 21. de Janvier Jos. Scaliger mourut en Hollande; il estoit François de nation, fils de Jules Cæs. Scaliger & issu des Princes de Veronne: Pour sa doctrine apres sa mort, il a esté appellé la mer de toutes sciences, aussi estoit*

ce

ce un grand personnage. Je le vis passer à Tours l'an 1590. lors qu'il delaissa la France pour aller à Leyden.

Abrahamus Scultetus To. 3. Medullæ Patrum p. 6. *Præterea Chronicon Eusebii legitur hodie ab Hieronymo translatum... Editum illud est cum reliquiis Græcis, quæ colligi potuerunt, ante biennium Lugd. Bat. ab illo sæculi nostri Apolline Jos. Scaligero, cum eruditissimis ejusdem Notis, & Castigationibus in Lat. Hieronymi translationem & Græca Eusebii.*

Bucholcerus ad A. 1540. *Hoc anno nascitur Josephus, Jul. Cæsaris filius, Scaliger, vir summè admirabili tum eruditione tum judicio præditus, & magni illius de Temporum emendatione Operis Author, die 4. Aug. horis 14. post meridiem, Aginni Nitiobrigum.*

Tho. Erpenius in Orat. de ling. Heb. & Arab. 1621. *Inter eos, qui linguæ Heb. studio summopere delectati sunt, fuit Jos. Scaliger, singulare Leydensis Academiæ haud ita pridem decus, qui quantum ejus cognitione & sibi & aliis profuerit, immortalitate dignissimo ejus Opere de emendatione temporum, ut de aliis taceam, abunde testatur.*

Jac. Crucius (de quo alibi) Lud. de Dieu Delphis 8. Kal. Sext. 1631. *Quales olim fuere Reuchlini, Merceri, Vatabli, Pagnini &c. & non ita pridem magnus ille Scaliger, quem ultimum in Scenam produco, quod tanquam Aquila in nubibus & orbis Literati Imperator ac eruditionis Princeps reliquis palmam præripere & apicem summæ laudis obtinere videatur, ita in Hebræis non ad stuporem, sed ad miraculum doctus.*

Tho. Gatakerus (de quo alibi) in Dissertatione de N. T. Stylo adversus Pfochenium p. 27. *Quin nec ad sermonis proprietatem astrinxit se Desiderio magno vir major ille, & Patre etiam summo in nonnullis longe superior, cum in Proleg. ad Canones Isagogicos (in quibus adversus Theologos quosdam tam eruditone quam pietate verendos, sub Catharorum ac Prophetarum nominibus per animi impotentiam, calamum strinxit acerbius) dum de Mundi natalibus differit, eos qui ad Æquinoctium vernum referunt refellendo, ἀντίχθονα aliquem... alium eis fingendum ait, qui Adamo panem pinseret, depseret, coqueret, coquuntur siquidem panes, at nec pinsuntur, nec depsuntur etiam.*

Lud. Carrio Not. in Sallustium, p. 236. edit. Plantini 1579. *Verba Sallustii, quæ à Servio absunt, primus è Schedis Pet. Danielis in lucem dedit amicus noster Josephus Scaliger, de quo illud habeo affirma-*

re plus eum in Græca Latina lingua, externa domestica antiquitate, omni deniq; omnium artium encyclopædia memoria tenere, quam quisquam eorum, qui se doctos & esse & dici volunt, hac quidem ætate ignoret.

Christianus Matthias in Theatro historico, p. 820. ult. partis, Amsterod. 1648. *Josephus Just. Scaliger Jul. Cæs. filius, vir ingeniosissimus, variarum linguarum cognitione instructissimus, omnique doctrinarum genere excultissimus, magni illius de Emendatione temporum Operis Author. De eo ita P. Scriverius*

------ ------ ----- eruditione
Idumæus, Arabs, Syrusq; & Indus,
Chaldæus simul Æthiopsq; Civis;
Quemque Achæmenii suum vocarent,
Pelasgus simul & simul Latinus,
Et Grajus vetus, & quotidianus;
Et Thuscus simul & simul Britannus;
Et quod altera sæcula obstupescant,
Hispanus simul & simul Batavus.

Jean Casimir Dauquoy de Couvrelles dans ses Voyages MSS. l'an 1609. *Au dessus du temple d' Heydelberg est la tant renommée & celebre Bibliotecq; Palatine, qui fournit tous les jours tant de bons Livres qu'on peut dire avec verité qu'il en sort plus que de toutes les autres Biblioth. ensemble, & n'en excepte pas mesme la Vaticane, laquelle feu Mr. Joseph de l'Escale, Juge competent en ces matieres là, postposoit à celle cy, ayant veu le Catalogue de l'une & de l'autre.*

François Ogier Auteur de l' Apologie pour Balzac, ch. 10. de la Censure de la Doctrine Curieuse de Garasse 1623. *Les seconds a qui s'attache la malignité de Garasse, & pour lesquels offenser il se tirera a 30. lieuës à quartier de son droit chemin, & delaissera toute autre assignation pour importante qu'elle soit, sont les Seigneurs de l'Escale Pere & Fils, Jules Cæsar & Josephe, deux esclattantes lumieres de ce dernier siecle en doctrine & en erudition, & particulierement Josephe, Personnage tellement relevé au dessus de la commune sufisance, qu'il semble que Dieu ayt voulu monstrer en luy jusques ou peut donner la force & la capacité de l'esprit humain. Il avoit une si profonde cognoissance des langues & des Sciences que c'est merveille comme une seule te-*

ste

ſte a peu ſufire à comprendre tant de choſes enſemble. C'eſt la moindre de ſes loüanges que la grandeur & la nobleſſe de ſon extraction en laquelle neantmoins il pouvoit conter facilement autant de Rois & de Princes, que les autres à peine peuvent nombrer d'hommes en la ſuite de leur Genealogie. Or comme la fortune les a iniquement privez de leurs richeſſes & Principautez: auſſy la mediſance leur a voulu ravir injuſtement l'honneur d'eſtre ſortis d'une ſi noble famille. Un Gaſpar Schioppius la plume la plus venale, & le plus infame Sycophante qui fut jamais, entreprit de monſtrer que la Genealogie dont ils ſe vantoyent, eſtoit controuvée, & que les Eſcales s'attribuoyent fauſſement le nom & les armes des Princes de Veronne & Comtes de Burden.

Le meſme apres avoir defendu les Scaligers, au meſme ch. *Or ce que je dis pour les Seigneurs de l'Eſcale, n'eſt pas qu'ils ayent beſoin d'une ſi foible defence que la mienne. Je ſçay combien mon ſtyle eſt au deſſous de leurs merites, & qu'il leur ſert beaucoup moins que la Cigale qui vint au ſecours d'Eunomus, lors qu'il jouoit de la Cythre en plein theatre: Toutefois il me ſemble que tous ceux qui ont quelque inclination aux bonnes lettres, participans neceſſairement à leurs doctes labeurs, ſont obligez de maintenir l'honneur de ces Illuſtres teſtes, & de s'oppoſer aux calomnies dont on les charge fauſſement; non par neceſſité qu'ils en ayent, eſtant hors de coup pour cet eſgard, mais pour ſatisfaire au devoir & à la conſcience: Car je vous laiſſe à penſer quels Caubins ce ſont que Schioppius & Garaſſe, & telle autre vermine pedantesque, pour aller choquer ces braves champions ou en leur honneur ou en leur doctrine. La ſueur leur devroit monter ſur le front, quand ils ſongent ſeulement à attaquer ces grands hommes, deſquels les noms leur doivent eſtre* ipſo penè timenda ſono.

Ant. du Verdier dans ſa Biblioth.: *Ce digne Joſ. Scaliger homme de ſingulier jugement & rare doctrine a voulu voir les projets de cet ouvrage, que je luy monſtray l'année 1582. en Foreſt, en l'une de mes maiſons, ou de ſa grace, comme auſſi en cette ville de Lion il m'eſt venu viſiter quelques fois.* Il loue auſſi Scaliger en Guill. Poſtel, comme nous l'avons remarqué dans la vie de celuy cy.

Georgius Buchananus in Hiſt. Scotiæ 1583. p. 22. verſa. *In his Senecæ verſibus, pro* Scutabrigantes, *Joſ. Scaliger Julii filius*

lius legendum censet, Scotobrigantes, *is juvenis quanta sit eruditione & judicio, quaq; in vetustis Scriptis conferendis industria, & abstrusis sensibus eruendis acumine, monumenta ab eo edita testantur. In præsentia autem, cum res Britannicas illustrandas suscepissem, ejus judicium non censui omittendum.*

Autor Apologiæ pro Heinsio contra Crojum 1646. p. 5. *Neq; verti posse sibi vitio existimabat Heinsius, quod à Beza in Exercit. S. dissentiret; Cùm præsertim meminisset, quæ è maximo summoq;, ut non raro ex eo audivimus, Scaligero intellexisse sæpius, quo cum Beza nemo arctiori veræ fidei ac amoris vinculo conjunctus vixit unquam; adeo ut fratrem, quod ex literis eorum nec dum publicatis patet, alter compellaret alterum, neq; hilarior unquam magnus ille vir esset, quam cum Bezæ suæ meminisset, qui interim, frequentius quam voluisset, ab Erasmo dissensisse eum judicabat.*

Casaubon à M. Perillau dans une Lettre Mss. * écrite de Paris; *Je viens de recevoir des Lettres de M. Scaliger, que je voudrois pour beaucoup qu'eussiez veües, pour ce qui y est escrit touchant le Pape & les Jesuites. Certes c'est un divin homme. Sa Pieté me ravit plus que sa doctrine, qui est neantmoins* prope supra humanum captum.

* L'original de cette Lettre m'a esté presté par M. Tandebaras, Pasteur de la Rochelle, & l'un des plus obligeans hommes que je cognoisse.

Idem Conr. Rittershusio Lut. Non. Sept. 1609. *In Scaligerum nihil vestram Academiam scripsisse potero-ne credere? Ego solus hic sum, qui publica voce ausus sim τὸν μακαρίτην deflere. Nam ὁ μέγας Thuanus justissimam silentii causam habet, qui tamen unus omnium maxime & amavit virum admiratus q; est, & nunc quoq; fato functi memoriam religiose colit. Cæteri Lojolitis hunc respectum habuere, ut ipsorum in gratiam eum ne laudarent, quem ipsi quoq; laude omni majorem fatentur.*

Jaques de Lavardin dans l'Hist. de Scanderberg 1621. p. 583. *Ce nom celebre de la Scale ayant tant de temps reluy en la Principauté de Veronne, & de portion tres noble d'Italie, & depuis enduré trop longue Eclypse par l'ordre fatal de toutes choses, ou la varieté ordinaire des accidens humains qui se viennent mesler au cours de nostre vie; resplendist encore neantmoins par l'univers plus que jadis glorieux, d'une clarté nouvelle & immortelle, par la divine lumiere de cette Encyclopedie de toutes les bonnes sciences Joseph, fils du grand Jules Cæsar de la Scale, tres noble rejetton de si rare & excellente plante, miracle de sa patrie, & de nostre France l'ornement.*

Joh.

Joh. Tornæsius Dion. Lebeo JC. in Variarum Lect. Libellum in Petronium 1575. *Meum quoq; laborem valde levarunt Jos. Scaligeri Catalecta, viri procul dubio eruditione præstantissimi, à quo præclara multa speramus, vel ingeniis felicissimis nondum comperta, quamvis amplissimam jam gloriam consecutus sit ob ea perspicacissimi judicii sui monumenta, quæ diutius latere noluit.*

Mr. du Plessis à Messieurs les Estats des Pays Bas, de Saumur le 22. d'Aoust 1593. *Messieurs pour responce à celles qu'il vous à pleu m' escrire, à ce que je vous assistasse vers sa Majesté pour obtenir que Mr. de l' Escale vous allast trouver: Je vous diray librement que l' honneur que je vous porte n'a pas esté peu combattu du devoir naturel envers ma patrie, voyant attirer par honnestes voyes ailleurs, ce que par toutes voyes nous devions retenir & rechercher. Je n'ay pas esté aussi moins honteux pour nous tous, de voir que la vertu que Dieu avoit fait naistre en ce Royaume, ayt esté mieux cogneue & recogneue ailleurs. Ce que je veux imputer par faveur a nos Guerres, plustost qu' à autres causes moins supportables. Encores certes qu' au milieu des vostres, vous faites faillir le Proverbe, appellans de si loin ce Personnage, par la bouche duquel parlent toutes les Muses. Mais en fin je me suis resolu de me rendre à vostre desir & intention, tant pour le service que je vous ay voué de long temps comme à une seconde patrie, qu' en haine mesme de nostre ingratitude. Et vous ajousteray seulement Messieurs, que je ne puis assez louer vostre ménage, d' avoir sceu choisir entre tous un personnage tel, qui seul vous peut tenir le lieu de plusieurs, & duquel plusieurs, quelques bien choisis qu'ils soyent, à peine pourront emplir la place.*

Dom. Baudius Aug. Puteano Lugd. Bat. 19. Mart. 1604.

Miratur Illustris Scaliger, qui factum sit, ut ipsius ἀποσπασμάτιον de Decimis ederetur. Negat se vidisse, imo vix per umbram recordari potest, quid olim sibi in eo argumento exciderit. Quantum ex vultu ejus & sermone conjeci, non admodum favet munerariis, qui sine suffragio auctoris hosce ludos populo præbuerunt, injuriose seduli dum demereri student. Jam in Eusebii editionem incumbit, sed operæ non admodum calent: itaq; vix erit ut ante biennium suprema manus imponatur. Quid tum?

—— —— *Arbos*
Tarda venit seris factura nepotibus umbram.

Rod. Botereius in Vita Henr. M.p. 123.1611. *Scaligerum magnum illum literaturæ Dictatorem, ad Batavos abeuntem præmiis retinere voluit, absentem gravissime tulit, utque amissi jacturam solaretur, Justum Lipsium, æque magnum lumen & columen Literarum evocare cogitabat, sed fatis invidentibus, Gallia tanto bono caruit.*

Andr. Schottus Jesuita Not. in Aurelium Victorem p. 188. 1579. *Hanc de ocellatis conjecturam mihi ocellus Europæ Scaliger suppeditavit, consultus à me in corona doctissimorum hominum, dum Lutetiæ pomeridianis horis tanquam in Athenæo convenire solerent.*

Joh. Rosinus Joh. Georg. ab Heussenstein in Lib. 2. Antiq. Rom. 1580. *Propone tibi viros illustres, inter quos non silendi mihi sunt Lumina illa Galliæ Julius Cæsar Pater, & Jos. Filius Scaligeri, qui in tanta eruditorum luce sic eminent,*

Ut pura nocturno renidet
Luna mari, Gnidiusve Gyges.

L'Autheur des Memoires sous Charles IX. To. 1. pag. 690. 1576. l'an 1572. *L'Evesque de Valence pensoit pour les divers moyens qu'il se proposoit trouver à Strasbourg pour Coadjuteurs le Conseiller Malloc, l'Abbé de S. Rufz & le Sr. Scaliger. Il se vouloit servir de ces trois qu'il avoit fort bien choisis aussi. Malloc estoit homme de Conseil & qui escrit bien en Latin. L'Abbé qui est homme de Compagnie, feroit les voiages par le Royaume de Pologne. Scaliger qui est le plus docte jeune Gentilhomme qui vive aujourd'huy, & qui pour n'avoir atteint tout au plus que le 34. an de son âge, a une exacte cognoissance des langues, & presques de toutes sciences, au demeurant propre en toutes compagnies, & bien affectionnè à la Religion. Quant à Malloc sa maladie l'empescha de venir. L'Abbé de St. Rufz & Scaliger estans arrivez à Strasbourg, & n'y trouvans l'Evesque, entendans aussi les nouvelles du massacre, s'en retournerent. L'Abbé pensoit, que son Oncle ne passeroit outre, & que ce seroit temps perdu. Scaliger detestant les cruautez commises en France, se contenta d'estre passé si avant, & se retira en lieu ou il peust profiter davantage, sans blesser sa conscience, comme il fit aussi, faisant valoir les graces que Dieu luy avoit faites. La cau-*

se

ſe pour laquelle il ſuivoit Monluc, eſtoit dautant qu'ayant eſtudiè en droict à Valence ſous le Docteur Cujas, il avoit eſtè inſinué par ledit Cujas en la bonne grace de l'Eveſque, qui n'avoit pas mal choiſy en attirant ce perſonnage (les Anceſtres du quel ont eſtè Seigneurs de Verone) à l'accompagner en ce voyage.

De eodem Caſaubonus in Epiſt. edit. Hagienſis p. 35. 48. 58. 63. 72. bis. 73. 74. 144. 145. 148. 228. 235. 306. & ſeq. 353. 478. 482. 483 484. 485. 491. 495. 496. 500. 501. 504. 505. 507. 414. 575. 621. & 672. In Hiſt. Aug. p. 28. 59. 204. & 230. In Exercit. contra B. edit. Gen. p. 23. 29. 60. 131. 140. & 406. In Athen. Præf. ad Lect. Lib. 1. c. 9. ut Lib. 8. c. 11. In Suet. 1610. p. 160. 168. & 190. In Tract. de Satyrica Græcorum Poeſi p 160. In Laertium p. 50. & 84. In Apul. Apolog. p. 145. In Strabonem p. 73. 90. 105. & 212. & alibi. Lipſius Lib. 4. Epiſt. Quæſt. Ep. 25. Lib. Elect. 2. Cent. 1. Ep. 6. & 13. Ad. Tacit. Annal. Lib. 13. & 15. Cent. Epiſt. ad Germ. & Gallos Ep. 16. 32. 59. & alibi. Schioppius in Suſp. Lect. Lib. 1. Ep. 1. & 10. ut 16. & 19. Lib. 3. Ep. 17. & 22. Lib. 4. Ep. 11. Lib. 5. Ep. 22. & Libro de Arte Critica. Bourdelotius in Heliodorum p. 44. Gronovius in Opere de Pec. Vet. p. 250. Druſius in Epiſt. p. 18. Meurſius in Excerpta Arnobii. Sethus Calviſius initio Chronologiæ. Rutgerſius ad calcem Poëm. Nic. Heinſii. Paſchaſius in Epigr. bis aut ter. Duretus in Theſauro linguarum p. 966. Baudius in Epiſt. 1650. p. 23. 27. 32. 52. 181. & in Poëmat. ſæpe. Rapinus in Poëmat. p. 53. & 73. Scevole de Ste Marthe dans ſes Poëſies pag. 45. 91. & 96. Janus Douza in Petronium 1583. p. 60. 176. & alibi. Janus Douza filius immatura morte exemptus, in Catullum &c. p. 40. 66. 75. & 120. Scriverius in Martialem p. 17. 49. 146. 243. 253. 259. 265. & ſeq. Danæus c. 16. Tract. de Anti-Chriſto. Wouverius in Petronium p 630. & 633. edit. 1615. Vinetus in Auſonium ſæpe. Pet. Gruterus in Ep. p. 7. Dumbarus in Poemat. p. 87. Sarravius in Grotii Epiſtolas ad Gallos. Bongarſius in Juſtinum p. 16. Nic. Faber in Controverſ. Senecæ. Jac. Eyndanus in Poemat. p. 87. Nic. Cragius *Lib. 2. de Rep. Laced. c. 4. Stevvechius in Vegetium p. 134. & 351. Colvius in Apul. ſæpe. Nic. Vignier

*Vel Juriſconſultorum Semo Cujacius, juxta Kekermannum Lib. 2. Politicæ.

à la fin de sa Pref. sur les Fastes des Latins &c. Pithoeus in Juvenalem Epist. ad Lectorem. Mornacus p. 4. 15. & 378. Digestorum. Nansius in Nonnum p. 38. Vossius in Instit. Orat. p. 45. & p. 159. 2. part. Pet. Faber Lib. 3. Semestrium p. 31. Luc. Fruterius Lib. 1. c. 7. Verisim. Savaro ad Sidonium sæpe. Durantius Casellius in Variis p. 27. 38. v. & 89. v. Et quis omnes enumeret?

Qui Scaligerum reprehenderunt.

JUstus Lipsius in Dialogo de recta linguæ Lat. pronunciatione p. 61. 1609. *Magnus Scaliger non hic à nobis: qui breves aut positione longas omnes gravat. Haud probo: & arma in Cæsarem hunc sumam cum Grammatico Senatu.*

Idem Dom. Baudio Lovanii 6. Id. Feb. 1605. *Nuncias de viro Scaligero Epiphane mihi novum, aliter de me loqui: Novum, neque olim & nuper sic solet: triste etiam, non nego, quia & exemplum displicet, & vereor ut hæc res longius eat. Non desunt utrimque, qui videre velint nos commissos. Et jam Epigrammata in medium projiciuntur, quasi proludia, & feruntur ab eo scripta. Ego verbis & scriptis etiam abnuo, & fortiter nego apud Amicos. Heu, fructus isti & quasi ἐκβρώματα Literarum sunt? Pudet & piget. Quid autem à me causæ est? Quid, non de eo bene honesteque semper sensi? dixi, scripsi? Orbis est testis. At enim Diva displicet. Esto. Ergò & moderit? ergò & in re ἐνσεβείας consensum imperet? Nos hic liberi, nec servi vel ullorum Heroum sumus. Aliud esse opinor non causæ sed coloris: & dicam. Sunt mihi amici, qui ipsi non sunt: & hoc fortasse mordet, aut suspiciones gignit, quas probitas & candor meus spernunt. Quàm sæpe de illo benignè apud aversantes etiam locutus sim, scio, & dolentibus aut culpantibus multis. Hæc præmia: sed omitto:*

Vossius Lectori in Opus de Hist. Latinis 1627. *Acerbè ut summus vir Thuanus de Junio pronunciaret, fecit Amicus ejus, vir cætera egregius, sed quod in alios damnat, præfidens, sæpe etiam turgens loliginis succo, ac si quis non per omnia assentiret, vehemens alieni nominis obtrectator, quo vitio non mediocriter fœdabat egregias, imò admirandas animi dotes. Non me hariolari hic, sed certissima pro-*

promere, multis possim indiciis comprobare; Sed ea sunt viri illius merita, ut quædam satius sit honoris causa taceri. Quod si quis ambigat, indicia istorum aliqua reperiet in literis ejus hocce anno in urbe Lugdunensi nostra editis, ubi ille ne meris quidem calumniis abstinuit, quibus, scio, facile cavisset, si vel per somnium venisset in mentem, fore ut ea more malo post obitum quomodocunque divulgarentur. Sed utcunque se habeant ista, illud tamen nemo laudaverit satis, quod idem ille, cujus nomini parcendum putavi, licet plerisque dum viverent, minus se æquum præberet, defunctis tamen iisdem candidum se exhiberet virtutum præconem. Quo honore etiam memoriam Junii fuisse prosecutum, divini ejus versiculi testantur.

Barthius ad Claudian. 1612. p. 7. *Ovidii librorum inscriptionem de Tristibus cur non tolerandam censuerit Divinus Scaliger, ego sanè nullus video. Non docet, ait, in iis Ovidius de Tristibus. At queritur, & nullum carmen est, quod non de Tristibus quamplurima ad lacrymas usque legentium, quiritetur. Non ergo video, cur convenientior sit inscriptio Elegiarum Tristium, quàm de Tristibus; cum triste authoris fatum unica sit libris illis materia.*

Jeh. Bessy dans sa docte Histoire des Comtes de Poitou, p. 109. *Certes il n'y a point de doute que le deffunt Sieur de la Scale, personnage incomparable, s'il eust vescu, eust changé d'opinion, & retracté ce que Georges * Merula en sa Geographie raporte tenir de luy, que le Bearn a toujours esté tenu en pareil droit de Souveraineté que le Royaume de France, d'autant que Bearn souloit estre un fief immediat du Duché de Guyenne & arriere fief de la Couronne.*

* Lisez Paul.

Salmasius in Solinum p. 52. *Quod addit Solinus, latronum facinus Deo coarguente detectum illud,* de latronibus, *magis Ibyco conveniret, quem ut è vita latrones sustulerunt, sic librarii e chronico Eusebii nomen ejus expunxerunt, & Hippium carminum scriptorem pro eo subsituerunt ad annum* MCCCCLXXVII. *Ita igitur repone,* Ibycus carminum scriptor agnoscitur *, *& simul ride æstum viri magni super illo Hippico vulgato.*

* Sic ante Salmasium reponendum censebat doctissimus Pontacus ad hunc Eusebii locum. Minus rectè Vossius, qui in libello de Poëtis Græcis, p. 22. legit Hipys vel Hippys, cujus varia Scripta affert, lib. 4. c. 3. Operis de Hist. Græcis.

Idem in Tertullianum de Paliio p. 7. & sq. edit. Par. 1622. *Immaniter errat vir maximus, qui animadversionibus in Eusebium scribit, primitias Operum Tertulliani hunc libellum de Pallio fuisse, quod satis superque confutavimus supra. Nec levior est error, quem errat idem,*

dum asserit, Tertullianum, qui togatus erat, opus habuisse pallio priorem habitum mutare, ut eo profiteretur se christianum, propterea quod proprium christianorum esset Pallium non minus quam Græcorum. Ignoscant mihi tanti viri manes, paucis, quæ jam tradentur, id falsissimum esse cognosci poterit. Ex seq. hoc patet.

Le mesme à Mr. du Puy de Diion le 24. de Mars 1618. *Scaliger au bout de la Notice qu'il a fait imprimer, met,* Hæ sunt XVII. Provinciæ, in quas Augustus Cæsar Gallias divisit, & in quibus Constantinus magnus alia officia & magistratus constituit. *Il se trompe comme je monstreray ailleurs*, & cette division en tant de Provinces n'est pas d'Auguste, sous le temps duquel, & bien long temps apres jusques à Constantin la Gaule n'estoit divisée qu'en 4. Provinces.*

* In Lib. de Primatu, p. 260.

Joh. Fredericus Gronovius in Statii Sylvas 1637. p. 254. *Manilius lib.* 1.

Persidis & victor, strarat quæ classibus æquor.

Ita scribendum, vulgò qui. *Quod Scaligerum decepit, ut inter fortissimos heroes Xerxen collocaret, timidissimum hominem, postremum in prælio, primum in fuga, qui femina fortissimè pugnante in litore otiosus spectator sedebat: ut deinde putaret victorem Persidis dici pro Rege. Atqui Themistoclem dicere voluit Manilius.*

Balzac dans ses Entretiens p. 117. de l'edit. de Hollande; *Joseph Scaliger a publié à son de trompe ce que je voulois vous dire à l'oreille; c'est dans un Livre qui a pour Titre,* Confutatio Fabulæ Burdonianæ, *ou vous trouverez ces paroles injurieuses*: Joh. Casa Archiep. Beneventanus Etrusco carmine, &c. * Et cum hoc nomine malè audiret, id Jambo satis frigido & illepido ad Germanos excusare conatus est. *Je ne suis pas pourtant de l'avis de ce Prince dedaigneux. Et son Alteſſe de Verone, me pardonnera si j'estime moins les vers que nous avons d'elle, & du Prince Jules son Pere, que ceux qu'elle estime si peu.*

* *Pederastiam celebravit.* Quod carmen è nostris culpant Joh. Sleidanus, ad An. 1548. Carolus Molinæus in Orat. habita Tubingæ A. 1554. referente Wolphio Lect. memorabil. cent. 16. Simlerus in Epit. Bibl. Gesneri. Tho. Nageorgus ad finem Regni Papistici. Henry Estienne ch. 13. du 1. livre de son Apol. pour Herod. Cyprianus à Valera in Tractatu Hispanico de Papa p. 234 Joh. Juellus in Apol. Ecclesiæ Anglicanæ, p. 69. Andr. Rivetus sub finem c. 3. Castig. Not. in Ep. Molinæi ad Balsacum Gisbertus Voetius in Disput. Selectis, To. 1. p. 205. & alii. Sed nemo. quod sciam, præter Rev. Parentem, animadvertit, idem Poëma censura notatum à Gulielmo Cantero Pontificio, Theodori fratre, qui in hæc verba, Præfat. in Propertium edit. Plantini 1569. *Quis ferat, quod superioribus annis accidit, Casalem quendam, summum prope dignitatis in Hierarchia gradum obtinentem, carminibus turpissimis infanda flagitia sua publicè prædicare? En egregium familiæ divinæ columen: cui turpitudo satis per se magna non ducitur, nisi ad eam impudentissima accedat gloriatio.* Hæc & alia in Libello nostro inscripto, *Raretez d'estude.*

Le meſme p. 211. *Les deux Scaligers ont eſté deux merveilles des derniers temps, & ſans leur faire faveur, on peut les oppoſer à la plus ſavante antiquité. Il n'y a perſonne qui honore leur merite plus que je fais. Tres volontiers je ſouſcris aux eloges qu'ils ont receus de Mr. de Thou & de Mr. de Ste Marthe. Ils eſtoyent dignes du nom de Heros qui leur à eſté donné en France, aux Païs-Bas & en Allemagne, mais j'oſe dire avec le reſpect qui leur eſt deu, que l'un & l'autre Heros Pere & Fils, auſſi bien que les deux couſins Achille & Ajax, ont peu travaillé à retenier leur colere, & qu'ils ſe ſont laiſſé aller à d'eſtranges emportemens:*

Sæpius irarumque omnes effudit habenas
Et Pater & natus.

L'un & l'autre Heros a fait plus d'une fois l'Hercule furieux, en de bien legeres occaſions, & pour des ſujets de peu d'importance.

Apres avoir aporté des exemples du Pere, voicy ce qu'il dit du Fils; *Scaliger le Fils n'a point degeneré de ſon Pere: Il n'eſtoit pas moins paſſionné, moins fongueux, moins impetueux que luy. Il eſt vray qu'il a eu de plus juſtes ſujets que luy de reſſentiment, & que ſa vertu a eſté ſouvent & cruellement perſecutée. Mais les fautes d'autruy ne juſtifient pas les ſiennes. Et comment a-t-il oſé appeller un de ſes ennemis* Stercus diaboli, *un autre* Lutum ſtercore maceratum? *apres avoir lû toutes les inſtitutions Oratoires, qui ſont dans le Monde, toutes les Rhetoriques Grecques & Latines: Apres avoir veu plus de cent fois dans l'Orateur de Ciceron cet exemple condamné,* Glauciam curiæ ſtercus, *qui eſt à la verité un vilain mot, mais qui n'aproche point de la vilenie de celuy du jeune Scaliger.*

Le meſme à l'incomparable Mr. Conrart, p. 269. *En attendant que je vous envoye un ſecond ch. de Mecœnas, employez ſur les periodes que je viens de traduire la faculté divinatrice de noſtre cher Mr. Menage, autrement ſa ſagacité Scaligerienne. Il ſe meſprit neantmoins une fois en ſa vie l'illuminé Scaliger: celuy que Lipſe appelloit une Aigle dans les nuées & un Diable d'homme. Muret prit pour dupe cette Aigle qui voloit ſi haut, & enfit accroire à ce Diable qui eſtoit ſi fin. Je vous conteray l'aventure une autrefois* * *de peur d'eſtre trop long, & de vous laſſer des choſes meſmes que vous avez deſirées.*

* Balzac ne conte cette Hiſtoire en aucun endroit de ſes Oeuvres, la voicy en deux mots. Muret voulant éprouver la capacité de Scaliger, luy envoya ſans ſe nommer une Epigramme Latine de ſa façon; Scaliger l'ayant jugé fort ancienne, Muret ne put s'empecher d'en rire, ce qui obligea en ſuite Scaliger a faire ce Diſtique:

Qui

Qui rigidæ flammas evaſerat ante Tholoſæ
Rumetus, fumos vendidit ille mihi.

His Animadverſionibus hanc addam. Scaliger Præf. in Chronicon Euſebii, & pag. 7. notarum, Hieronymum reprehendit, quod librum Job ex Syriaſmo & Arabiſmo compoſitum putarit, *cum ſit*, inquit, *purus putus Hebraiſmus*; in quo magnus ille vir valde fallitur; cum certum ſit, librum Jobi Arabiſmis quàm plurimis ſcatere, ideoque à Doctiſſimo Bibliandro Arabum Theologus alicubi appelletur; hoc luculenter oſtendit Clariſſimus Hottingerus in Theſauro Philologico, p. 507. Idem ſe palam facturum pollicebatur in Geographia S. * D. Samuel Bochartus Cadomenſis Eccleſiaſtes, quod an fecerit, juxta cum ignariſſimis ſcio.

*Lib 1. ſc. Phaleg. c. 15.

De eodem Voſſius in Fragmenta Tragicorum, p. 8. & 12. Camdenus in Britannia, p. 93. & 392. edit. in 4. Scriverius in Martialem, p. 8. 10. & 11. Buxtorfius junior (de quo alibi) in Exercit. in Hiſt. S. Cœnæ. Salmaſius in Opere de Annis Climactericis, p. 81. & 382. & alii permulti.

PETRUS VICTOR PALMA CAJETANUS, *Navarrus.*

Hic libellus editus eſt A. 1595.

IN Libello cui titulus eſt *Avertiſſement ſur la depoſition du Sieur Cayer du S. Miniſtere & ſur ſa Revolte*, Authore Fr. Loberano Domino de Montigny, Pariſienſi quondam Eccleſiaſte, hæc pagina quinta leguntur; *Les Plaintes contre le Sieur Cayer eſtoyent qu'il avoit quitté l'Egliſe de Poitiers qui luy avoit eſté ordonneé, pour ſe fourrer par mauvais moyens, premierement en celle du Roy, & depuis en celle de Madame: qu'il s'addonnoit tellement aux Sciences curieuſes, qu'on l'appelloit ordinairement Petrus Magus, & qu'il s'eſtoit porté peu honneſtement à l'endroit d'une Damoiſelle.* Ob hæc & alia Cajetanus munere motus ad Pontificios tranſiit, apud quos in Franciſci Jordani (de quo ſupra) locum ſuffectus, linguam Hebræam docuit. Obiit An. 1610. Scripta tanti non ſunt, ut hîc referantur.

Vario-

Variorum Teſtimonia de Cajetano & ejus Scriptis.

J. Richer au 1. Tome du Mercure, p. 530. *L'an 1610. mourut le Docteur Pierre Victor Cayer, lequel n'a jamais eu d'ennemis que ceux auxquels il avoit fait plaiſir: Il eſtoit né ſous cette Planette, & ce la luy a continué jusques apres ſa mort. Il paſſa de cette vie en l'autre au College de Navarre, & eſt enterré à St. Victor: Ses habits, ſa forme de vivre & ſa curioſité à chercher la Pierre Philoſophale le rendoyent mépriſable, autant que ſa doctrine le faiſoit honorer, & la fait regretter à ceux qui particulierement le cognoiſſoyent. Et pour moy je l'ay cognu pour un tres bon François, nullement tranſalpin, & lequel m'a dit pluſieurs ſervices qu'il avoit faits au feu Roy dignes & notables.*

Jaques du Breul dans les Antiq. de Paris 1612. pag. 758. *L'an 1599. ſucceda à Fr. Jourdain dans la Profeſſion de la langue Hebraique Pierre Victor Palma Cayet, lequel trepaſſa l'an 1610. le Jeudy 21. jour de Juillet & Feſte de S. Victor, & fut enterré à St. Victor devant le crucifix & aupres de l'Image de St. Victor.*

Le meſme p. 1073. *Mr. Cayer s'eſt meſpris en ſon Hiſt. de la Paix entre les Rois de Fr. & d'Eſpagne, ſur le narré qu'il a fait des Recollects, ou il dit qu'ils ſont un nouvel ordre.*

Ant. de Laval dans ſes Deſſeins de Profeſſions nobles 1613. p. 322. *Pour voir l'Hiſtoire univerſelle en un Corps, je conſeillerois volontiers la Chronologie du Docte Genebrard, pourſuivie & augmentée par cet Oracle de toutes langues M. le Docteur Cayer.*

Theodore Agrippa Sr. d'Aubigné, dans ſon Baron de Fæneſté, à Maillé 1619. p. 72. & ſuiv. F. *Monſieur Cayer m'a monſtré des Libres de Magie compouſez par luy de dus pieds de haut, il m'a fait boir dans une Couque d'uf, ou il faiſoit loupetit homme abec des germes des Mandragores, de la ſoye cramauſie & un fu lent pour parbenir à des choſes que je ne bus pas dire; Il m'a monſtré les images de Cire qu'il faiſoit fondre tout vellement pour eſchauffer le cœur de la galande, & celles qu'il bleſſoit d'une petite fleche pour faire perir un Prince à cent lieues de là.* Liſez la ſuitte.

Theodore Tronchin dans ſa Preface ſur la Defenſe de nos verſions 1620. *Pierre Cayer entre autres faits pour leſquels il*

fut deposé du S. Ministere, fut accusé par tesmoins dignes de foy d'avoir communication avec les Demons. Apres qu'il fut deposé, au lieu de se recognoistre, il alla de mal en pis, & se revolta de la vraye religion. En suite il fut tellement abandonné de Dieu qu'il contracta avec Satan sous le nom de Terrier Prince des Esprits soustermains, se donna à luy corps & ame à present & à jamais, à condition que luy promist ledit Esprit qu'il le rendroit heureux és disputes contre ceux de la Religion, & le rendroit accomply en la cognoissance des langues. Ce contract signé de sang fut trouvé apres sa mort, & a esté veu par plusieurs des gens du Roy.

Touchant le mesme v. René de Lusinge dans son Livre de la maniere de lire l'Histoire p. 29. tournée.

FRANCISCUS MURATHES, *Calvissonensis Volca,* & JOH. BONIUS, *Anduziensis Occitanus.*

HI duo Versus Hebræos in Obitum Bezæ scripserunt, qui magnam Hebraismi peritiam sapiunt. Claruerunt A. 1610.

PETRUS VIGNALIUS.

DE eo sic Jacobus du Breul in Antiquit. Parisienſibus pag. 758. 1612. *Pierre Vignal succeda à Genebrard l'an 1562. & tient encore sa place.* De eodem in hæc verba Simeo Muisius Notis ad Gramm. Hebræam Bellarmini 1622. p. 56. *De Regulis Dageſch & Raphe vide ingeniosissimum & doctissimum Petrum Vignalium* ויגנ *in Annotationibus ad Institutiones Quinquarborei ad c. 3.* *Paris. 1609.* Claruit A. 1612.

STEPHANUS HUBERTUS, *Aurelianensis.*

Integerrimus ac doctissimus Senator

HUjus meminit idem Jac. du Breul in Opere modo laudato p. 761. his verbis, *Mr. Hubert exerce maintenant la charge de*

de Lecteur & Professeur du Roy en la faculté de Medecine en langue Arabique en l'Université de Paris, ayant succedé à Arnoult de l'Isle. D. Hardy, Parisiis inter Schedas asservat St. Huberti Orationem, in Auditorio Regio habitam, antequam Arab. linguæ professionem auspicaretur. Idem penes se habere mihi dicebat, ejusdem Epistolam ad Scaligerum MS. quam unà cum Oratione lubens mecum communicasset, nisi paucis post diebus Lutetia discessissem.

Joh. Baptista Vallius in Limine Proœmii, Dictionarii Latino-Arabici, Par. 1632. 4. *Nulli ferè de lingua Arabica Libri erant editi, quando primum Stephanus Hubertus vir doctissimus, publice in Regio Parisiorum Auditorio disertè de ea disseruit, anno supra millesimum sexcentesimo.*

Is. Casaubonus Jos. Scaligero Lut. 6. Eid. Decemb. 1601. *Nacti ducem ad studia Arabica, incredibili quadam cum voluptate paucos menses illis literis impendimus. Dux ille fuit Hubertus Medicus, qui Arabicam linguam jussus à Rege in hac Schola profiteri, cum à Quæstoribus nummum adhuc nullum potuerit extorquere, & Scholæ & urbi coactus est valedicere. Vir est optimus, & qui in Africa linguæ principia edoctus, alterum jam annum non infeliciter in eo studio est versatus. Ingratus sim nisi me plurimum illi debere agnoscam. Quanquam nonnihil & nos eum juvabamus, propter aliquem usum Hebraeæ & Syriacæ linguæ, in quibus ipse operam adhuc non posuit.*

Idem eidem Lut. 8. Kal. Sextil. 1607. *Inter linguæ Arabicæ cultores principem apud nos locum obtinet Stephanus Hubertus Aurelianensis, Regis Medicus, vir doctissimus, & qui tuas hoc genus vigilias juxta mecum sitit.*

Tho. Erpenius in Orat. de ling. Arabica 1621. p. 73. *Neque grave fuit quibusdam, ut hujus linguæ cognitionem sibi compararent, longinqua, periculosa, & sumptuosa itinera suscipere. Nic. Clenardus, Stephanus Hubertus, aliique hac solâ de causa in Africam profecti sunt.*

Idem Acad. Leydensis Curatoribus in Gram. Arab. 1613. *Cum nulla hactenus Grammatica Arabica à Christianis evulgata sit, quæ Philarabum desiderio satisfaciat, visum mihi fuit hanc in lucem edere, congestam partim ex meis observationibus, partim ex ipsorum Arabum Scriptis Grammaticalibus, quorum copiam habui ab Amicis summis ac Arabismi cultoribus eximiis, Stephano Huberto Christianissimi Regis Medico & Literarum Arabic. in Acad. Parisiensi Professore Regio, Gul. Bedwello & Is. Casaubono.*

Jos. Scaliger Is. Casaubono Lugd. Bat. 1602. Id. Jan. *Utinam Ilbertus huc se recepisset! Impetrassem à Curatoribus Academiæ ut ad Professionem admitteretur. Hoc meo suffragio adeptus fuit ante biennium quidam ex Judæo Christianus,* * *quo ego in Thalmud Præceptore usus sum. Sed ille obiit diem, & mea studia orba reliquit.*

* Is est Philippus Ferdinandus de quo p. 594 Epist.

Maussacus* Not. in Plutarchum de Fluviis, Tolosæ 1615. p. 276. de loco Marci c. 3. v. 21. *Restat ut ἐξέστη illud, significet* cor illi malum est, *Arabs Paraphrastes ita interpretatur, & ut loquerentur Latini*, patitur deliquium cordis; *Galli*, le cœur luy faut, *non*, in furorem versus est, *aut* extra se est, *quæ cadere non possunt in Salvatorem nostrum. Hanc interpretationem primum ex Arabica Paraphrasi eruisse Stephanum Hubertum Regium dum vivebat Arabicæ linguæ Professorem Lutetiæ audivi, quæ tantoperè postea magno Casaubono arrisit, ut eam cap. 7. Exercit. 14. in Annal. Eccles. repetierit.*

* De hoc eruditissimo Præside σὺν Θεῷ in Historia Doctorum nisi hanc operam prævertat clarissimus Sorberius.

De eodem Scaliger in Opusculis 1610. p. 446. 450. & 486. & seq.

PETRUS FABER,
Arvernus.

PEtrus Faber Parisiis primò aliquandiu degit, literis humanioribus sub Hadriano Turnebo operam navans; dein ibidem Henricum Colinium Amiralii filium instituit, à quo magnoperè diligebatur. Tandem Rupellam veniens, Collegiique præfecturam adeptus, ut & Hebraicæ linguæ (quam callebat) docendæ munus; utroque summa cum laude defunctus est. Permultis clarissimis viris innotuit, sed imprimis Amplissimo Præsidi, Jac. Augusto Thuano, qui ad eum plurima scripsit, tanquam ad intimæ admissionis amicum, in cujus rei fidem, verba subjungam, quibus in quadam ad eum Epistola usus est, de locis in Historia sua, volentibus ita Pontificiis, à se mutatis, *Mutavi*, inquit, *sed coactus.* Hæc ipse Faber olim retulit Avo meo זל Hieronymo Colomesio, Ecclesiæ Rupellensis Pastori dignissimo, ut ex Rev. Parente sæpe audivi. Obiit octogenario major, circa An. 1615. Nihil ab eo editum vidi, præter Commentarios in Libros Academicos Ciceronis, & Orationem pro Cæcinna.

Vario

Variorum Testimonia de Petro Fabro.

JOh. Spondanus in Hesiodum 1592. p. 166. *Hunc locum Hesychii P. Faber Arvernus obscurum existimabat & vet. cujusdam Codicis luce indigere.*

Joh. Greno *Petro Fabro S. linguæ apud Rupellenses Professori Regio doctissimo, Avunculo suo;* in Theses juridicas de Nuptiis, An. 1602.

Daniel Gorræus eidem in Theses de Perfectione Scripturæ, An. 1600.

Daniel Chanetus eidem in Theses de Votis, eodem A.

Dionysius Lebbeus in Emblemat. 1594. p. 32. *Ad Pet. Fabrum Arvernum.*

Desiderius Heraldus, in Adversariis p. 1. 1599. *Petrus Faber Arvernus, vir longè eruditissimus & optimus, legendum existimat in limine Vet. Gloss. ab Henr. Stephano excusi,* ab stratura.

Idem p. 36. *Pet. Faber Arvernus vir magnus, neque unquam sine laude appellandus, cum Glossarium animi gratia una aliquando inspiceremus, legendum mihi dixit pro Abetuarium, Abctuarium, quod est Auctarium.*

Idem p. 63. *Pro Rubicula lege Rabicula, ut legendum conjecerat doctissimus Petrus Faber Arvernus, optimè.*

Le Maire, Eschevins & Conseillers de la Rochelle à Messieurs Scaliger & Junius, de la Roch. le 5. de Sept. 1599. *Ayans esté privez depuis quelques années en ça de Mr. Faber personnage de grand merite, à cause de son âge & indisposition; nous avons mis la main à la plume pour vous suplier de nous trouver quelq. honneste homme propre à nous servir en la charge de Principal.*

D. BASIRIUS.

D. Basirius Sagiensis Archidiaconus ex Syriaco Gallicè vertit Conversionem Lycidæ Syri & Cleorithæ Rhodiensis. Liber Rothomagi excusus est, An. 1625. Legi etiam ejusdem Additamentum ad Torquati Tassi Hierusalem liberatam, versibus Gallicis. Claruit A. 1619.

ROBERTUS GUELLIN, *Carnutenſis.*

Ex Prædicatore Carnuteo Nic. le Fevre, 1637.

F. Robertus Guellin Carnutenſis, Doctor Theologus in Univerſitate Cadomenſi, Carnuti habitum ordinis Prædicatorum induit 28. Jan. 1594. Vir fuit multæ lectionis, Hebræi Græcique ſermonis non ignarus. Hujus Scripta ſunt; Tractatus de Imaginibus; de Cultu Sanctorum; de Obſervatione dierum Feſtorum; Inſtitutiones linguæ S. & alia. Obiit Matiſconi, menſe Jan. Anni 1620. Ætatis 45.

STEPHANUS BLANCUS.

HIc verbi Divini Miniſter & Hebraicæ linguæ Profeſſor fuit Diæ, vel ut veteres nominabant, Deæ Vocontiorum in Delphinatu, circa A. 1624. Extant hujus Carmina in Symphoniam Scharpii Theologiæ ibidem Profeſſoris. Vidi etiam ejuſdem Theſes de Providentia Dei ab Abrah. Dinnero Helvetio-Glaronenſi propugnatas, An. 1648. unde colligo, eum SS. Theologiam in eadem Academia tandem docuiſſe. Claruit An. 1625.

D. BICHETEAU.

AUdio D. Bicheteau linguam Hebræam eſſe profeſſum Montalbani, An. 1626. Plura qui volet, Montalbanenſes conſulat.

JOHANNES BURDELOTIUS, *Senonenſis.*

JOhannes Burdelotius Aulici Conſilii Advocatus, linguis Orientalibus in Orbe erudito radiavit circa an. 1629. quod ex quibuſdam ejus Scriptis luculenter deprehenditur; quorum hic eſt Catalogus.

Notæ

Notæ in Lucianum, quas alibi extemporales & præcipitatas, ac ſibi ſomnianti ſurreptas dicit, * Lut. 1615. fol.

Notæ in Petronium. Par. 1618. 8.

Notæ in Heliodorum. Lut. 1619. 8.

Pſalmi 4. Hebræo-Latini cum Comment. R. D. Kimchi. Lut. 1619. 4.

Verſus Latini in laudem Notarum Dempſteri in Antiq. Roſini 1613.

Epigramma in vet. Rabb. in exponendo Pentateucho modos tredecim, Aut. Phil. Aquinate Judæo Chriſtiano 1626.

Apologia pro Heliodoro ſeorſim edita, quam citat Animadverſionibus in eundem Autorem p. 3.

Idem p. 5. ἐκβόλαι *paſſim apud Geographos, ut in Excerptis de Coſmographia Gemiſti & Plethonis Mſ. quem Librum cis paucos dies luci reſtituam, interpretatum & animadverſum. 58.*

Pag. 6. pollicetur Librum de Navibus, & p. 24. Libellum de antiquis & novis Navigiis, qui idem eſt.

Pag. 9. *Librum ad Petronium promiſi de multiplici ſuppellectile accumbentium.*

Pag. 13. 68. & 94. *Beatum Maximum noſtrum* περὶ ψυχῆς * *cis paucos dies daturus ſum.*

Pag. 13. citat librum ſuum de Coloribus.

Pag. 17. & 19. Pollicetur librum de Politia Athenienſium.

Pag. 18. *Achillem Tatium eſſe Heliodori Simiam, ſi Gaulmino meo morem geram, ad Ach. Tatium declambo.*

Pag. 18. 26. 56. & 61. citat Pauſaniam ſuum.

Pag. 23 Breviſe daturum pollicetur Librum de variis ſupplicium generibus.

Pag. 25. *De Symbolis nos Regii Symbolorum & Hieroglyphorum ſcriptores alibi pro noſtro munere.*

Pag. 51. 53. 58. & 68. citat Mixta ſua, id eſt Miſcellanea.

Pag. 73. & 90. citat Notas ſuas in Apul. Flor.

Pag. 106. *De Hymno Hymenæi ejuſq; autore, copioſe diſſerui ad Obſervationes Ant. Mornacii.* *

Pag. 56. *Nos de his Apocryphis cum Interpretibus Legis Moſaicæ copioſe alibi.*

* Pag. nim. 17. & 19. Anim ad Heliod.

* Ex Catalogo Codd. MSS. Bibliothecæ Petri Burdelotii MS. Beatus Maximus de Anima, Joh. Burdelotio interprete.

* Pag. nim. 995. edit. 1616.

Pag. 114. citat Notas suas ad Salust. Catil.

Præf. ad Heliodorum loquitur de Prolegomenis suis, in libros omnes Amatorios, tanquam vulgatis; & sub finem, pollicetur versionem Latinam Heliodori.

Testimonia de Burdelotio & ejus Scriptis.

LE P. Jacob dans son Traité des Bibliotheques 1645. p. 502. *Entre les hommes doctes & curieux qui ont esté en ce siecle feu M. Jean Bourdelot en a esté l'un, car il avoit une grande cognoissance des langues Orientales & des bons livres qu'il ramassa avec un grand labeur pour enrichir sa Bibliotheque qui consiste en livres imprimez, & divers MSS. Arabes, Hebreux, Grecs & Latins; laquelle est aujour d'huy conservée par M. Pierre Bourdelot son neveu, Medecin de Monseigneur le Prince de Condé, qui l'augmente des meilleurs livres du temps.*

Joh. Pricæus ad Apul. Apolog. p. 4. Paris. 1635. *Doctissimus & amicissimus Joh. Bourdelotius (sæpius inter quisquilias has advocandus mihi) censet acquiescendum vulgatæ lectioni.*

Leo Allatius Præf. ad Lect. in lib. de Patria Homeri, Lugd. 1640. *Anonymum utrumq; de Homero, studio ac curâ eruditissimi mihique amicissimi Joh. Bourdelotii & μακαρίτου, Bibliotheca Regia Parisiensis suppeditavit.*

Balzac à Mr. Conrart p. 258. de ses Lettres 1659. *Je ne cognois point le Mr. Bourdelot dont vous me parlez. Il est vray que l'Ancien Mr. Bourdelot qui a fait imprimer Petrone & les œuvres de Lucien, estoit mon Amy particulier, & sur cette vieille cognoissance je pourray bien m'addresser à celuy cy.*

Hilarion de Coste dans la Vie du P. Mersenne p. 83. *Feu M. Jean Bourdelot avoit une parfaite connoissance des bons Livres & des langues Orient. & a donné au public les œuvres de Lucien qu'il a traduites de Grec en Latin.*

Antonius Mornacius in Observationibus ad 24. Libb. Digestorum Paris. 1616. p. 995. *Qui essent Hymenæi Hymni cum valde ambigerem, observavit mihi vir eruditus J. Bourdelotius, qui doctas nuper in Lucianum notas edidit, bipartitos in hunc modum*

dum fuisse, ut sc. primum membrum contineret Musarum & Gratiarum invocationem, alterum laudes mariti & conjugis.

Nicolaus Borbonius versus Græcos scripsit in laudem Luciani Burdelotii, extant inter Poemata, pag. 160. edit. 1630.

Petrus Gassendus in Vita Peireskii p. 171. *Petri Burdelotii consuetudine voluit plus quam obiter frui, tùm ob dotes proprias, tum ob intercedentem cum erudito illius Avunculo Joh. Burdelotio amicitiam.*

Johannes Dallæus *viro ornatissimo* N.N. Lut. Kal. Apr. 1636. De ultimi commatis Psalmi vicesimi explanatione; *Adde postremò Johannem Burdelotium doctissimum ac clarissimum virum, qui in sua illa à doctissimo Muysio laudata ac carminibus Hebraicis etiam commendata 4. Psalmorum versione, hoc commate Hebræo sic expressit p. 2.* Domine serva; Rex exaudiat nos in die, qua invocaverimus.

PETRUS BOSQUILLONIUS, *Sedanensis.*

HIc linguam Hebræam Rupellæ docuit, circa annum 1622. dein Ecclesiæ Pastor creatus, biennio post urbem subactam cælebs obiit.

JACOBUS GAFFARELLUS, *Provincialis.*

JAcobus Gaffarellus D. Ægidii Prior, & Protonotarius Apostolicus, patrem habuit D. Gaffarellum, matrem Lucretiam Bermondiam, honestissimam matronam. His parentibus natus, sedulo literis operam dedit; sed Hebraicis imprimis delectatus, in iis per totam vitam cum laude versatus est; Persicas etiam attigit; hoc unum in eo culpes, quod Scriptores Cabalisticos plus æquo adamaverit, per cætera vir doctissimus. Claruit An. 1633. Ex Gaffarelli Scriptis.

Gaffarelli Scripta.

Rabbi Elea de fine Mundi Latine versus, cum Notis, Paris. 1629. 8.

Index Codicum Cabalist. Mss. quibus usus est Joh. Picus, de quo Seldenus infra in Testimoniis.

Un Traité de la poudre de Simpathie & des Talismans.

Tractatus de Cabala & in eum Mersennus, Mss. in Bibl. Peireskii.

Epistola Præfat. in R. Leonis Mutinensis Libellum de Ritibus Hebraicis.

Præfatio in Historiam Belli Constantinopolitani Pauli Rhamnusii.

Hic liber Sorbonæ Parisiensis censura notatus est, de quo lege Rivetũ in Decalogũ p. 32. 1637. & Voetium in Disputationib⁹ selectis part. prima, p. 221. & 711. Ipsius Gaffarelli Retractatio habetur, p. 305. Operis Gallici Insulani, sive Sorelli.

Curiositez inouies, à Paris 1629. 8. refutées par un nommé de l' Isle, (qui est Sorel) l'an 1636. dans son Traité des Talismans.

Pag. 33. de ces Curiositez rimprimées l' an 1650. *Vide Cribrum Cabalisticum.*

Pag. 39. *Je montreray ailleurs que jamais Galatin ne fut l' Autheur du docte Livre de Arcanis Cathol. fidei.*

Pag. 41. *Nous mettrons au jour s'il plaist à Dieu dans fort peu de temps nostre Avertissement aux Docteurs touchant la necessité des langues Orientales.* Vide Appendicem.

Variorum Testimonia de Gaffarello & ejus Scriptis.

LE P. Jacob dans son Traité des Bibliotheques 1645. pag. 479. *Mr le Cardinal de Richelieu envoya le docte Jaques Gaffarel en Italie, pour ramasser les meilleurs Livres Mss. & imprimez qu'il pourroit trouver.*

Le mesme au mesme Livre p. 704. *M. Jaques Gaffarel D. en Theologie, Protonotaire du S. Siege & Prieur Commandataire de S. Gilles, a fait une tres curieuse Bibliotheque en bons Livres, tant en langues Orientales qu'en communes, comme luy mesme le témoi-*

temoigne dans la Preface qu'il a miſe devant l'Hiſtoire de la Guerre de Conſtantinople de Paul Ramnuſio.

Petrus Gaſſendus in Vita Peireskii, ad A. 1633. *Sic quia Jacobus Gaffarellus, vir & Hebraicis literis & aliis dotibus clarus, verſabatur Venetiis, menſurari per eum curavit, quæ pretioſa vaſa advecta ex Cypro & Conſtantinopoli in S. Marci Theſauro habentur.*

Gabriel Naudæus, *Eruditiſſimo viro Jac. Gaffarello Priori D. Ægidii in S. Th. & Jure Canonico Doctori & Protonotario Apoſtolico*, in Bibliographiam Politicam. Jn medio Diſſertationis hæc habet, *Utrum Galatinus omnia ſua ex Pugione fidei hauſerit, tuum eſt omninò ſtatuere, eruditiſſime Gaffarelle, qui linguæ S. difficultates omnes grallatorio paſſu ſuperaſti, & plures ac meliores in ea libros evolviſti, quàm quivis alius eorum, qui nunc ſunt, non dicam tantum ætate tibi ſimiles, ſed etiam profeſſione.*

Idem in limine ejuſdem Diſſertationis: *Quamplurimos minimè fugit, te unum præ multis, non ut liberalibus modò diſciplinis excultum imbutumque ſanctioris linguæ facultate præclariſſima, ſed tanquam ad reliquas omnes diſciplinas factum à natura, & diligenti arte expolitum, ab illuſtriſſimo ſapientiſſimoque viro Domino Thuillerio, Chriſtianiſſimi noſtri Regis ad Sereniſſ. Remp. Venetam Oratore excellentiſſimo, ſelectum fuiſſe, quo cum de rebus graviſſimis communicare & ſubciſivis horis ſermones literarios miſcere poſſet.*

Seldenus lib. 2. de Synedriis Hebræorum 1653. p. 681. *Pariſiis An. 1651. auſus eſt Jacobus Gaffarellus Trium Scriptorum Cabaliſticorum velut jam à ſe repertorum Defloraciones edere, in Libello ſcil. cui titulus eſt*, Codicum Cabaliſt. MSS. quibus eſt uſus Joh. Picus Comes Mirandulanus.

Joh. Croius (de quo איה infrà) in Specimine conjecturarum in quædam Patrum loca, 1632. *De Dæmonum Symbolis qui plura ſcire velet, conſulat Paracelſum, & nuperum Scriptorem Gaffarellum Opere Gallico περὶ τῶν ςοιχειωμάτων.*

Mr. Menage refute Gaffarel ſur le mot Taliſman, à la p. 840. de ſes Origines.

Thomas Bangius (de quo alibi) in Cœlo Orientis &

prisci Mundi Triade, Havniæ 1657. p. 134. *Si quid temporis indulgeret gementium typorum avaritia, impenderemus characteribus cœlestibus ad libellam cœlestis veritatis expendendis, & ἀπὸ τ φρεβλης viri eruditi & ingenioſi M. Jacobi Gaſſarelli Galli vindicandis.*

FRANCISCUS GALLAUPIUS, *Aquenſis.*

DE eo ſic Petrus Gaſſendus Philoſophus eximius in Vita Peireskii ad An. 1630. *Franciscus Gallaupius Nobilis Aquenſis, Hebraicè doctus, ſi quis alius, & peregrinationis Orientalis cupidiſſimus, Marchevillæum apud Peireskium rediturum, præſtolabatur.* Idem ad An. ſequentem; *Unicus comparatus fuit nominatus ante Gallaupius, qui non multum tamen temporis Conſtantinopoli moratus, diſceſſit in Libanum montem, & cum Maronitis ita conſtitit, ut etiamnum cum illis degat.* Claruit An. 1633.

ÆGIDIUS LOCHIENSIS.

CLaudius Salmaſius Jac. Golio (de quo alibi) Divione Id. Feb. 1636. *Accepi à D. Peireskio literas commendatitias ad D. de Loches, qui Capuccinorum Prior eſt apud Fanum S. Romorantini, haud longè ab Aureliis ſitum, quibus eum pro jure amicitiæ rogat, ut omnia mihi ſua in linguis Orientalibus, quarum eſt callentiſſimus, adyta aperiat & impertiatur. Ille ipſe eſt, cujus literarum Apographum apud me vidiſti à Peireskio miſſum, in quibus ſe peritum linguæ Perſicæ, Æthiopicæ, Turcicæ & Arabicæ prædicabat; neq; id ſanè immeritò, uti à plurimis Lutetiæ didici, qui ipſum probe norunt. Inviſere eum decrevi priuſquam ad vos redeam.*

Gaſſendus in Vita Peireskii, p. 168. *Cum circa An. 1633. vir omninò bonus Ægidius Lochienſis è Capuccinorum familia ex Ægypto rediret, ubi toto ſeptennio linguis Orientalibus operam navarat, magna exultatione à Peireskio exceptus eſt, à quo non parum ſubſidii in ea regione acceperat. Memorabile autem eſt, viſam ipſi Bibliothecam*

octies

octies mille voluminum, quorum pars non exigua præ se ferret ævi Antoniani notas; inter cætera verò animadvertisse se dixit Mazhapha Einok seu Prophetiam Enochi, librum Europæ pridem invisum, illic autem charactere ac idiomate Æthiopico conscriptum. Claruit An. 1633.

JACOBUS CAPPELLUS.

INter linguæ S. Professores meritò locum damus viro summo Jacobo Capello, qui eam Sedani ad Mosam V. D. Ministerio fugens, simul professus est; dein frequenti auditorio SS. Theologiam haud multò post ibidem docuit. Obiit circa An. 1624.

Capelli Scripta.

Epigramma in Obitum Carolæ à Marka Sedani, 1594.
De Mensuris lib. 3. Francof. 1607. 4.
Historia sacra & exotica ab Adamo usque ad Augustum, Sedani 1613. 4.
Historia ab Aug. nativitate ad Imp. Valentinianum, ibid. 1622. 4.
Les Trophées du P. Gontery, à Sedan 1613. 8.
Les Livrées de Babel, à Sedan 1616. 8.
Apologie pour nos Eglises, à Sedan 1611. 8.
La Doctrine de nos Eglises, à Sedan 1619. 8.
Ecclesiæ Romanæ Sanctitas, Francof. 1619. 4.
Vindiciæ pro Isaaco Casaubono, ibid. 1619. 4.
De la Doctrine des Vaudois, à Sedan 1618. 8.
Assertio bonæ fidei adversus Rosvveidum, ibid. 1619. 8.
Plagiarius Vapulans contra Cotonum.
Observationes in Epistolam ad Hebræos, Sed. 1624. 8.
De Sede Romana libri aliquot, citati p. 313. Doctrinæ Ecclesiarum Reformat. Gallicè.
Epistola ad Joh. Forbesium Patricii Filium in hujus Com. in Apoc. Amstel. 1646.
Tabula Chronologica, Hist. Apostolicæ Ludovici fratris præfixa.

Theſes Hiſtorico-Theologicæ Theſium Sedanenſium Syntagmati nuper excuſo inſertæ.

Ad loca quædam utriuſque Fœderis Notæ unà cum Fratris Spicilegio, paucis abhinc annis Lugd. Bat. editæ. Plura non vidi.

Teſtimonia de Capello & ejus Scriptis.

JOs. Scaliger Caſaubono, Lugd. Bat. prid. Id. Sept. 1606. *Libellum Cappelli de re nummaria fruſtra ad te ſcripſi mancum eſſe. Bonum virum eſſe non dubito; induſtrium etiam ex ejus Scriptis probare poſſum; ſed tamen tam in hoc ſtudio quam in Chronologicis eum falli, mei & illius non parvi refert eum moncre.*

Is. Caſaubonus Jac. Cappello, Lond. 23. Nov. 1612. *Tu verò, Præſtantiſſime Cappelle, beaſti me nuntio lætiſſimo de editione tuarum lucubrationum Chronologicarum, quibus utinam frui brevi poſſimus: Obſecro te fac me ut ſciam quomodo procedat Operis tui editio, & quod ſit tuum inſtitutum, fortaſſe enim incidemus in propoſitum idem aut ſimile.*

Idem Joſ. Scaligero Lut. Non. Quint. 1606. *Mitto tibi Capelli viri optimi Opus novum, quod & literas ejuſdem habet adjunctas.*

Henricus Spondanus Apparatu ad Annales Eccleſ. Baronii. p. 8. verſa, edit. Moguntinenſis; *Accuratè quoq; de iis Jac. Cappellus, (licet extra caſtra Eccleſiæ Catholicæ militans) in ſua Hiſtoria, ubi multorum expenſis opinionibus, firmat ipſe ſuam annorum plus minus quatuor millium.*

Frid. Spanhemius in Dubiis Evangelicis, part. prima, p. 169. *Jacobum Cappellum virum eruditiſſimum ſuper hoc Cainane Lutetiæ ante annos complures conſului, in eademq; ſententia conſtanter fuiſſe memini, quam in Hiſtoria ſua ſacra & exotica profeſſus erat.*

Chriſt. Juſtellus Notis in Codicem Canonum Eccleſiæ Africanæ, p. 131. Pariſ. 1615. *In iſta temporis de Paſchatis celebratione notatione mendum eſſe, monuit me vir clariſſimus chariſſimuſque Jacobus Cappellus harum rerum peritiſſimus, emendationisque rationem mihi indicavit, quam illi acceptam refer.*

Deſiderius Heraldus in Apologet. Tertulliani. Lut. 1613 *Vir clariſſimus Jacobus Cappellus, affinis meus, divinarum humanarumq; rerum*

rerum cognitione præstantissimus, monuit me per literas, in ista temporum computatione Tertullianum à veri vicinia aliquo modo aberrasse. Sed hæc eruditissimo homini in Chronico exactissimo, quod adornat, plenius tractanda relinquimus.

Sam. Bochartus in Geographia S. p. 35. *Jacobus Cappellus ὁ μακαρίτης affinis meus, quem honoris causa nomino;* in seq affert locum, ex hujus Notis in Gen. nondum editis, excerptum; in cujus fine hæc habet, *Hæc ille vir eximius & de me optime meritus.*

Frid. Gronovius in lib. de pecunia vet. p. 212. *Libet addere verba viri nobilis & doctissimi Jac. Cappelli, qui Agricolæ de subtilitate concedere velle non videtur.*

De eodem Jo. Phil. Paræus in Vita Davidis Patris. Lud. Cappellus Joh. Dallæo in Hist. Apostolicam 1643. Jos. Scaliger in Canonibus Isagog. p. 307. edit. Euseb. 1606. L' Empereur Notis in Remp. Judæorum Bertrami, p. 430. Grotius in Annot. ad Libros de veritate Relig. Christianæ p. 308. edit. Parisiensis in 12. Andr. Rivetus in Gen. p. 232. edit. 1633. & in Exod. parte secunda, p. 73. edit. 1634. Bochartus in Geograph. S. p. 821. & 860, & alii.

SIMEO MUISIUS, *Aurelianensis.*

CIrca Annum 1633. in Regia Parisiensium Academia linguam Hebræam docuit Simeo Muisius, Ecclesiæ Suessionensis Canonicus & Archidiaconus; quo tempore cum Rev. Parens Lutetiæ degeret, aliquotiens ipsum audivit, eoque lubentius, quod virum Hebraice doctissimum auditoribus carentem sæpe videret. Sed nil mirum Sorbonæ Scholasticos linguam S. floccifacere, cum absque hujus cognitione, Episcoporum incuriâ, Sacerdotes quotidie fiant.

Muisii Scripta.

Notæ in Gram. Hebræam Bellarmini, Par. 1622. 8.
Commentarius Hebræo-Latinus R. D. Kimchi & R. S. Jarchi in Malachiam, Paris. 1618. 4.

Psal-

Pſalmus 112. cum Comment. R. D. Kimchi, 4.
Comment. R. S. Jarchi, Aben Eſræ & D. Kimchi in Pſ. 19. Pariſ. 1620. Latine verſi.
Verſio Commentariorum Kimchi in Pſalmos, quam pollicetur Epiſt. Præf. in Gram. Bellarmini.
Commentarius in 4. Pſalmos Hebræo-Latinos Burdelotii, cum Comm. R. D. Kimchi.
Aſſertio prima veritatis Hebraicæ, Pariſ. 1631. 8.
Aſſertio ſecunda ibidem, 1634. cum variis ſacris eod. vol.
Caſtigatio Animadverſionum Morini, Pariſ. 1639. 8.
Idem calculum ſuum appoſuit Dictionario Hebræo-Rabbinico Phil. Aquinatis, Pariſ. 1629. fol.
Notæ ad librum primum Criticæ S. Lud. Cappelli, hujus Operi Pariſiis An. 1650. excuſo, inſertæ.

Teſtimonia de Muiſio & ejus Scriptis.

Mr. Godeau Evesque de Vence, à la fin de la Preface ſur ſa Paraphraſe des Pſeaumes, *J'ay pris les verſions que des Autheurs modernes approuvez ont faites du texte Hebreu, entre leſquels je dois nommer par honneur le Sieur de Muis, Profeſſeur en la langue Sainte, qui nous a donné une verſion nouvelle des Pſeaumes & un Commentaire dignes de tres grande louange.*

Joh. Bourdelotius Præf. ad Lect. in 4. Pſalmos Hebræo-Latinos, Lutetiæ 1619. *Patentem aditum lucemq; mea recepere à jubare Solis illius puriſſimi clariſſimi D. de Muis, Regii Profeſſoris, de cujus doctrina, meritis, virtutibus, nulla quam illius arte comparandis, ut apud Deum amat fieri, plura ſentio quam loquor.*

Andr. Rivetus in Gen. p. 238. edit. in 4. *De Textus Hebræi αὐθεντίᾳ legatur doctiſſima Lucubratio viri clariſſimi Simeonis de Muis, ſacrarum Hebræarumq; literarum Pariſiis Profeſſoris Regii An. 1631. edita, in qua veritatem Hebraicam fortiter aſſerit, & nequidquam annitente contra Morino, Pentateuchi Samaritani autoritatem labefactat.*

Joh. Dallæus *viro clariſſimo atq; eruditiſſimo Sim. Muiſio*, in verſionem verſiculi ultimi, Pſalmi Hebraice viceſimi, Lut. menſe Mart. 1636.

Idem

Idem *viro ornatissimo* N.N.Lut Kal.April. 1636. *Cum mortalium nemo sit, cujus ego non verear offensam, tùm hunc mihi adversarium contigisse doleo, quem ob excellentem rerum Hebraicarum peritiam, egregiaque in originalem divini fœderis literaturam merita, præcipuo semper, ut par erat, loco ac numero habui.*

Thomas Gatakerus in Dissert. de N.T. stylo 1649 p. 6. versa; *E consuetudine Idiomatis Hebraici, verbo futuri temporis, rem quæ fieri soleat, frequenter ac eleganter exprimi, observat vir doctissimus Simeon de Muis in Sacris variis c. 11.*

Victorin Pouli hot Recollect, dans ses Motifs qui obligent à rentrer dans l'Egl. Romaine 1637. p. 129. *La Vulgate n'a jamais esté declarée erronée par aucun autre que par le seul Ministre Daillé* *, *qui toutefois n'a peu prouver que l'Accent Athnac soit par tout distinctif en la Bible, specialement aux Pseaumes, & non par fois conjonctif; comme luy reproche Mr. de Muis Professeur du Roy en langue Hebraique.*

* C'est une pure calomnie. Lisez Budé sur les Pandectes p. 156. & suiv. de l'edit. de Gryphius. Audradius au 4. livre de sa Defense du Concile de Trente, & Oleaster sur le Pentateuche dans sa Preface.

De eodem Abrah. Ecchellensis in Epistolis Apologeticis p. 47. 1647. & alii.

JOHANNES BAPTISTA VALLIUS, *Altisiodorensis.*

IOh. Bapt. Vallius Regius ling. Orientalium interpres, de se & studiis suis hæc habet in Procœmio Dictionarii Latino-Arabici; *Stephanus Hubertus*, inquit, *vir doctissimus publice Parisiis ita diserte de Lingua Arabica disseruit anno supra millesimum sexcentesimo, ut inter plerosq; me quoq; impulerit, ne illam prorsus aut negligerem vel ignorarem, sed addiscendæ illius linguæ ardore in dies crescente, cum non esset, qui dilucidè satis emergentes animo tenebras effugaret, difficultate superatus, frustra tentato inutili, ut mihi videbatur, studio, illud torpescere patienter ferebam. Cum vero tandem Anno 1608. Romam adiissem, & Job. Bapt. Raymundum, linguæ hujusce inter Septentrionales viros Parentem, fuissem allocutus, eique notum feciissem quo animo ambieram Arabicas literas, simulq; ostendissem libros, quos quæsieram & compararam; non ille modo vir perhumanus mihi Evangelia Arabica, typis excusa atq; Avicenam ostendit, sed etiam suæ erga me benevolentiæ pignus accipere ac servare voluit.*

Inde ego alacriores animos resumens, sepius apud me sum meditatus, num etiam industriæ aliquid meæ, Arabicæ linguæ illustrandæ conferre possem, ab eoq; tempore tentavi plurima, quæ viam mihi facilem sternerent, ad penetranda tam insuetæ & inusitatæ nobis linguæ arcana. Hucusque Vallius. Claruit An. 1634. quo & obiit.

Vallii Scripta.

Epistola ad Achillem Harlæum Senatus Principem, in Cassiodori Opera Parisiis excusa, An. 1600. 2. vol. 8.

Carmen ad Petrum Danielem J.C. ob locupletissimam Mauri Servii Honorati in Virgilium editionem, Paris. 1600. fol.

Distichon in Emblemata Alciati cum Minois Commentariis, Paris. 1601. 8.

Gratulatorium Exastichum Gabr. Sionitæ & Joh. Esronitæ Maronitis, de Geographiæ Nubiensis * versione Latina, Paris. 1619. 4.

Dictionarium Latino-Arabicum Davidis Regis, Paris. 1632. 4.

* Hic liber est tantum Epitome majoris Operis, cujus Autor dicitur Sharifol Edrisi; quod primus, opinor, ex Abulfeda monuit, Angliæ decus Seldenus, p. 533. Uxoris Hebraicæ Plura de eodem Opere leges apud Edvv. Pocockium (de quo alibi) Notis ad Specimen Historiæ Arabum Abulfaraii p. 122. & 372. Hujus Aldrisii Vitam scripsit Johannes Leo Africanus, vir (nisi Christianam fidem cum Punica tandem commutasset) sanè eximius, in Opere de Viris Illustribus, qui apud Arabes fuerunt, Ms.

Testimonia de Vallio & ejus Scriptis.

GAbriel Sionita & Joh. Esronita in Libello de Moribus Orientalium, cap. 11. ad calcem Geograph. Nubiensis; *Tales fucos sicuti & numos, quorum supra meminimus, & plenaq; alia multa videre est inter res mirabiles & antiquas Joh. Bapt. Du Vallis, qui tanta diligentia ac sagaci indagatione eas undiq; requisitas asportavit, ut quacunq; de re ferè sermo inciderit, illam, si rara sit, statim ex suo Gazophylacio promat, usum doceat & proprietates indicet.*

Jaques

Jaques Gaffarel dans ſes Curioſitez inouies, p. 119. 1650. *Quelques uns de ces Talismans ne font plus aucun effet, comme ceux que m'a communiqué Mr. du Val, homme tres ſavant en ces Curioſitez, dont le nombre qu'il a dans ſon Cabinet eſt prodigieux.*

Jaques de Bie à la fin de ſon Avantpropos ſur l'Explication des Medailles de la France Metallique, à Paris 1635. fol. *Je n'ay peu faire reuſſir mon deſſein qu'avec l'aſſiſtance favorable de pluſieurs perſonnes de ſçavoir : entre leſquelles s'eſt principalement employé le Sieur Joh. Bapt. du Val perſonnage verſé en toutes louables curioſitez, meſmes en la cognoiſſance des langues tant Orientales qu'autres; ce qui luy fit donner place entre les interpretes du Roy en ces langues eſtrangeres : Il avoit auſſy une grande cognoiſſance des Medailles, dont il me fournit bon nombre, les décrivit & en expliqua le ſens. Il en fit meſme graver & battre pluſieurs à ſes dépens. Or la mort l'ayant cependant ſurpris avant l'execution entiere de ce deſſein, je n'ay laiſſé d'y aporter tout le ſoin & la diligence qui m'a eſté poſſible pour le ſuivre & continuer.*

De eodem Reverendiſſimus Waltonus Prolegomenis in Biblia Polyglotta, Londini excuſa, & alii.

ANDREAS RYERIUS, *Marciniacenſis.*

ANdreas Ryerius Dominus à Malezair, Ordinis Sancti Sepulchri Hieroſolymitani Eques, vir Arabicæ & Turcicæ linguæ peritiſſimus, claruit A. 1634. hujus Scripta ſunt

Grammatica Turcica, Pariſ. 1630. & 1633. 4.

Guliſtan * ou 'Empire des Roſes, compoſé par Sadi Prince des Poëtes Turcs & Perſans, trad. en Fr. à Paris 1634. 8.

L'Alcoran trad. en François, à Paris 1647. 4.

* Muſladini Sadi Roſarium Politicum è Perſico in Latinum ſermonem vertit, notiſque illuſtravit vir cl. Georgius Gentius, de quo alibi.

Teſtimonia de Ryerio & ejus Scriptis.

JOh. Henricus Hottingerus in Gram. Chaldæo-Syra 1652. p. 191. האויה *pro Inferno uſurpatum, reperies in Alcorano Gallicè à Ryerio accuratiſſimè, meo judicio, verſo p. 208.*

Vopiscus Fortunatus Plempius Lectori in Avisenam *à se versum & Scholiis illustratum Lov. 1658. fol. *Dùm Vaterianam Avisenæ editionem expecto, cum hoc 1. Tomo prodeambulabo, nobilissimum Dominum Andream du Ryer Toparcham in Malezair, qui Alcoranum elegantissimè in linguam sibi vernaculam Gallicam vertit, auditurus.*

*Hoc Opere frui licuit beneficio clarissimi viri τȣ̃ μακαρίτȣ Joh Seignette Doctoris Medici.

FRANCISCUS ab HOTMAN, *Parisinus.*

ANdrê du Ryer *A Mr. Hotman Seig. de Morfontaine, Abbé de St. Marc, Conseiller au Parlement,* Sur sa Traduction du Gulistan de Sadi, 1634. *Vos voyages ne vous ont pas seulement donné la cognoissance de l'Italien & Espagnol, mais avec le Latin, Grec & Hebreu, votre estude vous a acquis une parfaite intelligence du Syriaque & de l'Arabe;* Et un peu apres. *Les Chrestiens qui sont en Orient attendent avec impatience cette fameuse Bible, à laquelle travaille ce genie des langues le Sr. Gabriel Sionite, que vous avez receu dans vostre Maison afin d'accomplir cet incomparable ouvrage.*

Gaulminus ad Libb. de vita & morte Mosis 1629. p. 406. *Hujus loci me admonuit Amplissimus Senator Hautement, vir linguarum Orientalium & studiosissimus & callentissimus.*

Saumaise écrivant à Mr. Golius de Paris le 13. d'Oct. 1635. *Je n'ay peu encore bailler vostre Cosmographie Syriaque au Sr. Gabriel Sionita, lequel n'est pas en la ville, mais en une Maison des Champs, qui apartient à Mr. Hotman de St. Marc, ou est aussy Mr. le Jay & toute sa famille.*

Philippus Aquinas Lectori in Lexicon Hebræo-Rabbinicum 1629. *Hoc ingenii nostri studiorumq; fœtu sic utere, ut nullum à te pretium intelligas exigi præter gratiam, neq; tamen illam mihi totam ambitiosè vindico, cujus amplissimum fructum iis velim impertias, viris illustrissimis Augustino Potier Bellovacensi Episcopo, Fr. de Hotman Clarissimo Curiæ Parisiensis Senatori &c.*

Joh. Georgius Nisselius, (de quo alibi) Præf. ad. Lect. in Testamentum Muhammedis*, Arab. & Lat. Lugd. Bat. 1658. *Hoc Opus Europæ incognitum fuit, usque dum à Patre Pacifico Scaligero ex Oriente asportatum est, quod Nobilissimus ille Supremæ Curiæ Parisiensis*

*De hoc Testamento vel potius Fœdere, Salmasius in Epist. p. 44. & 47 Grotius ad Salmasium scribens, in Epist. ad Gallos Hoornbeki9 in Summa Controversiarum Religionis, p 28. edit. 1659. & alii.

ſienſis Senator Franciscus Hotmannus Gabrieli Sionitæ è Monte Libano oriundo, ad Latinè interpretandum tradidit.

Theophile de Viaut, *à Mr. de S. Marc Hotman, Conſeiller au Parlement*, dans ſes Lettres publiées par Mairet, à Paris 1642. 8. Claruit A. 1634.

ANNA ROHANIA, Princeps.

HAnc Illuſtriſſimam & Sapientiſſimam Principem Hebraicis Literis haud leviter fuiſſe tinctam, teſtis fuit αὐτόπτης Rev. Parens, dum Pariſiis degeret; quotieſcunque enim ipſam adiret, Vet. Teſtamenti caput aliquod Hebraicè legentem inveniebat, &, quod mirere, ne in Eccleſia quidem hocce ſtudium deſeruit, cum etiam illic, dum Hymni Davidici decantarentur, ipſa interim Hebraico Idiomate mente pſalleret, nam, ut rectiſſimè dixit aliquis,

Non vox ſed votum, non chordula Muſica, ſed cor,
Non clamans, ſed amans cantat in aure Dei.

Hujus in Hebraicis peritiam firmat Phil. Aquinas Epiſtola Præfat. in Capitula Patrum à ſe ex Hebræo in Gallicum ſermonem verſa.

Nihil ab ea editum vidi præter Epiſtolas quaſdam Gallicas, & Poemata eadem linguâ, ſi modò, qua erat modeſtia, hæc ediderit. Claruit A. 1634.

Theodorus Tronchinus in Oratione Funebri, qua Henrico Duci Rohanio publicè parentavit A. 1638. *Ex Liberis Catharinæ du Parthenay ſuperſtites ſunt adhuc Illuſtriſſimus Beniamin Dux de Soubize, & Illuſtriſſima Soror Anna Muſarum delitiæ & ornamentum.*

De eadem cum laude, Anna Maria à Schurman (de qua alibi) in Epiſtolis à Frid. Spanhemio editis A. 1650. p. 293. & ſeq.

CLAUDIUS HARDIÆUS.

CLaudius Hardiæus, Sebaſtiani apud Cenomanos vectigalium Quæſtoris filius, Curiæ Pariſienſis 1. Advocatus, & paulò poſt in Caſtello Conſiliarius, vir Mathematicarum Artium & Arabicæ linguæ eximiè gnarus, claruit A. 1635. Ex-

tant Euclidis Data cum Græco Marini Philosophi Commentario, utrumque ab eo Latinè versum Scholiisque illustratum. Plura leges in Appendice.

Testimonia de Hardiæo & ejus Scriptis.

LE P. Jacob dans son Traité des Bibliotheques 1645. *Quant à la Bibliotheque de M. Hardy Conseiller au Chastelet, elle fait bien voir la cognoissance qu'il a des bons Livres, particulierement des Mathematiques & des langues Hebraique & Arabesque.*

Vossius in Opere de Scientiis Mathematicis p. 433. *Euclidis Data etiam è Græcis Latina fecit Claudius Hardy, Sebast. filius, ac felicius id præstitit quàm antea Bartholomæus Zambertus.*

Sarravius Is. Vossio, Lut. 3. Feb. 1651. *Bodini Librum de abditis rerum sublimium arcanis olim ex Authoris autographo, descripsit Ardisius vir doctus, in Castelleto, quod vocatur, Consiliarius.*

Pet. Gassendus in Vita Peireskii p. 187. *Extat Codex Euangeliorum Arabicus penes illustrem Mon-morium, quo Præfationes integræ continentur. Habent illæ ex pereruediti Hardyæi Interpretatione, fuisse Matthæi Evangelium Hebraicè scriptum Anno Claudii 1. Ascensionis 9.*

Petrus Morinus part. 2. Exercit. Biblic. p. 527. edit. fol. *Vir Clarissimus Lat. Gr. & Heb., sed præsertim Arabicæ linguæ peritissimus, nec modò Jurisprudentiæ, verum etiam variarum scientiarum consultissimus D. Hardy, Regius in tribunali Parisiensi Consiliarius, mihi veterem codicem dedit utendum Hebraicè manuscriptum, Librum sc. Grammaticum R. Jonæ filii Ganæ.*

JOHANNES MORINUS, *Blæsensis.*

JOh. Morinum Congregationis Oratorii Presbyterum, in linguis Orientalibus fuisse versatissimum, sed Pentateucho Sama-

Samaritano nimis addictum, Scripta clamant; hujus Sciagraphiam Autore P. Conſtantino, (quam Lutetiâ diſcedens à clariſſimo viro D. Henry Patricio Lugdunenſi, cum aliis dono accepi) legere potes in limine Exercit. Biblicarum ejusdem edit. in fol.

Morini Scripta.

Biblia LXX. Interpr. cum Præfat. ac Prolegomenis *, Par. 3. vol. fol. 1628.

Exercitationes in utrumque Samaritanorum Pentateuchum * Pariſ. 1631. 4.

Exercitationes Eccleſiaſticæ, Pariſ. 1626. 4.

Exercitationes Biblicæ. Lut. 1633. 4. dein ſecunda parte auctiores recuſæ. fol.

Tractatus de Sinceritate Heb. Græcique textus dignoſcenda, Pariſ. 1634. 8vo. contra Taylerum, Bootium, ac Muiſium.

Grammatica Samaritana, ab Hottingero citata in Bibliotheca Orientali, p. 311.

Ordinationes Neſtorianorum, Syriacè cum verſione, idem ibidem p. 288.

Verſio Epiſtolarum à Samaritanis Ægypti ad Scaligerum ſcriptarum; Gaſſendus in Vita Peireskii. p. 68.

Verſio tertiæ Præfationis Eliæ Levitæ lib. Maſoreth, &c. de qua Joſ. Ant. Gonçalez de Salas in Diſſertatione de dupliciterra, 1650. p. 163.

Idem calculum ſuum adjecit Lexico Hebræo-Rabb. Phil. Aquinatis, A. 1629. exculo.

La Vie de Bellarmin trad. de l'Italien de Jaques Fuligatti, à Paris 1635. 8.

L'Hiſtoire de la delivrance de l'Egliſe Chreſtienne par l'Emp. Conſtantin, à Paris 1630. fol.

Plura non vidi. Claruit Anno 1635.

* Hæc Prolegomena confutarunt Fr. Taylor & Arn. Bootius in Libello Amſteloda-mi excuſo, An. 1636.

* Has in ſuis Antimorinianis Exercitationibus confutavit Joh. Henr. Hottinger9.

Vario-

Variorum Testimonia de Morino & ejus Scriptis.

PEt. Gassendus in Vita Peireskii p. 67. & 68. *Samaritani Ægypti duabus Scaligeri Epistolis respondérant, sed quod illæ in Genebrardi aliorumque manus incidissent, detentæ sunt. Donec Scaligero mortuo Peireskius & obtinuit, & per virum impensè doctum Joh. Morinum è Congregatione Oratorii, Latinas fieri curavit.*

Idem p. 161. *Ut compleretur magnorum Bibliorum editio, per doctus ille Joh. Morinus curabat Pentateuchum Samaritanum.*

Josephus Antonius Gonçalez in Dissert. de duplici terra p. 160. *Plenius fusiusq; ista nosse qui velit, adeat virum peritissimum ling. Orientalium, eruditionisq; multimodæ omniscium Joh. Morinum Exercit. in Samaritan. Pentateuchum.*

Petrus de Marca nuper Archiepiscopus Parisiensis, in Opere de Concordia Sacerdotii & Imperii, Sorbonæ censura notato; edit. 1641. p. 502. *Illustrissimi Baronii de Constantini Donatione conjecturam refellit vir eruditiss. Joh. Morinus variis argumentis.*

Idem in dissertatione de Primatu Lugdunensi & cæteris Primatibus p. 129. Par. 1644. *De Arelatensis Episcopi autoritate & cæterorum vicariorum, eleganter & erudite vir celeberrimus Joh. Morinus in Exercitationibus Ecclesiasticis.*

Leo Allatius *Doctissimo viro & de Ecclesiastica Antiquitate meritissimo Joh. Morino* in Dissert. de recentiorum Græcorum Templis p. 98. 2. part. Observat. de Rebus Ecclesiasticis Græcorum, Paris. 1646.

Bartholdus Nihusius initio Prologi Galeati in Leonis Allatii Confutationem Fabulæ de Joh. Papissa, Col. 1645. *Persuadere nobis quidam Academicorum Helmestadensium velit, Fr. Guicciardini pueriliter irati, nescio quas nænias à Pithœo Catholico laudatissimo exornatas hostili in Rom. Pontificem Prologo. An ita sit, inquisivi in Galliis, ubi Pithœus vixit, ac deprehendo teste non uno, esse merum figmentum ab inimica Catholicis & falsaria manu profectum. Audiatur nunc vel solus Joh. Morinus, Amicus meus eximius, cujus nomen celeberrimum ubique gentium, Præfatio illa*

illa, (inquit scribens ad me) in Discursum Guicciardini non est Pithœi; in Pithœi Operibus ante paucos annos diligenter collectis & editis non extat. Deinde legi in Bibliotheca Thuana duas Guicciardini de Origine potestatis, &c. varias editiones, in quibus Pithœi nomen non est isti præfationi præfixum; quapropter insignem optimo viro injuriam Germanus ille infert. *

Hugo Grotius Joh. Cordesio 19. Sept. 1634. *Vester Cramoisius spectandas mihi exhibuit Morini eruditas Dissertationes.*

Sam. Bochartus in Geograph. S. p. 857. *De duplici Hebræorum charactere vide doctissimum Morinum in Pent. Samaritanum Exercit. secundæ, c. 4.*

Hottingerus in Biblioth. Orient. p. 288. *Ordinationes Nestorianorum è Vaticana Bibl. depromptas Syriace cum versione edidit Joh. Morinus ab Ekellensi adjutus.*

Joh. Viecars (de quo alibi) in Decaplis* 1639. p. 61. *Alii (inter quos Morinus) quibus de hac inscriptione Sinaica in monte Oreb colloquium habui, aliter sentiunt, ne gry quidem de mysterio somniantes.* *

Brianus Walton (de quo alibi) in Dissert. de linguis Orientalibus 1658. p. 41. *Joh. Morinus vir doctissimus, cui multum ob labores in Samaritano Pent. docti omnes debent, 4. habuit exemplaria, quibus usus est in editione Parisiensi*

Idem p. 118. *Mirum est Joh. Morinum virum alias doctissimum, statuere tam Græcam 70 quàm vulgatam Latinam divinæ autoritatis esse, cum inter se sapissime discrepent & contraria affirment.*

Eundem tacitè notat Sim. Muisius in fine Dissertat. de Textus Hebr. Autoritate, Commentario in Psalmos præfixæ, ut in ipso Commentario in v. 7. Psalm. 40. secundum Hebræos.

De eodem cum laude Vossius in Harmonia Evangel. p. 350. Naudæus in Epigrammatibus p. 12. edit. Paris. & alii.

* Is est Georgius Calixtus Theologus Lutheranus C. S. E.

* Hujus Anagli Opus, perhumaniter mihi commodatum est ab ornatissimo Viro D. Jac. Guiberto, in Ecclesia Rupellensi V. D. Ministro.

* Hic Vicarsii locus cum bono Deo illustrabitur in vita Thomæ Obecini Itali.

SAMUEL PETITUS, *Nemausensis.*

EOdem quo Morinus tempore vixit Samuel Petitus V. D. M. & SS. Theologiæ apud Nemausenses Professor, vir Hebraicè & Cophticè doctissimus, & in omni Antiqui-

tate, Eccleſiaſtica præſertim, oculatiſſimus. Hujus Scripta ſunt.

Miſcellanea. Pariſ. 1630. 4.

Eclogæ Chronologicæ. Pariſ. 1631. 4. Les meſmes en Fr. imprimées en meſme année.

Variæ lectiones. Pariſ. 1633. 4. in quarum lib. 4. c. 8. Gorionidem de novo verſum & Notis illuſtratum ſe editurum pollicetur.

Commentarii in Leges Atticæ, Pariſ. 1635. fol.

Obſervationes. Pariſ. 1642. 4.

Diatriba de Jure, Principum edictis &c. Amſtelod. 1649. 8. cum alia de Diſſidiorum Cauſis, Effectis, & Remediis.

In Ep. Præfatoria ad Salmaſium, Sam. Sorberius poſtea Pontificius, ſe editurum promittit Avunculi in Joſephum Animadverſiones, quamvis ad umbilicum haud perductas.

Verſus Latini in obitum W. Schikardi, ad calcem Orationis in ejus funere habitæ.

Variorum Teſtimonia de Petito & ejus Scriptis.

GAſſendus in Vita Peireskii, p. 143. *Menſe Julio Anni 1629. Nemauſi cum foret, commendavit naram virtutem, eruditionemque Sam. Petiti quibusdam ex Primoribus Aulicis, ut Michaeli Marilliaco Pro-Cancellario, Antonio Ruzæo Deſſiati Marchioni Ærarii Præfecto & aliis. Erat Petito præ manibus Faſciculus Miſcellanearum Obſervationum in bonos Autores: itaq; ipſi autor fuit cum aliorum inſerendorum, tum non negligendæ interpretationis in ea, quæ lingua Punica apud Pœnulum Plauti efferuntur.*

Idem p. 168. *Salmaſius Petitusque ex paucis libris communicatis in lingua Coptica plurimum profecerant.*

Idem p. 195. *Cum Sam. Petitus appararet tum novam Interpretationem, tum eruditas in Joſephum Notas, obtinuit ipſi per Holſtenium variorum locorum collationem cum tribus Codicibus Vaticanis Mſſ.*

Sam.

Sam. Sorbiere à Mr. Patin, D. en Med. p. 441. de ses Lettres 1660. *Les Animadversions de feu mon Oncle sur Josephe, sont entre les mains de sa Veuve, qui les garde comme un Thresor, duquel elle espere de retirer une bonne somme d'argent. Je ne say s'il se trouvera quelques doctes curieux assez riches pour acheter des Escritures indigestes, qui demanderoient beaucoup de loisir & d'erudition Talmudique, afin qu'elles peussent estre mises en estat de voir le jour;* quas verò author ipse non absolvisset, moriens pro non inchoatis haberi voluit.

Le mesme à Mr. Menage, d'Avignon le 10. Juill. 1657. *Je ne vous puis rien promettre du Josephe de feu Mr. Petit mon Oncle, ny de la Critiq; de Croi*, v. la p. 363.

Sarravius Jac. Palmerio à Grentmesnilio Lut. 14. Jul. 1639. *Mitte citò quæso censuram tuam de loco Demosthenicæ Syngraphæ ἐν τῷ κατὰ Λακρίτου à Sam. Petito in Commentario ad Leges Atticas explicato. Quod postulo duabus de causis. Prima quia quotidie expectamus Petitum huc venturum, & gratum erit mihi tuis armis instructo cum illo decertare: Altera quia ὁ πάνυ Salmasius postremis suis scribebat, se in suo novissimo Libro de modo Usurarum, totum illud Petiti caput de Usuris Atticis perperam ab eo intellectum confutasse. Et juvabit videre, quid illi præripueris.*

Idem eidem Lut. 4. Non. Aug. 1639. *Amœnitatem ingenii tui, verborum vocumq; copiam, certè non possum satis mirari. Si jam audet congredi Petitus, spondeo ipsum ad te deductum iri victum, vinctumq; ὀπίσσω χεῖρας ἐυτμήτοισι ἱμᾶσι. Pusillum suiq; nominis virum eum præstabo, ni submissè se gerat.*

Idem Alex. Moro 26. Decemb. 1639. *Quod de Castrensibus tuis purpuratis & eruditissimo Petito narras, magnopere placuit: illos ego impense colo & veneror, hunc etiam amo. Accedit me aliquando Sam. Sorberius ejus nepos, qui est adhuc ἐν τῷ μικραῖς τελεταῖς Ministerii Ecclesiastici; quem ego cum ob doctrinam singularem, tum maximè ob patrui magnam & ἐκ δικαίου ἐρρηζωμένην famam magnifacio.*

Idem Fr. Gronovio Roth. 2. Nov. 1640. *Sed qui omissus Petitus? Nunquid licuit Nemausum excurrere? An eum tibi reduci ex Italia servas? Verendum tamen est, ne, omissa illa plaga,*

aliò divertas, idque optimo viro, qui te ſumme colit, foret acerbiſſimum.

De eodem p. 17. & 20. Epiſt.

Salmaſius Hug. Grotio Divione 8. Id. Maj. 1630. *Exigui Nemauſenſis auguror tibi lecta Miſcellanea. Si quid veri quoque mihi augurari licet, ἀνέγνως & κατέγνως. Profectò de meo permittes mihi ut ſenſum tuum, qualis ſit, conjectura aſſequar. Non puto tibi probaſſe, ut deinceps Caniſſam pro Caſina* legamus, *cum certum ſit, tribus brevibus illam dictionem in Plauto conſtare. Nec Caniſſam eſſe Κωνίσκην cenſebis, nec inde dictam cum id autumabis à loco Atticæ urbis Κωνόσαργες nomine. Idem ferendum judicium de cæteris omnibus correctionibus Plautinis. Nulla quippe eſt ex omnibus, quam pro vera ac probata ſumere auſim; multæ abſurdiſſimæ. Quas in Græcis Authoribus excogitavit, nihilo meliores. Legem Senarii Jambici apud Græcos Comicos non videtur tenuiſſe, adeò ſæpe contra metri menſuram offendit. In Punicis Plautinis an melius illi ſucceſſerit, tuum eſto judicium. Non tantus ſum Hebræus, ut me interponere audeam, video tamen, multa eſſe quæ non cohæreant; & videor etiam id poſſe oſtendere, cum paulo plus acceſſerit firmitatis ſtudiis meis in Hebraismo & Arabismo, quibus nunc conjunctim & totus incumbo.*

* Lege virum incomparabilem D. Sam. Bochartum in Opere de Animalibus Biblicis part. 1. p. 664.

Idem eidem Divione Kal. Jan. 1630. *De Exiguo permoleſtum mihi accidit, quod ſcripſiſti, Plutum illi Ariſtophanis, quem elucidavit, nihil profuiſſe, ut Æſculapium ſaltem aliquem reperiret, qui veri Pluti oculos aperiret in ſui gratiam. Diſcrucior non in talem incidiſſe, qualem inducit Comicus. De Punicis Plautinis tecum ſentio, vel Pluto cæciorem in pleriſq; deprehendi.*

Idem Gul. Staackmanno Hagam, Leydæ 3. Eid. Jan. 1635. *De Profeſſore veſtræ Academiæ è Gallis eligendo, huic Profeſſioni dignè exequendæ idoneus mihi videretur Aubertinus Eccleſiæ Pariſ. Paſtor; ſin reſpueret, ſuccedaneus ei dari poſſet Sam. Petitus Nemauſenſis Eccleſiæ Miniſter, qui ſedis ſuæ locique cum aliis multis dubius eſt, ob vexationem, quæ fit Eccleſiis in Gallia Reformatis, in peregrinitatem redactis pleriſq; earum Paſtoribus, ac per alias etiam criminationes fugatis. Petitus hic nomine doctrina magnus eſt, nam & Scriptis multis jam inclaruit, quibus eruditiſſimum ſe ling. Orientalium oſtendit & in omni Antiquitate Eccleſiaſtica verſatiſſimum, ne de Theologia ac Philoſophia dicam, cujus eſt peritiſſimus,*

Grotius

Grotius Peireskio Lut. 22. Maji 1637. *Cum Josephum interpretandum susceperit Petitus, magnæ vir diligentiæ linguarumq; sciens, multum eo nomine gaudeo, paratus conferre quicquid potero, quod in hoc negotiorum æstu sanè exiguum est.*

Sam. Sorbiere à Mr. de Marmiesse Evesque de Conserans, de Rome le 4. le May 1655. p. 326. de ses Lettres, *J'ay esté présenté deux fois à baiser les pieds du Pape, qui m'a donné aussy longue audience que j'ay desirée. Sa Sainteté m'a respondu en la langue que je luy parlois; Antu es ille Sam. Petiti nepos? & m'a fait quelques questions sur les doctes de Hollande, dont elle avoit entendu parler à Munster.*

Grotius Salmasio Lut. 13. Maj. 1630. *Exiguo omnia quæ scribis dixeram; ille verò obsurduit, ne hoc quidem mihi credens, non posse Senarios anapæsto claudi. Vides cui librum inscripserit. Ivit traditurus ipse rus, ubi tum lætitiæ dator agebat. Cum magnas expectaret gratias, forte & aliquid de imbre, qui in Danaen pluit, non modo videre eum non potuit, sed cum instaret, vix effugit quin Janitoribus vapularet. Adeò nihil illi profuit aut Plutum Aristophanis demeruisse, aut eum, qui in Gallia Pluti locum tenet. De Pœnulo dixi illi quod res est, non aliam in illa nobili scena quærendam interpretationem ab iis, quæ Latinè sequuntur: sed Punica bis esse posita, ex diversis sc. Codicibus duplicata Scriptura, & quidem ita, ut posterior sit priore corruptior & vocibus quibusdam omissis contractior. Mirum est, quæ ille nobis ex Græcis nominibus propriis appellativa Syriaca fecerit, & quam confusos sensus.*

Idem Joh. Cordesio 30. Octob. 1634. *Petiti Leges Atticas videre aveo, ut cognoscam, an supra Scaligeri collectionem, quæ usum me memini, aliquid præstiterit.*

Idem Cl. Sarravio 18. Jan. 1640. *Exiguus noster, vir bonus eruditusque nodum in scirpo quærit, non metuenda metuens. Nam si novi Fœderis authoritati non obstant tot quæ olim deprehensæ sunt, & quotidie deprehenduntur, discrepantes Scripturæ, quid mali facit qui* invet, Fœderis libris sive ex Orientalioribus Judæis sive ex Interpretibus Antiquis, aliquas fuisse præter eas, in quas inciderunt Masoretæ, sedulò observat & verecunde docet.

* Intelligit doctissimum Lud. Cappellum, meum in Hebraicis Præceptorem, qui Criticam Sacram jam tum adornaverat.

Gerardus Joh. Vossius Samueli Sorberio, Amstelod. Kal. Janu. 1634. *Ut satisfaciam expectationi tuæ, præter affectum mutuum requirit amor meus erga Avunculum tuum Sam. Petitum, qui te sic diligit,*

diligit, & cui magnopere obstrictus est totus orbis literatus. In fine Epistolæ, *Felicissimum annum exopto eximio Petito.*

Thomas Reinesius lib. 1. var. Lect. c. 25. *Ingeniosissimus Petitus, vir non sui nominis, sed verè inter Gallorum literatorum maximos numerandus.*

M. Sorbiere dans l'Histoire de son changement de Religion, à Paris 1654. p. 8. 9. 10. & 11. *J'estois chez feu M. Petit mon Oncle (personnage que la publication de quelques ouvrages de Critique rendent assez connû parmy les sçavans) qui prenoit soin de mon education & m'aimoit beaucoup. Aussi luy rendois je tous les respects & toute la soumission que je devois à sa qualité, à son âge, & à son merite. J'observois toutes ses paroles, je prenois garde à toutes ses actions; & je me proposois sa probité & sa moderation en exemple, si je ne pouvois atteindre à son esprit & à son erudition. Je l'entendois parler tousjours reverement de l'Antiquité Ecclesiastique dont il avoit une grande cognoissance, estimer beaucoup les SS. Peres, priser l'ordre du bon gouvernement, & blamer l'étourdissement & la mauvaise conduite de ceux qui broüilloyent l'estat sous pretexte de Religion, & j'ose croire qu'il eut enfin donné les mains, si Monseigneur le Cardinal de Bagni & Monsieur de Peiresc eussent, dans une plus longue vie, eu plus de loisir de le retirer du party auquel il estoit attaché.*

Le mesme au mesme Livre p. 121 *Demandant de Paris à M. Petit son sentiment sur le sujet des troubles que je voyois naistre en Angleterre, il me répondit de Nismes dans sa Lettre du 29. d'Aoust que la Hierarchie estoit instituée depuis le temps des Apôtres.* Hierarchiam esse dixi jam ab ipsis Apostolorum temporibus institutam, ut dissensionum plantaria evellerentur, & schismatum semina tollerentur, & intra hoc intervallum, quod est ab Anno Neronis quarto ad septimum ejusdem, toto orbe decretum fuisse, ut unus de Presbyteris electus, Episcopus κατ' ἐξοχὴν dictus, cæteris superponeretur, & ad eum omnis Ecclesiæ cura pertineret. Habes paucis, sed tibi uni, animi mei sensum in hoc negotio. *Il ne vouloit pas que je le deferasse à ses Collegues; & ce n'est aussi que dix ans apres sa mort, que je leur fais savoir quelle estoit son opinion sur cette matiere.*

De

De eodem And. Rivetus in Decalogum 1637. p. 177. Voſſius in Opere de Idololatria, p. 1196. & de Scientiis Mathematicis p. 238. Petrus de Marca in libro de Concordia Sacerdotii & Imperii p. 49. Bochartus in Geograph. S. p. 849. Seldenus in Mari Clauſo, Lond. 1636. 8. p. 184. & alii.

PETRUS BERTRANDUS MERIGONUS.

HIc linguam Hebr. & Græcam docuit Pariſiis circa An. 1636. Scripta ſunt, Verſus Græci in Gabr. Naudæi Opus inſcriptum, *Addition à l' Hiſtoire de Louis XI.* An. 1630. excuſum, & Grammatica Græca Clenardi, acceſſionibus aliquot locupletata.

L'Autheur de la Gram. Greque de Port-Royal, dans ſa Preface, *Entre ceux qui ont le mieux travaillé à éclaircir ou à amplifier la Grammaire de Clenard, doit eſtre mis Mr. Merigon, qui a enſeigné la langue Grecque & Hebraique dans l' Univerſité de Paris.*

NICOLAUS CLAUDIUS FABRICIUS de PEIRESC, *Belgenſerii natus.*

DE magni hujus literatorum Mæcenatis, æternaque memoria digniſſimi Senatoris vita, ſiquid doctiſſimis & accuratiſſimis Petri Gaſſendi & Joh. Jacobi Buccardi lucubrationibus adjiciam, Crœſi theſauris teruntium addere meritò exiſtimer, ac poſt Homerum, quod ajunt, Iliada. Obſervet tantùm lector ſequentia de eodem teſtimonia, à Borello, caſtrenſi Medico in Auctario ad ejusdem Vitam haud notata. Obiit Anno 1637.

Teſtimonia de Peireſcio.

NIc. Claude Fabry à Scaliger, d' Aix le 25. Fev. 1604. *Des que j' ay eſté hors de mes Theſes publiques, il m' a fallu reſoudre à prendre mes degrez de Docteur és Droits ſelon la couſtume du Païs, ſelon laquelle entr' autres formalitez, il à eſté neceſſaire de banqueter & feſtoyer*

feſtoyer deux ou trois fois tous Meſſieurs de la Cour du Parlement, tous Meſſieurs de la Cour des Aydes, Comptes & Financer, la plus grande part des Dames de la Ville, & une bonne partie de la Nobleſſe de tout le Pais: ce qui ameine une ſuite de Bals, Viſites & autres complimens desquels je ne penſois jamais voir la fin. Au reſte lors que mieux je cuidois eſtre delivré de ce tracas, voila que Mr. deCallas mon Oncle me fait reſignation de ſon eſtat deConſeiller en la Cour de Parlement, & m'embarque par ce moyen en une infinité d' autres affaires, qui m'ont desja importuné beaucoup plus que je ne voudrois, veu que mon humeur ſeroit pluſtoſt de vivre en liberté.

H. Grotius in Epiſtola Mſ. ad Caſp. Barlæum, Lut. 16. Apr. 1639. *Si quis eſt, pro quo liceat inverecundum eſſe petitorem, is fuit Peireſius, ſolitus benefacere & ignotis & non petentibus. Celebratus in Italia eſt Orationibus. Nunc etiam carmina ex toto orbe ad ornandam ejus memoriam colliguntur, quadraginta, quod nunquam factum eſt linguis. Ego, majoribus operum impar, Epigrammate Latino proſecutus ſum viri de publico, ac de me quoque optime meriti nomen.*

Iſ. Caſaubonus Joſ. Scaligero, Lut. 6. Non. Maj. 1606. *Vir nobiliſſimus, cui has trado, nihil certi habet de ſua iſthuc profectione. Is eſt Peireſius Provincialis, tui obſervatiſſimus Oſtendit ille mihi tuorum majorum, qui Veronæ imperitarunt, monumenta, ſi quid judico ἀξιόλογα. Utinam poſſent illa iſthic edi cum tuis notis.*

Salmaſius ad eum ſæpe in Epiſtolis.

Le meſme à Mr. du Puy, à Grigny le 13. Juill. 1628. *Je vous renvoye la Lettre de Mr. Peireſc & vous en remercie comme je luy fais pour les remarques de l' antiquité, qu'il a daigné rechercher ſi curieuſement à mon ujet.*

Idem Voſſio, Leydæ 14. Kal. Jan. 1634. *De Antoniniana Columna, ſcriptum nuper mihi eſt à Senatore Aquenſi talium curioſiſſimo, qui multa ad inſtitutum pertinentia ſubmiſit ex ditiſſima ſua antiquaria ſuppellectile, extare ejus in his locis plera& exemplaria manu expreſſa & tranſcripta.*

Idem Jacobo Golio, Divione Idib. Feb. 1636. *De humanitate & beneficentia Peireſcii noſtri quæ dicis, profecto veriſſima ſunt, nihilq; dici de ejus candore, liberalitate, ac magnificentia poteſt, quin omnia omnium verba factis exuperet Quod ruborem inde tibi ſuffuſum narras, illum deleri ex tuo illo ingenio velim; injuriam quippe optimo viro*

viro fieri puto, quum timide beneficia, quæ tam cupide offert & cupidius confert, accipiuntur. Obligatur cum obligat. Nihil unquam tale vidi.

Idem in Opere de Primatu, p. 104. *Habemus & paraphrasim Arabicam Canonum Nicænorum, quam nacti sumus beneficio nunquam satis laudandi viri & μακαρίτου Nic. Peireſcii.*

Leo Allatius p. 52. Animadverſ. ad Antiquitates Hetruſcas Ingiramii, Pariſ. 1640. *Nic. Faber Peireſius immaturius nobis ereptus, & nobiliſſimo Academicorum Humoriſtarum Romæ, dum hæc ſcribo, funere honeſtatus, Hieronymo Aleandro ſcripſerat, Kalendarium à Salmaſio laudatum vetuſtiſſimum eſſe.*

Sarravius Jacobo Palmerio, Rothomagi Non. Aug. 1640. *Prodibit brevi Nic. Fabri Peireskii, viri æterna fama digniſſimi vita à Gaſſendo conſcripta, in qua plurima naturæ experimenta mira & nova proferuntur.*

Antonius Clementius in Vita Salmaſii; *Per idem tempus commodum accidit, ut amicitiam ſuam illi & ſingularem affectum ultrò offerret vir & eruditione & genere nobiliſſimus, nec ſine honoris præfatione nominandus Fabricius de Peireſc, Regius in Aquæ-Sextienſi Curia Senator, literarum, dum vixit, magnus inſtaurator, & literatorum Mæcenas planè incomparabilis.*

Idem ibidem, *Multa perperam, neſcio quo fato, in Vita Peireskii à Gaſſendo relata, alias fortaſſe docebimus.*

Joh. Morinus in Opuſc. Hebræo-Samarit. p 95. *Editione jam peracta, tres alii Pentateuchi Hebræo-Samaritani Codices nobis ſupervenerunt ab ampliſſimo viro, & Antiquitatis profanæ & Eccleſiaſticæ ſtudioſiſſimo Peireſcio, Senatore Aquenſi, ad nos miſſi.*

Fr. Ogier dans ſa Cenſure de la doctrine curieuſe de Garaſſe, ch. 5. 1623. *Cet homme ſans doute ne void qu'a travers la Lunette de Mr. Perez, qui fait paroiſtre un Ciron gros comme un Limaçon, les Puces groſſes comme des Crocodiles.*

Boxhornius Conſt. Hugenio, in Vitam Agricolæ à ſe Notis illuſtratam, Lugd. Bat. 1642. *Per te factum eſt, quo minus ſuos Italiæ Molinos, ſuos Galliæ Peireſcios, veros Apollines Muſarum, invidere neceſſe haberemus.*

H. Grotius Ben. Auberio Maurerio, Lut. 22. Apr. 1621. *Puteani & Perezii, qui sine mora, ut adventus mei nuntium accepere, ad me visendum accurrerunt, comitati nihil non debeo.*

Idem ad Peireskium sæpe, in Epistolis ad Gallos, 1650.

Pag. 325. Idem in Annotatis ad Librum de Veritate R. C. Paris. 1640. 8. *Nicolai Damasceni reliquias aliquot nuper accepimus beneficio viri amplissimi Nic. Peiresii, in cujus morte & literæ & literati omnes damnum incredibile fecerunt.*

J. F. Gronovius in Lib. de Pecunia vetere, p. 401. 1656. *Unum non sine gemitu legi, sanctissimum illum & divinum Fabricium Peirescium, autores omnes & Græcos potissimum, qui de ponderibus & mensuris scripserunt, per Bibliothecas Vaticanam, Regiam, Augustanam, cæteras, exscribi curasse, ut cum hominibus istorum studiosis communicaret. Ubi talem? Unde talem? Quando talem? Quo thesaurus iste devenit? Aut quis ejus copiam mihi facturus est?*

Jac. Gaffarel dans ses Curiositez inouies, 1650. p. 173. *Je ne dis rien de cet instrument merveilleux qu' on void dans le Cabinet de Mr. de Peiresc, monstrant les heures, & le juste mouvement du flux & reflux de la Mer, par le mouvement d' une eau bluastre enfermée dans un tuyau de verre fait en cercle, dans lequel ou void par fois cette eau entierement suspendue.*

Le mesme au mesme Livre, p. 177. *Monsieur de Peiresc, duquel j' ay parlé cy devant, tres curieux & sçavant dans l' Antiquité, a parmy le grand nombre des raretez de son Cabinet, comme j' ay desja remarqué, plusieurs de ces figures Talismaniques qu' il ne m' a peu faire tenir, à cause du commerce de Lion rompu par le malheur de la maladie.*

Malherbe dans ses Lettres, p. 544. de ses Oeuvres, publiées par Porcheres d' Arbaut son cousin, l' an 1630. *Je priay Mons. de Peiresc de rendre vostre Lettre à Mr. le Garde des Sçeaux, ce qu' il fit selon sa courtoisie accoûtumée.*

Le mesme à Mr. l' Evesque de Riez, le 15. d' Aoust 1621 *Monsieur de Peiresc, de qui je tiens la pitoiable nouvelle de Mr. le Garde des Sceaux, me l' a en mesme temps aucunement adoucie, parce qu' il m' escrit de la bonne volonté qu' en cette occasion le Roy a tesmoignée pour Mr. Ribier.*

Le

Le meſme à Mr. Coeffeteau, *Je viens d'apprendre par une Lettre que Mr. de Peireſc m'a eſcrite le don que le Roy vous à fait de l'Eveſché de Marſeille.*

Nic. Coeffeteau à Mr. de Malherbe, de Mets le 15. Octob. 1621. dans le Recueil de Lettres de Faret; *Je me reſerve à eſcrire à Mr. de Perez par un Gentilhomme qui m'a icy apporté de ſes Lettres.*

Balzac à Mr. l'Huillier le 15. d'Aouſt 1640. *Je vous dois une Lettre il y a long temps & la nouvelle de la mort de Monſieur de Peireſc exigeroit de moy quelque choſe de plus qu'une Lettre, ſi je me conſeillois aux premiers mouvemens que j'ay eus & à la couſtume qui ſe pratique. Mais toutes ſortes d'Offices ne ſe doivent pas rendre à toutes ſortes de perſonnes. Ce ſeroit offenſer la Philoſophie, & douter de la profeſſion que vous en faites, de vous traiter comme les hommes vulgaires, & je voy bien que Seneque a conſolé des femmes & un valet, mais je ne voy pas que perſonne ait jamais oſé conſoler Seneque. Je demeure d'accord avec vous, de ce que vous dites de plus haut & de plus magnifique de voſtre amy: Et ſi vous me permettez de me ſervir en François d'une parole empruntée de Grece, j'ajouſte que nous avons perdu en ce rare perſonnage une piece du naufrage de l'Antiquité & les reliques du ſiecle d'or. Toutes les vertus des Temps Heroiques s'eſtoyent retirées en cette belle ame. La corruption univerſelle ne pouvoit rien ſur ſa bonne conſtitution, & le mal qui le touchoit ne le ſouilloit pas. Sa generoſité n'a eſté ny bornée par la mer ny enfermée au deça des Alpes: Elle a ſemé ſes faveurs & ſes courtoiſies de tous coſtez: Elle a receu des remercimens des extremitez de la Syrie & du ſommet meſme du Liban. Dans une fortune mediocre il avoit les penſées d'un grand Seigneur, & ſans l'amitié d'Auguſte il ne laiſſoit pas d'eſtre Mecenas. De ſorte qu'apres cela je n'ay pas beaucoup de peine à vous avouer qu'il conſervoit à la France la premiere gloire de ſa franchiſe, & la bonne opinion que les eſtrangers ont encore d'elle. Je croy auſſi bien que vous, Monſieur, qu'il ſera pleuré de tout ce qu'il y a de grand & d'illuſtre, de raiſonnable & d'intelligent dedans & dehors le Royaume. Je m'aſſeure que l'Italie en fera commemoration en ſes doctes aſſemblées, & qu'au ſiecle des Princes Barberins, Rome ne peut pas eſtre indiferente pour une memoire ſi chere aux Muſes. Je ne doute pas meſme que le S. Pere, qui l'a eſtimé, ne le regrette, & qu'au milieu de la lumiere qui l'environne au deſſus de nous, il ne ſoufre que ce nuage monte d'icy bas juſques à luy.*

Le meſme à Mr. Chapelain le 1. de May 1637. *Je ne ſavois point le merite extraordinaire de ce Mr. le Conſeiller de * * * & vous eſtes le premier qui me l'avez mis à ſi haut prix. Feu Mr. de Malherbe eſtoit un de ſes particuliers amis, & m'en parloit quelquefois, mais ſeulement comme d'un homme extremement curieux, grand amateur de Relations & de Nouvelles, grand chercheur de Medailles & de Manuſcrits, grand faiſeur de Cognoiſſances aux Païs eſtrangers, grand Admirateur de tous les Docteurs de l'Academie de Leyde, &c. Il me ſemble que tout cela ne fait pas un grand perſonnage. Je ne doute point qu'il ne fuſt officieux & fidelle amy. Mais il y a de la difference entre les vertus heroiques, & les vertus des particuliers: entre la gloire & la bonne reputation; & par conſequent entre Mr. le Preſident de Thou, & Mr. le Conſeiller de* * *.*

Le meſme au meſme 8. de Janv. 1640. *Croyez vous au reſte que Monſieur de la Rochefoucaut n'avoit jamais ouy parler de voſtre Mr. de Peireſc, & que force autres perſonnes qui ne ſont ny barbares ny ignorantes ne le cognoiſſent non plus que luy? Vous voyez par là que ſa reputation eſtoit bonne, mais que c'eſt le Seigneur Italien qui a entrepris de la faire grande, & que ſa Pangloſſie* eſt pluſtoſt un effet de ſes ſolicitations, qu'un devoir volontaire dont les peuples ſe ſoyent aviſez.*

*C'eſt le Recueil des Eloges donnez à Mr. de Peireſc preſque en toute ſorte de langues que Jeh Jaques Bouchard fit imprimer à Rome à la fin de ſa Harangue.

Le meſme au meſme le 16. Fev. 1640. *Je ſuis tres perſuadé du merite de Mr. de Peireſc, mais c'eſt de ſa reputation que je vous parlois, & vous ſavez qu'il y a un* donum famæ *que tous les Doctes ne poſſedent pas, & qui fait cognoiſtre ceux qui le poſſedent non ſeulement du Senat & de l'ordre des Chevaliers, mais encore du menu peuple & des Artiſans.*

Le meſme au meſme le 14. Juill. 1641. *Vous m'avez parfaitement obligé de me faire copier le paſſage de la vie de Mr. de Peireſc ou il eſt parlé de vous & de moy. L'Hiſtorien a donné droit dans mon ſens & dans mon inclination de me placer aupres de vous. C'eſt d'une faveur m'en faire deux. J'euſſe voulu ſeulement qu'il euſt touché un mot de noſtre amitié, &* erat huic locus, *& que dans la ſucceſſion de Malherbe il n'euſt pas oublié voſtre Poëſie Lyrique. Je connois qu'il fait l'*

art

art d'escrire & que sa Latinité est du bon temps, & partant il fera grand honneur à la memoire de son amy.

Le mesme au mesme le 23. d'Aoust. 1641. *Vous ne me disiez point que Mr. l'Huillier est un ancien Romain travesty, & qu'il fait des vers Elegiaques si approchans de ceux d'Ovide. Je voudrois bien les voir à la suite de la vie de son amy Mr. de Peiresc, afin de les voir avec toute la pompe & toutes les lumieres de l'impression.*

Balzac a aussi fait une Dissertation (qui se lit dans ses Oeuvres diverses) sur une Harangue prononcée dans l'Academie de Rome, qui est celle de Jeh. Jaques Bouchard Parisien sur la mort de Mr. de Peiresc.

Gilb. Gaulminus Lectori in Theod. Prodromum. 1625. *Quæ Authori nostro deerant, Amplissimus de Peirez Senator ex Vaticano Codice describi curavit operâ & μαναεήτε Barclaii.* Eadem habet in Notis ad hunc Authorem p. 540. & 555.

Jacobus Sirmondus in Notis ad Sidonium 1662. p. 147. *Integrum constitutionis Honorii & Theodosii exemplum, quod V. C. Nic. Fabricii Peireschii Senatoris Aquensis beneficio nactus sum, hoc loco subjiciam, quod in eo non pauca sint, quam in hactenus editis, meliora & auctiora.*

DAVID YVERUS, *Rupifulcaldiensis.*

CIrca Annum 1640. claruit David Yverus, Theologus, & præstantissimi viri D. Yveri Engolismensis Ecclesiæ hodie Pastoris Parens, vir in Hebraica literatura præclarè admodum versatus. Monuit me elegantissimi vir ingenii D. Joh. Faureau amicus meus, à Petro Jarrigio tunc nostro, eum tacitè designari in virulento illo contra Jesuitas Scripto Lugduni Batavorum edito, in quo (pagina nim. octava) mentionem facit Epistolæ, ab eo ad Jesuitam nomine Beaufés, Hebraicè scriptæ. An. 1648. Hæc tantum de Yvero.

DIONYSIUS CORDESIUS, *Parisinus.*

ANno 1642. Lutetiæ diem obiit Dionysius Cordesius, Regis in Castello Consiliarius, vir Latinè, Græce & Hebraicè doctus, cujus obitum disertissima Oratione luxit D. Goddæus, Vencienſis Antistes, ad quam Lectorem remitto.

JOHANNES PLANTAVITIUS, *Lutevenſis Episcopus.*

DE eo sic Lud. Jacob in Tractatu de Bibliothecis, p. 658. *M. Jean Plantavy de la Pause Evesque de Lodeve, est tres bien verse dans les sciences divines & humaines, comme aussi dans les langues Hebraique, Grecque & Latine: Les ouvrages qu'il a donnez au public en sont des evidens tesmoignages, lesquels luy acquierent une grande reputation, aussy bien qu'une celebre Bibliotheque, qu'il a faite par une grande recherche de bons livres.* Hujus Bibliotheca Rabbinica * à Seldeno citatur libro secundo de Synedriis Hebræorum, p. 143. & memini me legisse Mich. Beraldi Scriptum de Justificatione contra eundem. Claruit An 1642.

* Cui adde Chronologiam Præsulum Lodovensium A. 1634. excusam 40.

Rivetus in Jesuita vapulante, c. 13. v. 16. *Jesuita ignorare non debet nuperrime Episcopos Albiensem, Nemausensem, & ex Apostata ministro Episcopum factum Joh. Plantavitium Pausanum Lodevensem, adversus Regem stetisse pro Mommorantio perduellionis reo, & eundem cum eo reatum incurrisse.*

Joh. Morinus part. 2. Exercit. Biblic. p. 348. edit. fol. *Vir eruditissimus & illustrissimus Pausanus Episcopus Lodovensis scribit in Biblioth. Rabbinica librum* מבילתא *Commentarium esse in 4. posteriores Mosis libros, editumque esse Constantinopoli, An. 1520. & Venetiis An. 1547.*

VALERIANUS FLAVIGNIUS.

CIrca idem tempus Hebræas literas Parisiis professus est Valerianus Flavignius, cujus extant Epistolæ de Heptaplis Parisiensibus. Audio etiamnum vivere.

Testi-

Testimonia de Flavignio & ejus Scriptis.

RIchardus Smithæus Lectori in Libros de Autore & Essentia Protestanticæ Religionis, Paris. 1629. 8. *Casaubonus aliquando dixit, uti mihi vir fide dignissimus D. Flavignius, qui eum audivit, retulit, quod dum Cardinalis Bellarmini Disputationes legebat, de omni Religione dubitare incipiebat. Dum vero Cardinalis Baronii Annales evolvebat, sensim ad Papisticam fidem amplectendam se impelli sentiebat.* *

* Quam vere hoc à Flavignio dicatur, ex maximi viri in Baronium Exercitationibus discès.

Hottingerus Epist. Præfat. in Dissert. Miscell. 1652. *De Heptaplis Parisiensibus conquerentem audiamus Valerianum Flavignium Doctorem Sorbonicum, linguarum & rerum Orientalium callentissimum, Epistola ad Fr. de Fleury Doct. Sorbonicum* pag. 7. 23. *& seq.*

Brianus Walton in Dissert. de linguis Orient. 1658. p. 24. *Cum vulgata Latina Hebræo in omnibus non respondeat, hoc merito in Parisiensibus culpat Valerianus Flavigny nuper Regius Professor Hebraicus Lutetiæ, in Epistolis, quas de Heptaplis Parisiensibus (stylo licet nimis acerbo) edidit, quod nullam translationem habeant, quæ Hebræo ad amussim respondeat.*

TIMOTHEUS DELONIUS, V. D. M.

HIc linguam Hebræam Montalbani docuit circa A. 1644. & in lucem emisit Conciones aliquot ibidem excusas.

PAULUS THOMAS, *Jarnacensis.*

PAulus Thomas Johannis Filius, vir Hebraicè doctissimus, claruit apud Engolismenses A. 1648. Extant Poemata quædam ab eo edita, quæ legere aliquando volupe fuit. Ejus in Hebraicis peritiam notat Jarrigius in Libro supra citato pag. octava, his verbis, *L'Hebreu est un langage estranger & barbare au P. Beaufés, car à n'en point mentir il n'en cognoist ny les poincts, ny les Lettres, & ne sçay s'il sçait tourner la Bible du bon costé.* *Ayant*

* De quibus cum laude Balzacius in Ep. Selectis à Menagio editis p. 208. ed. 12. & Nic. Borbonius p. 404 Poëmat. 1630.

Ayant receu l'an passé d'un de nos ministres une lettre en Hebreu, il courut de Ruffet à Angoulesme toute la nuit pour en avoir l'interpretation, & la Response, de Mr. Thomas de Maisonnette homme savant, & qui a une parfaite cognoissance de cette langue. Cet honneste homme ne peut nier ce que je dis.

Jo. Croii patriam acceptam fero piissimo & doctissimo Theologo D Jo. Pepino amico meo in paucis.

JOHANNES CROIUS, *Uticensis.*

CIrca Annum 1650. vixit in senectutem vergens Joh. Croius, Johannis, Scriptis quibusdam clari filius, Biterrensis apud Occitanos Ecclesiastes, vir Hebraicarum literarum cognitione insignis, & in Patrum lectione minime hospes. Hujus Scripta sunt:

Specimen Conjecturarum & Observationum in quædam Origenis, Irenæi & Tertulliani loca 1632. 8. quod refellit Petavius in fine Synesii Operum Gr. & Lat. edit. 1640.

In hujus Specim. p. 8. citat varias Lectiones suas.

Pag. 99. citat Syntagma de nominibus Messiæ.

Pag. 130. pollicetur se propediem editurum Latine Librum Creationis * (quem nugaces Rabbini Abrahamo tribuunt) cum quinque Commentariis.

*Hunc Latine vertit A. 1642. Joh. Ritangelius, de quo alibi.

Reponse à la Lettre & au Discours de Balzac sur la Tragedie d'Heinsius, intitulée *Herodes infanticida* 1642. sans nom d'Autheur. Mais que Mr. Sarrau l'un de plus illustres Senateurs du Prince des Parlemens, marque estre Mr. de Croï, escrivant à Mr. Morus à la p. 54. de ses Lettres.

Il y a aussi de M de Croï un Ouvage intitulé; *Semei convaincu*, imprimé à Geneve 8. en plusieurs volumes.

Observationum S. & Historicarum in N. T. pars prior. * Genevæ 1644. 4. in quibus Heinsium sæpe exagitat; cujus defensionem susceperunt Batavi in Apologia, An. 1646. edita 8.

*Reliquas ut audio, asservat D. Roure (de quo infra) Jo. Croii nepos Quē ut hæc & alia multa ejusdem, cum literarumS Studiosis prompte communicet, obnixe rogamus.

In harum Observ. p. 5. pollicetur alteram Observationum partem,

partem, & in fine multas alias. Pag. 106. citat primam part. obſerv. in V. T.

Pag. 215. pollicetur notas in Matthæum.

Pag. 273. citat Commentarios ſuos in Manilium. a)

Epiſtola ad Frid. Spanhemium de M. Amyraldi Theologi celeberrimi ſententia, ab Andrea Riveto Epiſtolæ ſuæ Apologeticæ inſerta.

Preuve de noſtre Confeſſion de Foy par l'Eſcriture, imprimée à Geneve l'an 1645. 8. & augmentée l'An 1650.

A la fin de la Preface au Lecteur, il promet deux Traitez, dont l'un confirmera nôtre confeſſion par les Teſmoignages des Peres, & l'autre par ceux des Adverſaires.

a) Pag. 172. *hæc habet*, Heinſii emendationes, quas in Clem. Alex. libros edidit, diligenter ad ipſum Clementem, quem emendatiſſimum & auctum habemus, examinabimus.

Variorum Teſtimonia de Crojo & ejus Scriptis.

HGrotius in Epiſtola Mſ. ad Iſ. Voſſium, Lut. 18. Mart. 1645. *Croji liber multum hic legitur, creditur in eo Opere non Bezæ famam tantum vindicaſſe, ſed & gratificari voluiſſe Salmaſio. Idem ille Crojus Petavium tractat indignis modis; is reſponſurum ſe negat, ideo quod norit annua augeri Miniſtris, contra quos ſcribitur.*

Sarravius Alex. Moro Lut. Id. Jan. 1642. *Vidi tua indicia Croji reſponſionem ad Balſacium pro Heinſio. Plurima certe ſapiunt eruditionem altiſſimam: ſed linguam Gallicam & Stylum quod attinet, fluit inculcus, diſſipatus, inelaboratus, habebit tamen non pauca politiſſimi ingenii & vibrantis orationis Adverſarius, etiam in ipſo argumento quæ regerat. Opus itaque laudo, non opificem, idem al quando de Garriſolii tui Poëmate dicturus. Sed an Crojus ipſe autor edendi? vix credam. Scio enim & certo ſcio, habere eum præ manibus ſatis amplum volumen Notatorum in Exercit. S. & Φοινικίδος Leydenſis. Ergo quem Gallice, hoc eſt, quaſi intra privatos parietes, opus ob muſeum laudaverit, Latine, id eſt, per totum orbem terrarum in re non nauci, ſuggillabit. Explica quæſo mihi iſtud quidquid eſt Ænigmatis: niſi forſan Gronovius, quem iſtam Diatribam ad vos detuliſſe audio, voluit Heinſium, ad quem abiturie-bat, hac ſive arte ſive officio demereri.*

Idem eidem Lut. 15. Jan. 1644. *Reddita mihi ſunt amici tui Obſervationes in Prolegomena jacentis & afflicti autoris, pro quibus ma-*

*gnas tibi debeo & ago gratias. Opus est eruditum, varium, elegans, multi-jugi doctrina & lepore refertum. Placet præsertim θυμὸς ἀγήνωρ, quo hominem audacter, nec sub persona, aggreditur. Si autem in solo pene hærens προπυλαίω, tot inscitiæ & ἀκρισίας portenta profligavit, quid non speremus amantes, ubi ipsa adyta reseraverit? Unum vereor, ne languescat ejus impetus, quia Adversarius nihil est repositurus. Tantum enim vivit, ut bibat, * in sua quondam fama sese jactans, cum de futura desperet. Quod cum dico, vides opinor, nullas esse Principis partes in hac fabula, nec is superis labor est.*

*Hæc si cum aliis, quæ in iisdem Epistolis de Heinsio occurrunt, Lector conferat, vix levitatis notam effugiet magnus ille Togatus. De quo lege strenuum paternæ famæ vindicem Nic. Heinsium Notis ad Ovidium p 375. & seq. Tomi primi

Joh. Costabadius in Epigr. 1655. p. 104.

Spongiam habet doctus rigido cum pumice Crojus,
Tergere seu libros sive polire velit.
Parcere nescius est, magnis non abstinet umbris,
Et nisi sit verax, nullus amicus erit.
Debet at esse teres, totus benefactus ad unguem,
Non sibi vult parci, parcere nemo velit.

Joh. Seldenus lib. primo de Synedriis Ebræorum 1650. p. 219. *Jam dictis de Paulino Judaicæ excommunicationis usu, accedat quod in eruditissimi viri Joh. Croji sacrarum & Historicarum observationum nondum puto typis mandatarum occurrit, de Anathematis usu in illo ante memorato Romanorum loco c. 9. v. 3. Optabam ego ipse Anathema esse à Christo. A ritu & formula, inquit, Excommunicationis tracta est hæc loquendi formula. Duo autem Excommunicationis genera apud Judæos erant, Niddui sive Schammatha, quo quis per 30 dies ligabatur, & Herem cum maledictionis & dirarum obnunciatione. Græci utramq; hanc Excommunicationem vocarunt Anathema. Ita enim exponenda sunt hæc Hæsychii Grammaticorum doctissimi, Ἀνάθεμα, ἐπάρατος, ἀκοινώνητος. Utraq; Excommunicationis formula utitur D. Paulus variis in locis. Cum optat fieri ἀνάθεμα à Christo, spectat ad priorem Excommunicationis formulam. Et Anathema hoc in loco nihil aliud est quam Niddui. Hujus quoq; speciei 1. Cor. 16, 22. meminit. Ad alteram verò Excommunicationis speciem spectat 1. Cor. 5. cum eum, qui incesto flagitio Christi fidem, & Religionem polluerat Christianam, excommunicat his verbis, ἐγὼ μὲν ὡς ἀπὼν τῷ σώματι &c. Sic ille. Locum descripsit mihi vir eximius Patricius Junius.*

De

De eodem cum laude, idem lib. 2. p. 158.

Seldeno non malè comes addetur Tho. Gatakerus itidem Anglus, Criticorum quos hucusque legerim accuratissimus, qui de Joh. Croïo hæc habet, in Cinnoſc. p. 113. *In Suida de fingendo & explicando, uti clarissimo Heinsio non accedo, ita nec viro doctissimo Joh. Croio (qui adversus illum iniquiorem paulò passim se præbet) per omnia istic assentiri queo.*

Idem ibid. p. 115. *Sed & ridiculus planè error est, quod vir doctissimus Ἀπολλόδωρον Γελῶον non semel Apollodorum ridiculum reddidit; atqui, ut illud ne moneam (quod quisq; ferè Græcis literis vel levissimè tinctus non nescit,) γελοῖον non γελῶον ridiculum denotare. Geloi nomen Comico illi non à risu adhæsit, sed à patria; Gela sc. (teste Stephani Byzantini Abbreviatore) urbs fuit Siciliæ, juxta quosdam à Gela flumine præterlabente, juxta alios à Gelone conditore sic dicta. Inde deductum formulæ geminæ nomen gentilitium, ab illa nominis ratione Γελαῖος, ab ista Γελῶος.*

Pet. Molinæus Præf. in Judicium de Amyraldi Libro contra Spanhemium, Roterod. 1649. *Sic egit Amyraldus cum præstantissimo Croyo, cui quanquam oculatissimo & prudenti imposuit, eumq; ut fratrem complexus est. Qui nunc detecta fraude apertè damnat Amyraldum & detestatur.*

Nic. Heinsius in Ovid. To. 1. p. 375. 1661. *Nec queror de Joh. Croyo, qui non solum oblitus patriæque patrisque Latini ac communium studiorum, sed ordinis quoq; sui, homo Theologus senio confectum Parentem meum nulla provocatus injuria petulantissimè exagitavit. Audio enim illum à Collegis suis officii admonitum, quibus facinus istud barbarum displicebat, respuisse.*

De eodem Dallæus in Opere de Pseudepigr. Apostolicis p. 404. bis. Sarravius in Epistolis p. 99. & 118. Amyraldus Epist. Præf. in Tractatum de Libero arbitrio, & in Specimine contra Spanhemium p. 503. & seq. ut p. 65. Præfat. Apologeticæ in idem Opus; & alii.

JOSEPHUS de VOISIN, *Burdigalensis.*

Jos. de Voisin Senator Burdegalensis, vir de Literis Hebraicis benè meritus, Raymundi Martini Pugionem fidei *Parisiis edidit A. 1651. Folio, ex MS. Codice Collegii Fuxensis

*Utrum Gallinus sua

ex hoc Opere, ut volunt, hauserit, expendam σωθεῖς παλάμῃ in hujus Vita.

De aliis quibusdam ejus Scriptis Eruditissimus Seldenus in Uxore Hebraica p. 441. *De Davidis conjugio, peccato, & quæ huc spectant cæteris, alia habentur in R. Israelis Ben-Mosis Collectionibus ex Zohar, Disputationi ejusdem de anima Cabalisticæ pridem à Jos. de Voisin adjectis.* Idem Lib. 2. de Synedriis Hebræorum, in limine; *De Traditione continua legis, magistrorumque hic dissensu vario, operæ pretium erit consulere præ aliis quæ diligenter nuper congessit Jos. de Voisin Lib. de lege divina c. 9. Parisiis 1650.* Claruit eod. Anno.

Testimonia de Jos. de Voisin & ejus Scriptis.

Joh. Morinus part. 2. Biblic. Exercit. p. 291. edit. fol. *Raymundi Martini Pugio, est fons limpidus, è quo Galatinus arcana omnia sua in Libros suos derivavit, ut sigillatim hæc adnotavit & demonstravit vir Clarissimus & Literarum Hebraicarum & Rabbinicarum peritissimus Josephus de Voisin, qui ante paucos annos Raymundi Opera hucusque latitantia in lucem edidit, notisque doctissimis auxit & ditavit.*

Abrahamus Ecchellensis in Historia Arabum ad calcem Chronici Orientalis p. 210. *De loco Isaiæ dum apud me solerter cogitabam, en bonis avibus hæc meditanti adest Saphnath Paaneah Hebræorum Arcanorum revelator Jos. de Voisin, vir pietatis, doctrinæ, ac omnis generis eruditionis ornamentis Clarissimus, quemque non sola Hebraicæ linguæ commendat summa peritia, sed multò magis Rabbinicarum disciplinarum admirabilis cognitio.*

Hilarion de Coste dans la vie du P. Mersenne p. 67. 1649. *M. Joseph. de Voisin, Prestre, Conseiller & Aumonier de Monseigneur Armand de Bourbon Prince de Conty, natif & issu d'une bonne famille de Bourdeaux, est tres savant aux langues Hebraique & Grecq, comme il à fait paroistre dans son Livre de la Theologie des Hebreux & autres Traitez.*

CLAUDIUS SALMASIUS, *Divionensis.*

DE virorum maximi Vita & Scriptis, quæ in fronte ejusdem Epistolarum habet Antonius Clementius, hic non repeto,

repeto. Duo ſat habeo monere: unum, Clementium errare, dum vult Sirmondum à Salmaſio ad incitas redactum (ob Euchariſtici nimirum editionem) nec auſum poſtea cum eo pedem conferre; contrarium enim patet ex Sirmondi Propemptico An. 1622. edito, cui Salmaſius ne hilum quidem unquam repoſuit. Alterum, Joſiæ Merceri Commentarium in Tertulliani Opus de Pallio (de quo anxiè Clementius) extare ad calcem Operum Tertulliani, editionis Sonnianæ. Ad plures abiit vir incomparabilis An. 1652. In cujus mortem hæc cecinit politiſſimus Balzacius:

Tot penetraſſe locos, reſeraſſe tot abdita rerum,
Et vidiſſe unum quicquid ubique latet:
Laus ea Salmaſiè, potes huic quem opponere noſtro
Ætas priſca tuum, Roma ſuperba tuum?

Alia de Salmaſio leges in ejus Vita ab ampliſſimo viro D. Phil. de la Mare Senatore Divionenſi, brevi, (ut audio) edenda. Salmaſii Scriptis, de quibus Clementius, hæc adde:

Variæ Epiſtolæ ad Sarravium inter hujus Epiſtolas pag. nim. 76. 89. 110 139. 174. 230. 235. 242. & ſeq.

Fragmentum Epiſtolæ ad Gronovium p. 157. & ſeq. hujus Not. ad Statii Sylvas 1637.

Fragmentum Epiſt. ad Puteanos, p. 250. Vitæ Peiresk. edit. Hagienſis.

Fragmentum Epiſt. ad. Iſ. Voſſium p. 4. hujus Not. ad Juſtinum 1640.

Fragmentum Epiſt. ad Boxhornium Griniaco 1632. Pag. 8. hujus Apologiæ adverſus Dialogiſtam pro Commentario ad Agricolam Taciti 1642.

Epiſtola Gallica ad Phil. Vincentium Rupellenſem Theologum, quam ex Autographo hic exhibeo; data eſt Lugd. Bat. 28. Decemb. 1645.

Monſieur,

Il y a ſi long temps que je vous ſuis redevable d'une reſponſe que la honte que j'ay d'avoir tant mis à vois r'eſcrire,

m'a presque contraint à ne le point faire du tout: J'ay pourtant suivy le meilleur conseil, qui a esté de prendre le party du devoir, quoy que trop tard, sur l'asseurance que j'ay prise que vostre bonté seroit si grande en mon endroit, que vous me recevriez à vous demander pardon, ne pouvant vous payer d'aucune excuse qui nous peust sembler valable. Il est pourtant vray que lors que je receus celle que vous me fistes la faveur de m'escrire, j'estois fort indisposé, & le fus encore quelque temps apres, & ne sachant d'ailleurs à qui bailler mes Lettres, le temps s'est escoulé jusqu'à ce que j'ay jugé quasi hors de propos de vous escrire, apres avoir passé le terme dans lequel j'estois obligé par devoir de vous respondre. Je vous diray encore qu'en vos escrivant en ce temps là que la vostre me fut rendue, je ne pouvois vous cacher beaucoup de choses, que neantmoins je trouve plus à propos de ne pas mettre sur le papier, & que j'eusse peu vous dire mieux dans une conference de bouche, si elle eust esté aussi possible comme elle estoit impossible. Tout cela m'a retenu un long espace de temps dans le silence que j'eusse encore gardé plus long temps sans l'advis que me donna il y a trois jours le Sieur de Rochefort, que vous estiez à Paris, & que vous y deviez faire sejour de quelques semaines. Je n'ay donc pas voulu perdre cette occasion vous sachant si pres, de m'acquiter de mon devoir, & vous faire mes excuses de ce que j'avois tant tardé à m'en acquiter. Pour le Sr. Jarrige qui faisoit une bonne partie de vostre Lettre, il faudroit composer une histoire pour vous bien informer de toutes ses avantures, & de ce qu'il a fait & soufert icy. Enfin voyant qu'il avoit peu d'esperance de l'avancer au ministere pour des raisons que vous savez peut estre d'ailleurs; j'ay obtenu de Messieurs les Curateurs qu'il auroit permission de lire publiquement en Eloquence deux fois la semaine, avec promesse qu'on recompenseroit son travail, & qu'on luy donneroit la chaire de cette Faculté, s'il contentoit son Auditoire, & je ne doute point qu'il ne le face. Quant à vostre conjecture dans le passage de St. Ambroise, touchant l'invention de la croix, je la trouve bien fondée & tres vray semblable, & les raisons que vous posez pour l'appuyer me semblent invincibles. J'avois

conceu

conceu auparavant que cette fable avoit eſtée inventée peu de temps apres la mort de Conſtantin, & qu'Ambroiſe pouvoit en avoir ouy parler, puis que de ſon temps cela ſe debitoit, comme une choſe vraye, car Cyrille Hieroſolymitain en fait auſſy mention en ſes Catecheſes. J'ay trouvé encore beaucoup de choſes ſur ce ſuiet depuis que mon Traité a veu le jour. Je vous prie encore une fois de vouloir m'accorder une Amneſtie pour ma pareſſe du paſſé, & pour la mieux effacer de voſtre eſprit je taſcheray doreſenavant à reparer cette faute par la diligence que j'apporteray à répondre promtement à toutes celles qu'il vous plaira m'eſcire. Cependant ſoyez tres perſuadé que je ſuis de cœur & d'affection, &c.

Variorum Teſtimonia de Salmaſio & ejus Scriptis; Ac primum eorum qui ipſum laudarunt.

Is. Caſaubonus Georg. Mich. Lingelshemio; Breton. 4. Non. Sept. 1606. *Scripſeram paucis ante diebus ad te, vir nobiliſſime, ſed diſcedentem à me Amicum hunc meum, ut ſtudiorum cauſa iſthuc ſe conferret, non potui dimittere ſine meis commendatiis. Eſt enim profecto digniſſimus, quem omnes boni ament. Omitto incredibilem eruditionem pari modeſtia conditam: Illud equidem pluris facio, quod puriorem religionem palam non dubitavit nuper profiteri, patris voluntate inſuper habita: qui ἀνθρωπινον τι παθων, optabat tacito ſenſu vemm pietatem coli. Non miror frigus optimi viri, qui multos annos βαστισας τον σωτηρα & Σωτηρ, tandem ſuccubuit infami illi anno 1572. At ſæclum pietatem ejus filii admiror, & fauſta omnia illi precor à Deo O. M. Is nunc ægre impetrata à Patre venia adeundi Academias Germaniæ veſtræ, & propria quaſi voluntate, ſed & ſuaſu etiam meo, ex omnibus veſtram * potiſſimum elegit, ad quam ſe conferret. Sponſor illi fui tuæ benevolentiæ, nec ejus dubito fore ipſi ad tuam amplitudinem vel meæ gratiæ aditum.*

* Heidelbergenſem ſc.

Idem Scaligero Lut. 15. Kal. Mart. 1607. *Eſt quidam Juvenis Divionenſis Salmaſius, ad miraculum doctus, qui Heydelbergæ*

bergæ in Bibliotheca Palatina cum alios ingentes Thesauros reperit, tum quoq; Agathianam ἔκδοσιν τοῦ τῶν ἐπιγραμμάτων κύκλου, ubi multa latent Græcanicæ Musæ delibatissimæ deliciæ, sed & nequitiæ. Ego statim cum ipso, ut editionem procuraret τῶν ἀνεκδότων.

Hujus Epistolæ hactenus ineditæ mihi copiã fecit, vir eruditione ac humanitate magnus D. Marquardus Gudius, Holsatus.

Josephus Scaliger Claudio Salmasio suo S. *Beneficiis jam plus satis me onerasti. Habes me jam totum in ære tuo. Quantum tibi debeam scio. Quando solvam nescio. Accepi igitur τὰ χριστιανικὰ, de quibus idem tecum sentio. Monachalia plane sunt. Fructum aliquem jam ex lectione eorum percepi. Neq; vero operam lusi in legendo: & certe si non ulla alia re commendanda essent, eo solo essent, quod post tot annos è latebris oblivionis eruta sunt. Multum novitas nos afficit: & vetusta, quæ diu latuerunt, postquam lucem viderunt, nova sunt. Quid dicam de proœmio illius Gazensis Grammatici? certe feliciter audax est. Si talis est in toto Opere, qualem promittit proœmium, non dubitem illum cum Nonno comparare. Quid facias? is erat hujus seculi stylus, ut nihil bonum dictum esset, nullum Poëma γονιμῶδες nisi παρακεκινδυνευμένον. Utinam per tuas occupationes liceat tibi describere totum & ad me mittere. Noli dubitare, quin multa cognitu digna habeat, quæ nobis materiam utilium notarum suggerent, quas omnes tibi mittam. Certè te in hac ætate tam bene de literis mereri non minus ad gloriam tuam quam ad publicam utilitatem pertinet. Epigrammata ἀνέκδοτα vellem equidem te castigatiora edere, & quidem meam operam tibi non inviderem. Sed quædam sine meliore codice emendari non possunt, & ego non minus ingenium meum quam vires corporis senescere jamdudum & sentio & queror. Consilium de editione hoc duntaxat dare possum. Scis Anthologiam in capita distinctam esse. Auctor tibi fuerim, vel illa ἀνέκδοτα in sua capita conjicere cum nota quadam, quæ moneat lectorem ea nova esse: vel omnia illa ἀνέκδοτα in calcem Anthologiæ conjicere distincta per capita, ut est ipsa Anthologia, ut lector sciat ea referre ad capita Anthologiæ. Alterutrum facias necesse est; & fortasse prius prætuleris posteriori, ut omnino editio sit eadem, quæ ante Planudem erat, qui miserè eam deformavit. Expecto igitur Johannem Gazensem, quem dabis Judæ Bonenvittio, ut statim eum mittat ad affinem suum Johannem Commelinum, Mercatorem Amstelodamensem. Audio te ab amplissimo Senatore patre tuo in patriam revocari proxima æstate, aut autumno. Quod si ita est, non pœniteret te huc ad nos transiisse, & nos invisere. Nihil tamen ausim tibi suadere præter animi tui voluntatem, aut viæ com-*

commoditatem. Nam altera compendiosior est. Habemus Hagæ amplissimum Præsidem Petrum Janinium vestratem, cum quo patruelis patris tui est, quos ego nudius tertius conveni. Et antea aliquot dies usus sum hospitio ipsius Præsidis, qui & humanissime me excepit, & invitus me dimisit. Quicquid amplum, magnificum de eo dixero, minus quàm pro ejus virtutibus dixero. Vale, & me ama. 6. Kal. priores Februarii Juliani 1608.

Stephanus Johannis Stephanius in Epistola Ms. ad Gerardum Joh. Vossium, Soræ 5. Id. Jun. 1641. *Salmasio equidem viro Celeberrimo, & sæculi nostri Varroni, innotescere vehementer discuperem; si idoneus mihi patronus & proxeneta obtingeret, qui animos nostros mutui amoris vinculo conjungeret, aut saltem ad amicitiam ipsius facilem mihi aditum pararet. Huic rei cum neminem te aptiorem sciam, peramanter rogo, imo omnibus abs te precibus contendo, ut fidelem hac in parte operam mihi præstes, & quacunq; poteris ratione (poteris autem plurimis) tanti viri favorem & benevolentiam conciliare mihiq; comparare studeas. Ut vero ipse fortasse ardui hujus negotii initium facerem, & velut fundamentum ponerem, literas Salmasio inscriptas exhibendas duxi: quas velim prima quaq; occasione, Lugdunum Batavorum, per bonæ fidei internuncium, ad Salmasium perferendas cures; verum non sine adjunctis tuis literis, quæ nostris gratiam pariant & autoritatem. Epistolio meo comitem dedi Simplicii Commentarium in Epictetum, manu Clarissimi Meursii ad exemplar Ms. diligenter emendatum; quem ipsi fore gratissimum confido.*

L'Auteur de la lettre à un Amy, de Fontainebleau le 5. Janvier 1651. qui se lit à la fin de l'Eloge du Mareschal de Gassion, imprimé depuis quelques mois; *Encore moins me trouverez vous un second Saumaise, qu'un second Gassion. Une cognoissance universelle l'a rendu le Prince des belles Lettres, le Pere & le Docteur de tous les sçavans, & le Censeur des Censeurs. Ceux dont la Critique est la plus estudiée & la plus exacte, redoutent la severité de la sienne. Les plus beaux esprits consultent cet Oracle és endroits les plus difficiles des autheurs, des langues & des sciences. La France, la Hollande, l'Italie, la Suede l'ont recherché avec une deference, qu'elle n'ont jamais eue pour aucun autre homme. Ne vous faschez pas si je vous dis, que ny le Prince de la Mirandole, le Phœnix*

de ſon ſiecle, ny les deux Scaligers, le prodige du ſiecle paſſé, quand ils auroyent ſurmonte par leur richeſſe les belles lumieres que ce grand homme poſſede, ils ne peuvent pas neantmoins egaler tous trois enſemble, par celles qu' ils nous ont fait voir, celles qu'il nous a données.

Antonius Periander in Vita Fr. Guieti, hujus in Terentium Commentariis præfixa, Argentorati 1657. *Inter omnes Claudium Salmaſium (cujus nomen non ut literati aut ſcientiis exculti, ſed ut ipſarum literarum ac ſcientiarum, quarum vindex ille ac præcipuus aſſertor fuit, inter doctos colitur) amicum inprimis habuit; Licet enim uterq; non ſemper eandem foveret ſententiam, nihil tamen ex eo mutuæ inter ipſos benevolentiæ detractum eſt, cum Guietus Salmaſii in literas merita nunquam non prædicaverit, & Salmaſius quoq; Guieti eruditionem plurimi fecerit, quod vel ſola ejus præfatio in Obſervationes ſuas ad Jus Atticum & Romanum, ubi inter alios illuſtres viros Guieti cum honore meminit, abunde teſtatur.*

Phil. Jacobus Mauſſacus *Viro Clariſſimo Cl. Salmazio*, in Appendicem ad Notas ſuas in Harpocrationem, Toloſæ 1615. *Tibi hæc dedicare libuit, Salmazi, quia & me amas, & neminem melius te Harpocrationem noviſſe ſciunt omnes eruditi, qui à te jamdiu expectant tot præclara & illuſtria Opera, ut Stephanum de urbibus, Epigrammata Græca veterum, Geoponica, Solinum, Hiſtoriæ Auguſtæ Scriptores, & alia innumera, quorum dominus ac poſſeſſores.*

Idem in Judicio de Plutarchi Libello de Fluviis &c. 1615. p. 195. *Legitimum illius Collectionis Geoponicæ parentem* + *nemo mortalium qui hodie vivunt patefacere poteſt, niſi unicus ille Claudius Salmazius, quem opus iſtud longe melius & auctius dare poſſe tam conſtat nobis, quam omnibus Rempublicam literariam ei multum debere, ac magis imposterum, niſi quid ſiniſtri acciderit, quod avertat Deus, debituram.*

*Hunc ſtatuit Salmaſius Caſſianum Baſſum, Prolegom. in Solinum p. a. 6. verſa, cui nō aſſentitur Mauſſacus in eod. Judicio p. 194. plura dicemus in Critico Gentili, ſive de

Louvan Geliot pag. 107. des Armoires, *La Maiſon des Saumaiſes à Dijon porte d'azur au chevron ondé d'or, coſtoyé ou accompagné de trois glands de meſme, deux en chef & un en pointe. De cette maiſon des plus anciennes ſont iſſus Benigne Saumaiſe & Pierre Saumaiſe Sr. de Chazans, dignes Conſeillers au Parlement, Fran-*

François Procureur general en la Chambre des Comptes, & encore le docte Claudius Salmasius, l'une des lumieres de nostre Siecle, au quel quoy qu'il fust tout jeune escrivant le grand Jos. Scaliger, il commence l'une de ses Lettres par ces mots; Nunquam à tuis discedo nisi doctior.

Dubiis Scriptoribus Ethnicis Commentario. Frustra enim hactenus expectavimus Barthianum de eodem argumento Opus.

Pet. Scriverius ad calcem Vet. Tragic. Collectan. 1620. *Vetus ea Tragœdia (nomine Medea) ex Virgilianis versibus contexta, cujus hic specimen exhibemus, extat, penes eruditissimum Claudium Salmasium, magnum Galliæ suæ ornamentum: propediem forte ex vetustissimis membranis in lucem emittenda; cum aliis antiquis monumentis compluribus, hactenus ineditis, quorum spem nobis facit in Notis ad Hist. Aug. Scriptores.*

Maussacus in Judicio de Plutarchi Libello de Fluviis 1615. p. 161. & seq. *Eustathius in verbosissimis ad Bœotiam Homeri sive navium in Iliad. 2. Commentariis, fragmentum adducit ex hoc Opere sub Plutarchi nomine. Ego non adhuc incidi in Eustathii verba, quamvis admodum diligenter ejus integros Commentarios in Iliad. 2. pervolutarim & percurrerim. Quare fidem Claudii Salmazii viri profecto maximi & literatissimi hic appello.* Is dum unà in Christ. Regis aula versaremur, & de futura hujusce opellæ editione confabularemur, indicavit mihi hanc Eustathii auctoritatem, sancteque juravit, se olim hoc observasse pro confirmanda hujus Libelli Epigraphe, quam putaverat aliquando rejiciendam.*

*Hic memoria lapsus est Salmasius. Eustathii locus extat ad Iliad. Γ. p. 381 edit. Romanæ, ut Odyss. T. p. 1854. quod & notavit illustris Stanlejus ad Æschylum, p. 771.

Hugo Grotius in limine Notarum ad Stobæi Florilegium, Paris. 1623. *V. C. Claudii Salmasii eruditionem consummatissimam silentio venerari malo, quàm laudes ejus ingenii mei culpa deterere.*

Idem in fine Sylvæ ad Fr. Aug. Thuanum 1622.

Optimus Interpres Veteris Salmasius ævi.

Idem in Annot. ad Lib. de Verit. R. C. 1640. p. 308. ארך *est Aracca, quam in Susiane ponit Ptolemæus, unde Areccæos Campos Tibullo dici notavit in Solinianis vir infinitæ lectionis Cl. Salmasius.*

Claude Gaspar Bachet Sr. de Meziriac dans ses Comment. sur les Epitres d'Ovide 1626. p. 612.

Non hæc Æsonides, sed filia Phasias Æta.

Il faut corriger suivant le MS. de Mess. du Puis,

Non hæc Æsonides, sed Phasias Æetine.

J'avoue que le premier qui m'a fait prendre garde à cette correction, c'eſt le docte Mr. Saulmaize à qui elle plaiſt grandement. C'eſt pourquoy je ne puis faire moins que de l'approuver, veu la cognoiſſance que j'ay de ſa rare ſuffiſance aux bonnes Lettres & du parfait jugement dont il eſt doué.

Le meſme p. 758. *J'ére çois à bras ouvers la belle correction de Mr. Saulmaize, tirée de l'excellent MS. de Meſſ. du Puis, ou ce paſſage eſt ainſy couché.*

Dum freta miteſcunt & amor, dum temperet---
Fortiter ediſco &c.

D'ou Mr. Saulmaize conjecture fort judicieuſement qu'il faut lire:

Dum freta miteſcunt, & amor: Dum tempore & uſu
Fortiter ediſco triſtia poſſe pati.

Lud. de Dieu (de quo alibi) in Animadverſ. in Act. Apoſtolorum 1634. p. 69. *Hæc de nomine ῥαμφὰν cum ita luſiſſemus, & conjecturis omnia tentaſſemus, Clariſſimus Vir, omni literaturæ genere excultiſſimus, & in diffuſa eruditione Ægyptiacæ etiam linguæ peritiſſimus Claudius Salmaſius uno verbo nos expedivit: In ea enim lingua ῥεφὰν Saturnum ſignificare* * *affirmavit, idq; ex Alphabeto Ægyptiaco Roma ad ſe miſſo, ubi nomina ſeptem planetarum ſcripta ſimul & explicata continerentur.*

*Idem notat ex Onomaſtico Ægyptiaco Petro Vallæus (de quo alibi) in Itinerario Orient. p. 278. To. 1. Verſionis Gallicæ.

Jacobus Crucius Theod. Schrevelio, Delphis 1636. p. 504. Epiſt. *De Salmaſii reditu in Galliam ſparſi quidem apud nos rumores, crudi fateor, & parum mihi grati. Virum enim medullitus amo, colo, veneror, tanquam rarum ſæculi decus, & doctrinæ miraculum, deque eo nihil à me tam ſplendidi dici poteſt, ut ad meritorum ſublimitatem aſſurgat. Quid eum impulerit neſcio, niſi quod fortaſſis aëri veſtro, non ſatis fuerit ferendo, ejuſq; aſperitati cedere maluerit tempeſtivè, quàm longius cum eo colluctari. Optaſſem longiorem Juventuti noſtræ Batavæ tanti luminis uſuram & Academiæ ſubſellia diutius hoc principe literarum condecorari.*

Petrus Gaſſendus in Vita Peireskii, p. 108. *A. 1619. inardeſcebant Studia inter memoratum aliquoties pereruditum Jac. Sirmondum & Claudium Salmaſium, illud aliud humanioris literaturæ decus eximium, circa quæſtionem celebrem, cui ab uno anno locum dederat Jac. Gothofredus duabus Diſſertationibus* de Suburbicariis Regionibus*

*Has Diſſertationes cenſura

nibus & Ecclesiis, seu de Præfecturæ & Episcopi urbis Romæ Dioecesi, conjecturâ. notavit Jac. Sirmondus, quam Salmasius confutat in Epistola ad Anonymum Parisiis & Lugduni Batavorum excusa; Hanc excepit Sirmondi Adventoria, cui reposuit Salmasius Eucharisticon, à Sirmondo confutatum, in Propemptico, A. 1622. De eodem argumento scripserunt Jac. Lechasserius vir doctissimus A. 1618. Alexander junior in Tractatu Lutetiæ edito A. 1619, sed temperatis prius, *inquit Gassendus in Vita Peireskii*, quæ ille de Conciliorum Pontificumque authoritate attigerat, quæque adversus sententiam improbatam respersrat paulo acerbius. Hos secutus est David Blondellus, de quo Grotius & Sarravius in Epistolis, ille p. 457. hic p. 4.

Gilb. Gaulminus Lectori in Theod. Prodromum 1625. *Nostrum de hoc Authore edendo consilium viro doctissimo nobisque amicissimo Claudio Salmasio cum aperuissemus, ille manu sua descriptum ex Bibl. Palat. ad nos misit.*

Casp. Scioppius in Consultationibus de Scholarum & Studiorum ratione, inter Authores Ætatis ferreæ; *Historiæ Augustæ Scriptores cum doctissimis Is. Casauboni, & Literarum Principis Claudii Salmasii Commentariis, qui Salmasius multa alia edidit, quæ doctorum omnium puncta tulerunt, sed mihi necdum visa.*

Lud. Crocius in Institutione de ratione Studii Theologici; *Sagacissimus Patrum Censor est Erasmus Roterodamus, cui adjungimus viros χαρίεντας, politos & illustres Is. Casaubonum, Dan. Heinsium & Claudium Salmasium, novum decus Academiæ Leydensis.*

Hugo Grotius Cl. Sarravio 18. Jan. 1640. *Viros illos magnos duos* qui tanto inter se fragore colliduntur, si potestis, sistite, si id obtineri nequit, refrigerate eos, ne nimius impetus judicationis veritatiobstet.* * Heinsium & Salmasium.

Tho. Gatakerus in Dissert. de N. T. Stylo, contra Pfochenium 1648. p. 53. *De 3. quæstione (lingua nim. Helleniſtica) quia est ὀνομάτων ζήτημα ψιλὸν, & de quo Heroum par nobile jamdudum certamen acre satis inierunt, ego intactam præteribo.*

Andr. Rivetus in Apolog. pro Maria Virg. p. 139. *A me interrogatus nobilissimus & Clarissimus Salmasius περὶ τῆς λοχείας, & quid illud esset quod placentas invicem mitterent? monuit me, in veteri Ecclesia post festum nativitatis, immediate celebrata fuisse τὰ ἐπιλόχια τῆς ἁγίας Θεοτόκου, ut loquitur Balsamon, quod festum non cessavit post hunc Canonem, sed id tantum quod placentas in vicem mitterent. Alioqui celebrabatur adhuc tempore Balsamonis illud festum Δεσποτικῶν ψαλμῳδημάτων καὶ ὑμνῳδίας ἐκκλησιαστικῆς.*

Jo. Frid. Gronovius Not. ad. Statii Sylvas 1637. *Iterum Propemptico Metii:*

Sint, quibus exploret rupes gravis arte molorchus.

Hunc locum plane desperaram. Sed opportune nos sublevavit Varro ille & Eratosthenes Seculi nostri Claudius Salmasius.

Joh. Henricus Hottingerus in Exercit. Antimorin. 1644. p. 48. *Lingua Ægyptiaca ab Hebræa διὰ πάντων distat. Nam ut ex copioso satis Lexico Copto-Arabico MS. una cum Grammatica, Româ, ni fallor, ad Clarissimum & nobilissimum Claudium Salmasium misso, colligere est, vix duo triave extant verba pure Ægyptiaca, quæ vel aliqua ratione cum Hebræis conveniant.*

Joh. Croius in Observat. S. 1644. p. 5. *Quidam in hoc studio majorem adhibuerunt diligentiam: Omnes enim Evangeliorum voces numerarunt, ut testantur, quæ diligentissimus harum rerum investigator Salmasius è Vett. Libris descripsit in Prolegomenis in Solinum.*

Idem p. 198. *Alibi Petavii somnia & errores invictissimis refutabimus argumentis, si nobis Deus otium & vitam dederit, aut si quas partes jam ipsi nobis sumimus, eas non præoccupet, nunquam satis laudatus Salmasius.*

Idem p. 223. *Contra hoc de lingua Hellenistica Commentum jam scripsit hujus sæculi decus, eruditissimus & illustrissimus Salmasius Præf. in Librum de modo Usurarum. Actum non agemus, etsi post tantum tamque diligentem virum aliquid de hoc argumento dicamus; in hac enim tam immensa Lectionis & rerum messe, spicæ quædam hinc inde colligendæ, restant.*

Idem p. 249. *Unde vocem* Σορδισμὸς *Hesychius hauserit, nondum potuimus invenire. Id facere potest unus Salmasius, qui hujusmodi rerum vera & animans est Bibliotheca.* v. p. 253. & 75.

Hugo Grotius in Epistola MS. ad Ger. Joh. Vossium, Lut. 20. Octobr. 1630. *Nuper totus Senatus Parlamenti Divionensis ad Regem preces admoverat, ut Salmasium sibi habere collegam liceret, patre parato ei suam dignitatem transcribere. Sed ὁ σφραγιδοφύλαξ,* * Marillacus *sc.* *homo, ubi vel nomen religionis increpuit, asper & inexorabilis, dixit se prius regni statum in maxima pericula daturum, quàm ut, sc. consscio, Huguenottus ad id honoris irrepat. Vides ut ubique animus veri amans & servitutis impatiens dominis obstet. Non tantum apud illum poterunt hæc mala, ut non de Ecclesiastica antiquitate optimè mereatur: Cujus*

Cujus argumenti quod sub manus sumpserat opus, supra spem crescit, mira & ne ipsi quidem satis cognita eruditionis ubertate. Multa in illum inclementer dixit Petavius in accessione Uranologii & Juliani, ad quæ, me quoq; auctore, constituit non ordine respondere, ne obtineant quod velint, si illi meliora ex manibus extorqueant; neq; maledicta maledictis totidem ulciscì, sed ubi ejus quod tractat argumenti series permiserit, res rebus opponere, & posteritati judicium relinquere, uter plura, uter felicius legerit.

Gerardus Joh. Vossius in Epistola Mf. ad M. Zuerium Boxhornium, Amstelod. 10. Kal. Decemb. 1631. *Quod Salmasii te amicitiæ insinuare velis, bonum factum. Quid enim non ab summo illo viro discere poteris, si eo amico utaris? Facile hoc videre potuisti vel ex iis, quæ scripsit in eos Historicos, quos nunc habes sub manibus. Quem enim existimas eo in genere tam multa bona doctissimum quemque docere posse? Quare eo viro laudando non facilè peccabis: potius metuendum, ne cùm omnia, quæ censes, dixeris, infra veras ejus laudes subsistas.*

M. du Puy Prieur de S. Sauveur écrivant à M. Nic. Heinsius le 5. Octob. 1656. *J'oublois de vous parler de ce Tome de Lettres qu'on a imprimé de M. de Saumaise, que je n'ay point encore veu: Sa femme sans doute aura eu assez de vanité pour avoir envoyé les memoires de sa noblesse à celuy qui a fait la Preface. Car jamais le defunt ne m'en a entretenu. Cela est vray qu'il estoit de bonne famille & desiderée dans le pays, mais il n'a jamais pretendu se dire descendre de Ducs de Bourgongne & moins encore de Rois de France.*

Alexander Morus in Oratione quæ Calvinus inscribitur, p. 14. edit. Genevensis; *Nuper id ipsum vir illustris Claudius Salmasius, quem honoris causa nomino, autoritate sua firmatum voluit, cum in aureo contra Grotium libello, malle se dixit, optio si detur, vel unum* Institutionis *Opus,* * *quam quæcunq; sunt à Grotio scripta, scripsisse: Quæ vox quanti facienda sit, non ignorant, qui Salmasium intelligunt,*

——— cujus se pectore tota vetustas
Condidit, & major collectis viribus exit.

* Salmasius ait malle se vel unicum Institutionis librum, &c.

Jacobus Gothofredus *Clarissimo & Doctissimo viro Claudio Salmasio, in Veteris Orbis Descriptionem, à se versione & notis illustratam, Genevæ 1628. 4.*

Idem Proleg. ad idem Opus, *Hanc totius Orbis Descriptionem*

rem peramicè mihi communicavit Claudius Salmasius ille non magis literarum hodie, quam Amicorum meorum purpura.

Andr. Rivetus in Critico S. 1642. p. 136. *Barnabæ Epistolæ maximam partem Græce scriptam non ita pridem vidi apud Clarissimum Salmasium, & Latinum exemplar integrum ex veteri Interpretatione descriptum ex Bibliotheca Corbeiensi, in quo reperiuntur plenè citata in Libris Stromatum Clementis Alexandrini; unde constare potest, vetustissimam esse de ea mentionem. In qua etiam nihil animadverti, quod hæresim sapiat, quinimo sanctis exhortationibus refertam agnovi. Barnabæ tamen esse genuinum fœtū asseverare non ausim, cum illi ipsi veteres, qui ejus utuntur testimonio, non eam referant inter Libros Canonicos, quod tamen fieri deberet, si Barnabam haberet autorem. Incipit* Avete filii & filiæ.

Hujus Epistolæ meminerunt è veteribus Clem. Alex lib. 2. 5. & 6. Stromat. Origenes l. 3. περὶ ἀρχῶν, lib. 1. contra Celsum & alibi. Tertullianus Lib. de pudicitia c. 20 Eusebius Lib. 6. c. 14. Hist Ecclesiast. Hieronymus in Script. Ecclesiast. Catalogo; in fine Lib. de nominibus Hebraicis, & in c. 43. Ezechielis. Suidas voce Θυΐνα. E recentioribus, Grotius in Ep. ad Gallos 1650. p. 364. Sarravius in Epistolis p. 150 Dallæus Lib. 2. c. 4. Tractatus de Pseudepigraphis, hujus Epistolæ editores Hugo Menardus & D. If. Vossius, & alii.

Idem p. 190. *Audio Græcum Exemplar Epistolæ Polycarpi ad Phil. haberi à quodam viro docto Lutetiæ, cujus etiam potiundi nobis spem fecit celeberrimus Salmasius, à quo exemplar Latinum habui Epistolæ Barnabæ.* v. p. 240.

Idem p. 307. *Damasi, ut fertur, Pontificale esse Anastasii Bibliothecarii existimat Bellarminus, quod ex parte verum est. Liber excusus est Moguntiæ sub Anastasii nomine, procurantibus Jesuitis anno 1602. An id fideliter factum si, facile detectum fuisset, si duo exemplaria Mss. à Marquardo Frehero ipsis communicata essent ad manum. Clarissimus Salmasius fraudem ab iis fuisse commissam, mihi affirmavit. Cum enim in Freheri Mss. extaret Historia Papissæ Johannæ,* * *eam expresserunt in duobus exemplaribus, quæ cum Mss. ad Freherum miserunt.*

* Hanc revera fuisse contendunt Jac. Capellus in Apologia pro Ecclesiis Reform. pag. 514. Coocke in Dialogo. Plessæus in Historia Papatus, pag. 163. & seq. Rivetus in hujus Operis Defensione pag. 590. Cognardus & Maresius in Responsionibus ad Blondellum, & alii. Pernegant vero Coeffetæus in Responsione ad Plessæum pag. 497. & seq. Raimundus in Fabula Johannæ. Leo Allatius in Opere de eod. argumento, & alii Pontificii, quibus hac in parte adjungo D. Blondellum virum doctissimum & in Antiquitate Ecclesiastica versatissimum, à quo stat Sarravius in Epistolis p. 41. 172. 175. 183. 215. 224. & 227. ubi alios sententiæ suæ testes laudat, Chamierium sc. Molinæum & Bochartum; A quibus dissentit Gervasius Tilberiensis (Mariano Scoto antiquior) in Orbis Descriptione, Othoni IV. Imp. dicata, quam MS. vidi apud D. If. Vossium.

In

In aliis omnibus eam omiserunt. Inde factum est, quod argumento utantur adversus hanc Historiam ab Anastasii silenti o, cui linguam præciderunt.

Idem in Dialysi Discussionis Grotianæ Roterod. 1646. p. 169. *Primatum illum quem usurpant non à Deo esse sed ab hominibus, nuper probavit, qui totam hanc materiam tractandam suscepit, & ejus fundamenta firmissima posuit, Vir Incomparabilis, maximus Salmasius, post quem Homerum si quis Iliada conscribere velit, inutilem laborem suscipiet.*

Idem p. 171. *Indicaveram præterea in primis Animadversionibus, Wallonis Messalini Dissertationem de Episcopis & Presbyteris, à quo unguem Grotius abstinuit, ut qui sciret neminem eum impune lacessiturum, & se ab eo metueret, relicta Petavio sui defensione, qui nunc habet in quo se exerceat.*

Idem p. 604. *Dallæi de Pœnis & Satisfactionibus humanis Tractatum brevi Deo dante publici juris faciam; donec vir maximus, qui jamdiu paratam habet de Pœnitentia veterum plenissimam Historiam, ex divite suo penu promat, quæ plenissime harum rerum Curiosorum votis satisfaciant. Aut fallor, aut is ipse est, qui nuperrime ad Justum Pacium sub nomine Simplicii Verini judicium suum protulit de postumo Libro H. Grotii.*

Fra Fulgentio nella Vita del Padre Paolo 1646. p. 228. *Fu visitato il Padre con Lettere da' piu Letterati di Francia, Gillot, Leschassier, Salmasio, Richer, Bocciello, Casaubono.*

Joh. Schildius in Extremis Senecæ Lugd. Bat. 1645. p. ultima. *De hoc antiquorum morbo, dicam, an licentia fingendi, & adulterina pro legitimis ostentandi, multa consulentibus nobis in comm. respondit, ac propediem plura seculo repræsentaturum se pollicitus est Illustris Vir Claudius Salmasius, quem si solem hujus Academiæ, principem eruditionis appellavero, omnia quidem magna & excelsa, sed infra meritorum ejus magnitudinem dixero.*

Johannes Pricæus Not. ad Apuleii Metamorph. 1650. p. 642. *Alludunt Saltatoriam & Pauli illa ὀρχηστικῶς καὶ τάξιν, ut monstravit (quo Opere autem non memini) Vir maximus Salmasius.*

Gaulminus ad Libros de vita & morte Moſis 1629. p.235. *Æſopus interpres Calliſthenis verſionem ſuam, Conſtantio Conſtantini M. filio dicavit, quam ex Codice doctiſſimi Salmaſii olim deſcripſimus.*

Joh. Seldenus in Uxore Hebraica 1646. p.424. *De feminis velandis conſule qui ad prioris Epiſtolæ ad Cor. cap. 11. ſcribunt, & virum præſtantiſſimum Claudium Salmaſium in Ep. ad Andr. Colvium de Virorum Cæſarie & mulierum Coma.*

Idem p.497. *De ſtrictiori τ περιτομῆς ſignificatione conſule inprimis eminentiſſimum bonarum literarum Principem Cl. Salmaſium in Trapezitico.*

Idem p.543. *Conſulas quæ aliam in rem de Judaiſmo ejusmodi retentione obiter optime monuit Vir maximus Cl. Salmaſius in Specimine illo ſingulari ac egregio medelæ febricitantibus ſubinde nimium & caligantibus in Sacri Sermonis explicatione myſtarum ingeniis, ex literis humanioribus liberaq; ac felici per eas ſacraq; ſimul diſquiſitione adhibendæ, Epiſtolam de Coma dico; quale item eſt eximium illud alterum de Uſuris.*

Frid. Spanhemius in Exercit. de gratia univerſali, Lugd. Bat. 1646. p.1313. *Poſtquam ſuperiora jam ſcripſiſſem, conſulere mihi viſum, quamvis in re obvia, ut Græcæ ſic omnis alius eruditionis principem, Illuſtrem virum Claudium Salmaſium, ſummum & incomparabile ſeculi noſtri decus, an τὸ γνωστὸν τ Θεᾶ exponi potius debeat per id quod poteſt, an per id quod debet agnoſci de Deo Rom. 1. 19. Reſpondit hæc verba: Quod attinet ad locum Pauli Rom. 1. 19. τὸ γνωστὸν τ Θεᾶ nullo modo exponi poteſt per id quod cognoſci debet de Deo; proprie id eſt, quod de Deo cognoſcitur. At illud quod cognoſcitur, illud ipſum eſt quod cognoſci poteſt. Et ſic γνωστὸν idem eſt quod noſcibile, ut τὸ αἰσθητὸν ſenſibile, τὸ νοητὸν intelligibile, ὁρατὸν viſibile & ἀόρατον inviſibile.*

Lege Clariſſimum Theologum M. Amyraldum p.124. Speciminis.

Hugo Grotius in Diſſertatione de Anti Chriſto p. 79. ad calcem Not. in Evang. Amſtelod. 1641. *Judicium de canone Paſchali libenter ego me viro eruditionis eximiæ & multis ex cauſis nobiliſſimo Claudio Salmaſio debere agnoſco.*

Gisbertus Voetius part. 1. Diſp. Select. p.761. *Poſt 1. hujuſce de creatione Diſputationis editionem Vir nobiliſſimus, idemque Celeberrimus Polyhiſtor, in antiquis Scriptoribus atque antiquitatibus*

tatibus versatissimus Salmasius, notas edidit in Epictetum & Simplicium, ubi ex professo eruit Stoicorum aliorumq; veterum Philosophiam de animæ humanæ natura & facultatibus.

Mon Pere écrivant à Mr. Blondel alors à Paris, de la Rochelle le 9. de Decembr. 1648. *Apres m'avoir brouillé les Cartes, vous voulez rendre ma partie plus forte par des Authoritez que j'avois voulu omettre, & que je comprenois sous le grand aveu de Mr. de Saumaise, qui a plus devoré de Livres que n'en a Serenus Sammonicus dans Jules Capitolin.*

J. Cabeliavius Claudio Salmasio suo S. D. *Convaluisse te, vir Divine, Amice maxime, non sine ineffabili lætitia intellexi. Unde & meritò Deum jam devotius venerari pergo. Nec enim tanto Musæ Antistite adhuc careant. Dilexisti me semper, quod ego quidem rebus omnibus humanis, quæ vel ter-optatæ mihi cœlitus contingant, hactenus præfero, ut quod optem amplius, nihil omninò appareat; nisi hoc unum forte, ut Cabeliavium, cœlestium tuarum virtutum & doctrinæ planè incomparabilis observatorem ac cultorem maximum, pro singulari humanitate tua, pro fide tua & constantia peramare dures. Ita tandem, video, omnis* Κυναλώπηξ *in me penitus segnescet. Quamquam homines nequam & malignos, te amico saltem & patrono, magnopere quid curo? Mitto nunc ecce Epithalamium tuum, perelegans & venustum totum, in nuptias olim nostras pleno conditum adfectu. Curabo hoc igitur recudi, te volente tamen & sinente. Causam nosti. Medium tituli spatium vides, quod honore velis nupero replere. Non obstrepo pluribus. Ita salve, mi Heros, & perseverame dignari. In Bellestano nostro. Ipsis Kal Majis, 1651.* Ex Autographo.

Jac. Ouzelius ad Minutium Felicem, p. 9. 1652. *Manum prius osculari solebant, ac tum demum eam versus illum quem adorabant porrigebant, ut recte contra Lipsium observat vir stupendæ & admiraculum reconditæ eruditionis excellentissimus Salmasius in Notis ad Fl. Vopisci Probum.*

Alexandre Morus à Mr. de Saumaise; *Monsieur, Madame vostre Femme m'a defendu de vous escrire en autre langue que celle qu'elle entend & parle si bien. Vous me permettrez donc de vous dire en bon François, que nous sommes tout estonnez d'avoir si peu de vos nouvelles: Et si j'estois aussy familier avec Monsieur de Mevizan qu'avec Mr. du Plessis, je le prierois qu'il luy pleust m'envoyer toutes les semaines un billet* Ex Autographo.

qui m'informaſt de voſtre ſanté, qui eſt la choſe du monde dont je ſuis le plus en peine. A preſent que vous avez noſtre Mr. Grand maiſon, j'eſpere qu'il aura la gloire de vous ramener, & vous Monſieur celle d'avoir fait mentir tant d'oiſeaux de mauvais augure, qui crient jour & nuit à mes oreilles* le grand Pan eſt mort. *S'il eſt bien vray que cette unique Reine m'ait envoyé ſon Portrait, (car je ne puis encore m'aſſeurer d'un ſi grand bonheur) il faut que je luy rende tous les hommages dont je ſuis capable. Faites moy ſavoir voſtre avis ſur ce ſujet, Monſieur, afin que je ne face point de contretemps: Et ſi quelque jour par hazard il ſe parloit de moy devant ſa Majeſté, faites moy la grace de ne perdre point l'occaſion de luy dire, qu'en la conqueſte qu'elle a faite de tant de cœurs, le mien eſt le plus aſſujety & le plus plein de l'admiration de ſa vertu & de ſa gloire. Que ne ſuis-je maintenant à vos coſtez & ſous voſtre aile! Pourquoy faut il que je contemple de ſi loin, & que je me conſume en ſoupirs avant que je meure! Ne ſeray-je point admis à la veue de vos grands myſteres? Que faut il faire pour meriter de voir voſtre Deeſſe? Si cet Aſtre eſtoit au ciel nous le verrions tous, & Dieu l'ayant envoyé ſur la terre, faut-il que nous ſoyons privez de ce bonheur? Je ne le verray donc que ſur une toile; je ne verray que la ſeule ombre de la lumiere dont vous jouiſſez: qu'il me ſoit permis de philoſopher pour ma conſolation & de croire que Dieu m'a voulu preſerver de l'Idolatrie par ce moyen: Car ſi j'eſtois de l'ordre de ces Bien-heureux qui voyent ce miracle en original, je ſuis aſſez fragile pour eſtre tenté de flechir le genouil & d'offrir quelque grain d'encens. Je l'avoue meſme il eſt à craindre que ſon image face tort à Dieu dans nos Iles, & qu'elle n'eblouiſſe nos yeux bien qu'elle ne doive paroiſtre que ſous la nuée. Je l'attens avec une devotion que je n'interrompray jamais, & que je ne crois plus interrompre, puis que je me dis,* &c.

*De eo Sarravius in Epiſt. p. 263.

Coſtar dans ſes Entret. avec Voiture, p. 16. 4. *Il faut que je conſulte les Oracles & que je m'adreſſe aux Saumaiſes & aux Menages qui ſont les Garde-treſors de l'Antiquité, & qui voyent ſi clair dans les plus noires nuits des Hiſtoires & des Fables les plus eloignées qu'il ſemble qu'ils ayent eſté de tous les ſiecles & de tous les regnes.*

Jacobus Gothofredus initio Proleg. in Philoſtorgium, 1643. *Joh. Antiochenſis, libro περὶ διαιτολογίας, Heraclio Imperante, ſub initium ſeptimi ſæculi, nonnulla è Philoſtorgii Hiſtoria deſumpſit, quæ habes in ſummi viri amici mei Cl. Salmaſii Plinianis lectionibus.**

* In Cap. 35.

Cor-

Cornelius Tollius Lectori in Palæphatum de Incredibilibus, 1649. *Animum imprimis confirmavit vir illustrissimus & incomparabilis Claudius Salmasius, qui Palæphati & Phornuti suppeditavit mihi ex veteri libro Londinensi ἀπόγραφον.* v. Tollii Notas in eundem Authorem.

Adolphus Vorstius in Pet. Cunæi funebri Laudatione, An. 1638. *Postremis vitæ annis admirari quoque cœpit Cl. Salmasium, promptuarium illud omnigenæ eruditionis inexhaustum & Academiæ nostræ ac literarum pereuntium nobile fulcrum, eoque insuper uti familiarius.*

Balzac dans ses Oeuvres diverses 1644. 4. p. 68. *Avant que de rien determiner sur les Lettres écrites à Cleopatre, * il n'y aura point de mal de consulter l'infallible Monsieur de Saumaise. Les Responses qui se rendoyent autrefois à Delphes, n'estoyent point plus certaines que les siennes. Tous les Imposteurs de l'Antiquité: Tous les Sinons & tous les Ulysses de Grece ne sont point assez fins, pour luy faire prendre l'un pour l'autre. Et il nous dira d'abord si ce que nous luy presenterons est legitime ou bastard, si c'est or de Mine ou or d'Alchymie.*

*Harum Epistolarum his verbis meminit Doctissimus Barthius Animadver. ad Claudianum p. 285. edit. 1612. *Cleopatra in nuper editis Epistolis illis, de quarum germanitate adhuc sub Criticis est, centum & sex viros exhausisse memoratur.*

Le mesme dans son Barbon 1648. p. 18. *Nostre incomparable Saumaise, qui se joue des Gryphes & des Enigmes, qui ne trouva jamais de lieu difficile, en quelque part de la Rep. des Lettres qu'il ait mis le pied; qui a fait des chemins dans les Precipices, qui a penetré par tout, s'arresteroit icy sans esperance de passer outre; luy qui sçait les secrets de Lycophron & de Perse, avoueroit que cet homme est beaucoup plus couvert, & plus dissimulé qu'eux.*

Balzacius Dan. Ferrerio p. 264. Epist. à Menagio editarum 1651. *Libellos meos laudat sæculi sui Phœnix, Clarissimus Salmasius, de quo dixit jampridem Virgilianus Jupiter.*

Huic ego nec metas rerum nec tempora pono,
Ingenium sine fine dedi,

Et nuperrime Mercurius Grotianus, teste optimo Cordesio, si sit aliquid, quod nesciat Salmasius, id non homini sed scientiæ deest.

Has Epistolas, Amstelodamenses Typographi nuper recuderunt, cum Sciopii Notis in Priapeia.

Ægidius Menagius Sereniss. Christinæ in Epistolas Balzacii, 1651. *In Latinis, quantum quidem ego judicare possum, non paucos procul à se reliquit. Atque ita mecum sentit, à quo dissentire nefas, Claudius Salmasius, vir undecunque doctissimus, & qui divinis in omni disciplina lucubrationibus hoc consecutus est, ut*

jam non hominis, ſed ipſiusmet ſcientiæ Salmaſius nomen habeatur.

Mauſſacus Not. ad Plutarchum de Fluminibus, &c. p. 229. & ſeq. Καὶ τότε φρονήσεις ὅταν ἔσῃ μάτλω φρονῶν) *Certa eſt hujus verſus hæc reſtitutio, cujus primus Parens eſt Claudius Salmaſius vir ſtupendæ eruditionis, qui cum locum hunc à me tentatum in notis ad Harpocrationem voce νεβείζων obſervaſſet, amiciſſimè poſtea communicavit, quid de eo ſentiret.*

Moyſe Amyraut dans ſon Traité de la Vocation des Paſteurs 1649. p. 273. *Les Anciens & les Modernes ont prouvé ſi clairement que les Eglizes eſtoyent autrefois gouvernées par le commun Conſeil des Paſteurs ou Anciens, & depuis n'agueres encore le premier homme de noſtre ſiecle en a eſcrit de telle ſorte qu'il n'eſt pas beſoin qu'on y retourne.*

Idem in Compellatione ad Phil. Vincentium 1649. p. 33. *Habeo penes me literas illuſtriſſimi & incomparabilis Salmaſii, quæ me docuerunt, Spanhemium, poſtquam animum ad me refutandum appulit, partim ægritudine animi, partim labore corporis propemodum inſano adeò ſeſe fatigaviſſe, ut bis terve lectulo affixus, & ſemper cum aliqua invaletudine luctatus, tandem aliquando toto corpore veluti ſideratus animam exhalaverit.*

Michel le Faucheur dans ſon Traité de la Cene, 1635. p. 191. *La Liturgie Egyptienne attribuée fauſſement à S. Gregoire,* Je t'offre Seigneur les Symboles de ma rançon; *car il y a en l'Egyptien* NICYMBOAON, *c'eſt à dire τὰ σύμβολα, ainſy que j'ay appris de ce grand & incomparable homme Monſieur Saumaiſe, qui en a un ancien MS. & non comme a traduit Victor Scialac Maronite du mont Liban,* Præcepta Liberationis meæ.

Hunc locum mihi indicavit chariſſimus cognatus D. Elias Bohierellus.

Moſes Amyraldus Præfat. in Specimen, p. 38. *Domum reverſus, & ab ea cura, quæ me ante Synodum ſollicitum habuerat, planè liber, verum domeſticis curis implicitus, quid vir doctus de noſtra controverſia decreturus eſſet, conſtanter opperiebar: Donec illuſtriſſimus & ſupra omnium laudes Salmaſius, item Clariſſimus Rivetus, certum ex incerto reddidere. Alter enim cum rogatus mitteret ad me humaniſſimè neſcio quod remedium ſaluberrimum à ſe probatum, ut ſi qua ratione poſſem, morbum quo unica mea, & verè unica, filia conflictabatur, quoque tandem incredibili domus meæ luctu extincta eſt, levarem,*

(quo

(quo nomine sibi me vir incomparabilis in æternum obstrinxit) scripsit, viro docto ita constitutum esse mecum inire certamen, ut jam in ejus Opere prela sudarent.

PLempius Lectori, in Avisenæ partem à se versam & Scholiis illustratam, Lovanii 1658. fol. *Significatur nunc mihi ab Amicis, Medicum quendam in Normannia, nomine Vaterium (quem Arabicæ linguæ scientissimum ferunt) novam Avisenæ versionem feliciter absolvisse, jamque ad editionem parare, quam ego videre discupio.*

Monſieur Bochart dans une Lettre qu'il m'a fait l'honneur de m'écrire, de Caen le 20. Feurier 1665. *On peut dire de M. Vattier que* viribus ingenii poteſt ſuper aſtra volare. *Il eſt Normand d'aupres de Lizieux, fort attaché à l'eſtude; il a fait des Notes ſur le premier livre d'Hippocrate* de diæta, *& ſur celuy de* Veteri Medicina, *& fait des Abregez en Grec de pluſieurs livres de Galien. Il a traduit en François la Logique d'Avicenne & l'Hiſtoire de Tamerlan qui ſont imprimées. Il a auſſi fait une traduction nouvelle de tout le Canon d'Avicenne en latin fort elegant.*

GILBERTUS GAULMINUS, *Molinenſis.*

HOdierna luce fruitur, & diu precor fruatur, præclarum Sæculi decus, D. Gilbertus Gaulminus, fere octogenarius, de quo jure merito in hæc verba Vir, quem ipſe agnoſcit ſupra laudem*, Mauſſacus, Epiſtola Præfatoria in Pſellum de Lapidum virtutibus, A. 1615. *En tibi, Gaulmine Vir Præſtantiſſime, Pſellum tuum, quem nuper nomini tuo, dum una Lutetiæ verſaremur, dicandum deſtinaveram. Tuum illum dico, non tam quod tibi ex pollicitatione debeatur, quàm quia nemo melius te dignitatem ejus & excellentiam novit, quod, etſi laudum virtutumque tuarum perpetuus præco non eſſem, probarent tamen ſatis breves illæ eruditæque notæ, quas paucis diebus, ut omnes amici tui ſciunt, effutiiſti potius, quàm meditatus es in obſcuriſſimum ejuſdem Authoris de Dæmonum Operatione libellum.* Paulo poſt, *Magnum eſt fateor, ab erroribus, qui veterum libros obſident, eos purgare & liberare, ſed confuſiones, quibus mens authoris obſcuratur, ordo & ſeries operis turbatur, ſimiliaque monſtra domare, majus illud opus eſt. Quod tu probè noſti, Mi Gaulmine, qui in iſtis adeò es τριβωνευόμενος, ut è pauciſſimis, qui in hoc ſenio Literarum idem dolium verſant, non verear te principem conſtituere, licet eam ætatem adhuc non attigeris, qua majores dicimur. Tanto enim ingenii acumine polles, ut quæ alii aſſecuturos ſe vix audent ſibi polliceri multorum annorum curriculo, tu breviſſimo ſpatio ipſo temporis puncto & momento ea non ſolum attingas, ſed & longè majora*

* Not. in Theod. Prodromum p. 541.

majora & difficiliora. Circa finem Epistolæ hæc habet, *Unum te novi, Gaulmine, qui plures linguas calleas, & earum cognitioni sedulo quotidie incumbas. Mirata est olim Athenæi ætas aurea & cultissima homines* διγλώττους: *Vide amabo te quid nostra ferrea factura sit, quæ virum non* δίγλωττον *duntaxat, sed* πεντάγλωττον *habet, quem priori illi sæculo opponat. De te loquor, Gaulmine, quem omnes, qui te de facie noverunt, sciunt Arabismi scientissimum, Hebraismi, Turcismi, de linguis etiam Græca & Latina quid attinet loqui? cum in eis tantos progressus jam feceris, ut pauci qui tecum possint comparari in earum cognitione, supersint, qui te superet, nemo. Novit hoc probe pridem Senatus Parisiensis, à quo cum Præfecturam tuam ambiebas, tantis oneratus es laudibus, ut in magistratuum numerum, contra quam vetant hujus imperii leges, te sine probatione cooptaverit. Nulla autem earum linguarum Orientalium est,* καὶ τοῦτο θαυμαστότατον, *quam intra paucos menses perdiscere non possis, dummodo fido liceat uti tibi præceptore, tam tenaci memoria gaudes, tanta discendi & literas tractandi cupidine. Faxit Deus, qui nos & nostra omnia temperat, ut Nestoreos ad rei literariæ incrementum superes annos, & tarda sit illa dies, quæ te nobis eripiet.* Hucusque Maussacus.

Gaulminus ad Libros de vita & morte Mosis, p. 248. Gabrielem Sionitã Præceptorẽ suum vocat.

Gaulmini Scripta.

Prolixa Epistola ad Card. Richelium in Epinicia Musarum ad eundem, Paris. 1634. 4. Cum Variis Carminibus ejusdem.

Epigramma in Adami Blacuodæi Opera, Paris. 1644. 4.

Michael Psellus de Operationibus Dæmonum Gr. & Lat. cum Not. Lut. 1615. 8. In notis p. 129. citat Libellum de Magia Druidarum.

Eustathii Amores Ismenii & Ismeniæ Gr. & Lat. cum Not. Paris. 1618. 8. In Præf. ad Lect. pollicetur Prolegomena de omnibus Vett. Græc. Amatoriis Scriptis, & Librum singularem de Infanticidiis Afrorum.

Liber Rabbinicus de vita & morte Mosis cum Notis, Lut. 1629. 8. In Not. p. 207. promittit librum de Ritibus Judaicis N. T. ut p. 253.

Theodori Prodromi Rodantes & Dosiclis Amatores, Gr. & Lat.

Lat. cum Notis, Pariſ. 1625. 8. In quorum pag. 484. & 530. pollicetur Notas ad Heliodorum, ut ad Libros de vita & morte Moſis p. 228. & 235.

Pag. 522. citat Hiſtoriam ſuam Hieroſolymitanam, ut p. 377. Not. ad Libb. de vita & morte Moſis.

Pag. 525. Citat Librum 2. Amorum.

Pag. 541. pollicetur Libros de Rep. Carthaginenſium, numero 3. ut patet ex Præf. in Euſtathii Amores.

Pag. 543. *Hymnos aliquos in laudem herbarum quarundam edendos curabimus.*

Pag. 548. pollicetur Libros Arcanæ Vet. Chaldæorum Theologiæ.

Pag. 559. pollicetur ſe brevi editurum Fragmenta Libri Epicuri περὶ τέλους.

Pag. 563. pollicetur Notas ad Calliſthenem, quem vocat, *Autorem, licet ἀγνῶτον, non tamen prorſus contemnendum.*

Idem Calculum ſuum adjecit Lexico Hebræo-Rabbinico Phil. Aquinatis, quem Præceptorem ſuum vocat. Opus Lutetiæ excuſum eſt Anno 1629. fol.

Epiſtola ad Ampliſſimum virum D. Gevartium (cujus doctiſſimo colloquio frui licuit Antverpiæ) hujus Electis inſerta.

Variorum Teſtimonia de Gaulmino & ejus Scriptis.

Vide Appendicem. JAcobus Humius (de quo alibi) Epiſt. Præfatoria ad Gilb. Gauminum, ad calcem Poematum, Pariſ. 1639. *Totus ad Hiſtorias ſcribendas animum applicui, Idiomate cujus nemo te peritior, ſive ligata oratione ſive ſoluta ſcribas. Natura tibi quod non Ciceroni, conceſſit, ut optimus eſſes Orator, ſimul optimus Poeta. Raro eodem loci reperiuntur ſublime ingenii acumen & ſolertia. Cæterum tu juxta rerum atque literarum peritus, & hujus ſeculi Mirandula; in Miniſteriis Regni obeundis ſagacitati adjeciſti omne ſcibile. Cui Platonis & Ariſtotelis ſcientiæ artesque ut patrium*

trium Idioma familiares, patentq; Sacri fontis Mysteria. Hinc Chaldæorum Sapientia manifesta, & quicquid Syriaci sermonis tenebris offunditur. Quin etiam Arabum arcana, callidaq; Mahometi figmenta, & solertem nequitiam scrutatus. Neq; Persæ neq; Armeni tibi inaccessi. Musarum Decus & Musæ tibi decori, & virtutes literis, & literas virtutibus ornasti, & Reginam virtutum Justitiam factis magis quàm oratione doces, atq; jura callere & verba & actiones confitentur.

Jac. Phil. Maussacus Not. in Harpocrat. p. 180. Paris. 1614. 4. *Apud Psellum de Dæmonibus pro κατὰ κόρος, restituendum κατὰ κορρὴς, ex elegantissima conjectura præstantissimi Gauminii, cujus beneficio Autorem illum, non hactenus Græce excusum, habemus; & brevi Eumathii de Hysmenii & Hysmenes amoribus Libros habituri sumus, magno quo pollet ingenii acumine versos, & notis eruditissimis illustratos.*

Idem Notis ad Plutarchum de Fluviis, 1615. p. 300. *Præstantissimus & præcellentis ingenii vir G. Gaulminus vellet κατὰ τὴν ἀσθένειαν, eruditè sane & acute, probabilius siquidem est hirundines Lapides illos Collotes colligere solitas, quo tempore non abundat aquis Nilus, quam cùm inundat.*

Salmasius Jacobo Golio, Divione Id. Febr. 1636. *Quod ad Libros illos Arabicos spectat, qui venales prostant, Gaulminum Puteanus esse, qui emptionem eorum Librorum ambiret, me certiorem fecit. Ditissimus est & cupidissimus, addo & scientissimus illarum linguarum. Non difficulter itaq; crediderim pretii rationem neglecturum, modo cupiditati faciat satis. Ut vetus ille Amicus meus est, non despero, si emat, fore ut usum impetremus ab eo quorumcunq; voluerimus exemplarium; ubi rescivero emisse, non mihi deero.*

Joh. Crojus in Specimine Observ. ad quædam Patrum loca 1631 *Ursorum specie apparuisse Dæmonas observaverat Psellus & nos docuerat, nisi Librariorum oscitantium manus illi autori mendum tanquam vulnus inflixisset, quod cùm dulcissimum Musarum Decus & Orientalium literarum Columen Gaulminus non animadverterit, nos corrigemus & tollemus.* Pag. 15.

Idem in Observ. in N. T. 1644. p. 280. *Ῥωδιὸς vero pro ἐρωδιὸς dicitur eadem ratione, qua ῥίσαντες pro ἐρίσαντες, ut observat Hesychius; recte itaq; loco Ῥωγίον legendum asserimus Ῥωδιὸν. De hac correctione judicent Gaulmini, Salmasii, Petiti, Gronovii; neque solum*

lium ſummi illi viri, quos colimus & qui nos amant, verum etiam ipſe Petavius.

Le meſme dans ſa Reſponſe à Balzac ſur la Tragedie d'Heinſius intitulée, *Herodes Infanticida, 1642. Heinſius pourroit porter veritablement le titre de grand & d'incomparable, ſi Gaulmin & Saumaiſe ne vivoyent en meſme temps que luy.*

Johannes Burdelotius Animadverſ. ad Heliodorum p. 2. Pariſ. 1619. *Quis non tractat & legit Euſtathii Ἐρωτικὰ luci à te, Clariſſime Gaulmine, Decus noſtrum, reſtituta?*

Gaſſendus in Vita Peireskii, ad A. 1619. *Barclaji opera uſus, Exſcripta habuit ex Vaticano Codice Erotica varia ingratiam G. Gaulminii inſignis bonarum literarum Luminis, cum accepiſſet ea deeſſe in Theod. Prodromo tum brevi edendo ex Salmaſiano Codice, ut ille quod teſtatus eſt in Præfat. ad Lectorem.*

Le P. Jacob dans ſon Traité des Bibliotheques 1645. p. 510. *La grande cognoiſſance des langues & des ſciences qu'a M. Gilbert Gaulmin natif de Moulins en Bourbonnis, Maiſtre des Requeſtes de l'Hoſtel du Roy, luy a acquis cet honneur & reputation d'y eſtre tres expert, comme il appert par les Oeuvres Latines & Grecques qu'il a compoſées: Auſſi il ſe peut vanter d'avoir une excellente Bibliotheque en bons Livres, particulierement en ceux des langues Grecques, Ambiques & Hebraiques.*

Simeo Muiſius in Appendice ad Aſſertionem 2. Verit. Heb. contra Morinum 1634. *Poſteaquam Azariæ Librum tandem inventum mihiq; à D. Gaulminio Regi à Libellis, Scientiarum ac linguarum omnium viro, commodatum legi, affirmo omnibusq; denuncio, aliter omnino ſentire Azariam ac dicit Morinus.*

Andr. Rivetus in Catholico Orthodoxo, Gen. 1644. p. 104. *Videtur hoc ex Apocrypho aliquo Libro deſumptum, qualem nunc habemus à Doctiſſimo Gaulmino editum, de morte Moſis, in quo aliquid tale legitur de Michaelis cum Samaele contentione.*

Gabriel Naudæus in Panegyrico pro Campanella 1645. p. 128. *Nuper Gaulminus dicebat, infelix eſt eruditio, ſcire quod multi neſciunt, periculoſa etiam, intelligere quod omnes ignorant.* *

*Sic inchoat Gaulminus Epiſt. Præfatoriam in Libros 3 de vita & morte Moſis, ab eo verſione & notis illuſtratos.

Voſſius in Opere de Hiſt. Græcis 1651. p. 491. *Quod Euſtathium ſex Librorum de Iſmenes & Iſmenii Amoribus Autorem eſſe ajunt, id plane incertum: quando in Libb. nonnullis Eumathius vocatur. Cujus rei mirum non meminiſſe Doctiſſimum Gaulminum, qui primus eum*

eum edidit Scriptorem. * Meminit tamen Gaulminus, sed ad Psellum, in Indice Authorum.

* Idem notat Casaubonus in Epistola ad Jungermannum. p. 486. Epist. edit. 2.

Mr. Menage dans ses Origines de la langue Françoise 1650. p. 175. au mot Candi, *Mr. Gaulmin m'a dit autrefois qu'il croyoit que de l'Arabe Elkendit, nous avions dit Sucre Candi.*

Mr. Boileau dans son Avis à Mr. Menage sur son Eglogue intituleé Christine 1657. p. 79. *J'ay appris du savant Monsieur Gaulmin, qui est un juge Souverain en ces matieres, que toute la Poësie des Anciens Hebreux ne consistoit que dans les accens.*

Balzac Entretien cinquiesme, Ch. 1. *Que n'ont point dit de la Rose les Muses Grecques & Latines? Pour les Hebraiques, je m'en rapporte à Monsieur Gaumin & à Madame que vous cognoissez.* *

*Touch. cette mesme Dame voyez Balzac criant à M. Chapelain Liv. 6. Lett. 23.

Mr. Daillé le Fils dans une Lettre qu'il m'a fait l'honneur de m'écrire, de Paris le 16. de May 1663. *Je ne sache rien de particulier touchant M. Gaulmin, sinon que c'est un des plus savans hommes de l'Europe pour les langues Orientales: Il est à present fort vieux, & je croy qu'il est le Doyen des Maistres des Requestes & des Conseillers d'Etat.*

De eodem Carolus Annibal Fabrotus, Not. in Theophili Institutiones Paris. 1638. p. 44. bis. Seldenus p. 10. Præfat. in Dissert. de Vet. Jud. Anno Civili & Kalendario, 1644. Burdelotius Animad. ad Heliodorum p. 4. 21. 23. 29. 32. 58. & 121. Boxhornius Not. ad Suetonium 1632. p. 592. Vossius in Addendis ad Lib. 1. To. 1. Operis de Idololatria. Naudæus in Panegyrico pro Campanella p. 99. Nic. Borbonius in Poemat. p. 163. edit. 1630. Balzac dans ses Oeuvres Lat. p. 40. edit. 12. Voiture dans ses Poesies p. 140. 1656. Gevartius in Electis. Menagius ad Laërtium & alii.

SAMUEL BOCHARTUS, *Rothomagensis.*

CAdomi hodie claret D. Samuel Bochartus, ejusdem urbis vigilantissimus Ecclesiastes, & linguarum Orientalium ad stuporem peritus; Hic cum à teneris unguiculis Hebraicas literas ardentissimo studio amplexus esset, tantum in iis brevi profecit, ut non solum Prophetarum textum, sed & Rabbi-

norum in illum Commentaria optimè intelligeret. Sed cum linguæ ab annis bis mille intermortuæ multas voces ab ipsis Hebræorum magistris ignorari deprehendisset, Syriacæ quoque, Chaldaicæ & Arabicæ linguæ notitiam haud vulgarem, adhuc adolescens sibi comparavit, celeberrimis usus Magistris, Ludovico Cappello Salmurii, & Thoma Erpenio Lugduni Batavorum; quibus adhinc aliquot annis accessit etiam Æthiopica, Jobo Ludolpho duce, (de quo alibi) non Germanorum modo, sed & Europæorum omnium in ea lingua, longè eruditissimo. His præsidiis instructus, varia scripsit, quorum Catalogus talis est.

Versus Græci, cum adhuc Classicus esset, in Tho. Dempsteri Commentarios in Antiquitates Roman. Rosini, Paris. 1613.

Epistola ad Ant. Walæum Leydensem Theologum, de motu voluntatis per intellectum, Cameronis Operibus inserta.

Une Conference entre luy & Veron, imprimée à Saumur l'an 1630. 2. vol. 8.

Epistola ad D. Morleyum de Presbyteratu & Episcopatu, &c. Parisiis & Lugd. Bat. excusa. An. 1650.

Geographia Sacra. Cadomi 1651. fol. In hujus Præfatione ait se hoc Opus edere tanquam Appendicem ad Libellum de Paradiso propediem edendum: Libro 1. c. 15. ejusdem Operis, pollicetur se palam aliquando facturum, Jobum cum Arabica lingua plurimam habere societatem.

Hierozoicon sive Opus de Animalibus Biblicis, Londini 1663. 2. vol. fol.

Une Lettre à M. la Barre Jesuite, l'an 1661. 8.

Elegia ΠΑΡΑΜΥΘΙΚΗ in Petri Mosantii obitum, ejusdem Tumulo Cadomi A. 1655. excuso, inserta.

Carmen Epicedium Lud. de Zelts immatura morte præreptø, An. 1660.

Vario-

Variorum Testimonia de Bocharto & ejus Scriptis.

Pierre du Moulin à Mr. Bochart son Neveu, sur l'Antibarbare, à Sedan 1629. *Quant à moy ayant tantost achevé ma course, je m'esiouis de laisser apres moy des personnes douées des graces de Dieu en plus grande mesure, & particulierement un Neveu que j'ay aymé d'une affection paternelle: Lequel marchant par les pas d'un Pere vertueux & dont la memoire est en benediction en l'Eglise de Dieu, surpassera encore ses devanciers, & sera un exemple à la posterité.*

Andreas Rivetus *Sam. Bocharto Affini meo* in Cathol. Orthod. 1629. *Cùm nuper Veronus voluit bellum suum instaurare, & te, Charissime Nepos Bocharte, Adversarium deligere & provocare, effeciisti per Dei gratiam, ut sentiret, juventutem tuam non esse despiciendam, ejus in Græcis & Heb. Literis infantiam detexisti, & impudenti ipsius Sophisticæ injecisti frena.*

Jac. Crucius Barth. vander Mastio, Cadomum, Delphis 6. Kal. Feb. 1632. *D. Bocharto hospiti tuo, quo viro non vivit, ut audio, sub Sole officiosior, plurimam à me salutem.*

Matth. Bochart dans son Tr. des Reliques p. 77. 1656. *Pour Bostra dans l'Itineraire du Juif Benjamin, il faut lire Basora, ville tres connue en cet endroit là, au lieu qu'il n'y a point de Bostra selon que m'en a averty M. Bochart de Caen mon Cousin.*

Joh. Jonstonus in Naturæ Constantia, Amsterod. 1632. p. 89. *Grammaticam Arabicam ante Raphelengium, Baptistam* & Erpenium nemo dedit, nunc hujus linguæ peritissimi Golius Acad. Leydensis Professor, Bochardus apud Cadomenses, Schickardus apud Tubingenses, & alii reperiuntur.*

* Is est Joh. Baptista Raymundus, de quo cum bono Deo alibi.

Mr. Ménage dans ses Origines p. 282. cite la Geographie S. de Mr. Bochart, apres quoy il ajoute, *L'ouvrage le plus docte qui ayt paru de nos jours, & que j'estime encore davantage que je ne l'ay loué par mes vers.* a

Le mesme p. 714. *J'ay consulté sur le mot Elixir M. Bochart, qui est un des hommes du monde le plus intelligent dans les langues Orientales.* Voyez aussi les pages 654. & 822.

a) Ces vers se lisent dans les Poesies Lat. de M. Menage, & au commencement de la Geogr. de M. Bochart.

Mr.

Mr. Sarrau dans une Lettre à Mr. de Saumaise MS. gardée par M. Gudius qui a eu la bonté de me la communiquer, *Vous appellez par raillerie mes trois mignons, trois grands & illustres personnages* *, *estimez de tous ceux qui les cognoissent, qui ont eu grand respect & honneur pour vous, & peut estre que je n'y ay pas peu servy. Si vous n'estes pas de leur avis, ils ne sont pas aussi du vôstre, & ne voudroyent pas avoir dit de vos escrits ce que vous dites des leurs; encore que peut estre ils y puissent faire quelque égratigneure; Mais quand ils vous rencontrent en leur chemin ils baissent la lance. Si pourtant il vous prenoit envie de leur rompre en visiere, vous les trouveriez fermes sur les arçons, & verriez mesme qu'ils laschent le coup de pistolet à propos. Pas un de ces Messieurs là n'a jetté aucune pierre en votre jardin, au contraire ils y ont planté des fleurs, & vous en ont couronné la teste; voila la recognoissance qu'ils en reçoivent. Il me semble que c'est vouloir dominer par tout & abbatre tout. Vos raisons vous semblent excellentes, & je ne nie pas qu'elles ne soyent telles que souvent elles ne portent coup. Mais le vent Borée n'abbat pas toutes les tours contre lesquels il souffle, & souvent apres avoir bien fait du bruit, il se trouve qu'il n'y a qu'une ardoise de cassée.*

* Messieurs, Blondel, Amyraut & Bochart :

Jean Fr. Sarasin dans sa Dissertation du Jeu des Eschecs, à la p. 246. de l'edit. 12. de ses Oeuvres publiées par M. Menage; *Monsieur Bochard que je tiens un des plus sçavans hommes du monde, & dont l'opinion est aussi estimée la plus probable par nôstre sçavant Amy M. Menage, escrit dans sa Geographie Sacrée, que le mot de Schah tousiours signifié Roy parmy les Persans.*

Jobus Ludolphus Præf. ad Lect. in Lexicon Æthiopico-Latinum, Lond. 1661. *Imprimis prædicandam habeo humanitatem ac benevolentiam D. Sam. Bocharti, qua me hospitem prosecutus est; Is viso Lexico meo, non solum studium probavit, sed & ipse aliquandiu eo usus fuit, eo successu, ut mox vice versa me utilibus præceptis instrueret, multaque suppeditaret, quibus Opus meum perfectius redderetur.*

J. M. Wansleben Lectori p. 375. ejusdem Lexici; *Retulit mihi Jobus Ludolphus, Clarissimum D. Bochartum memoriæ sublevandæ ergò radices illas Æthiopicas primum congessisse, postmodum nonnullas à se additas fuisse.*

Petrus

Petrus Gassendus in Epistola ad M. Neuræum, de Obitu Gabr. Naudæi, Paris. 7. Kal. Nov. 1653. *Vir eruditionis cumulatissimæ Samuel Bochartus.*

Abrahamus Ecchellensis in Historia Arabum p. 276. Chronici Orientalis 1651. *Eruditissimus vir Sam. Bochartus in Præf. prioris partis Geographiæ S. Arabes Sabæos à captivitate dictos vult.*

Joh. Jonsius in Opere de Scriptoribus Historiæ Philosophicæ; p. 286. *Batanea eadem est quæ Basan, quod benè observat sæculi nostri ornamentum Samuel Bochartus in Geographia S.*

Mericus Casaubonus ad Laertium p. 4. edit. Londinensis; *Samueli Bocharto divini ingenii viro, & pro tali jam olim mihi noto, & ex quo noto, culto semper & amato, haud invitus accedam.*

Joh. Ludovicus Fabricius in Oratione inaugurali de animorum immortalitate, consecrata memoriæ Ludovici de Rotenschild, Heydelbergæ 1660. *Cum tanta ipsi inesset sacrorum mysteriorum veneratio, eorum etiam Dispensatores in deliciis habuit; Clarissimis Belgii, Angliæ & Galliæ Theologis, magno in primis Bochardo familiarissimè notus & tenerrime carus.*

Idem ad calcem ejusdem Orationis; *Samuel Bochardus, illud sæculi nostri Miraculum, cujus si quis sit qui nomen ignoret, aut stupendam cum summa modestia conjunctam eruditionem non suspiciat, na illum penitus ἄμουσον esse oportet.*

Tanaq. Faber Not. in Longinum p. 288. & seq. Salm. 1663. *De hoc Homeri loco Athenæus, lib. 11. sed Samuel Bochartus, sacrarum humanarumq; literarum lumen clarissimum, rem pro sua singulari doctrina longè aliter tractavit in admirando Opere, cui nomen est* Phaleg.

Adam Olearius dans ses Voyages de Moscovie, &c. T. 1. p. 138. 1659.* *Pour en parler en Chrestien l'on peut dire avec le savant M. Bochart en son incomparable Phaleg, que la couleur noire des Ethiopiens est une marque de malediction en la posterité de Cham.*

Grotius Claudio Sarravio, p. 459. Epist. 1650. *Hellenistarum Idioma quod attinet, egregia sunt & magnam Hebraismi peritiam testantia, quæ observat Bochartus.*

Boxhornius Nic. Blancardo Lugd. Bat. 1648. *Originem nominis Gaza ad Phœnices retulit clarissimus Bochartus in Commentario de diffe-*

* Hujus loci me admonuit clarissimus consobrinus D. Petrus Hamelot, in supremo Senatu causarum patronus, vir politiorum literarum amantissimus.

dispersione Gentium, quem singulari Opere, quod inscripsimus Origines Gallicas, *refellimus.*

Idem in eadem Epistola, ἔρξις *Græcis est coercitio, inde factum nomen Dariaus, id est, Darii, quod proinde, ut bene judicat Sam. Bochartus vir eruditissimus, recte* ἐρξείην *Herodotus interpretatur.*

Antonius Hulsius in Oratione de Lingua S. 1650. p. 18. *Magna est inter Chananæum & Hebræum idioma affinitas, in quo demonstrando totus est vir summe eruditus Samuel Bochartus, in libro, cui nec nostra nec Patrum nostrorum ætas similem unquam vidit, dicto Phaleg & Canaan.* De eodem cum laude, Not. in Psalmos sæpè.

Brianus Walton in Dissert. de Linguis Orientalibus 1654. p. 20. edit. Daventriensis. *Observatione dignum est illud doctissimi Bocharti, qui multa de linguis antiquis nobis suppeditavit, Babylonem semper Hebraicæ linguæ fatalem fuisse, tum ob linguarum confusionem ibi factam, tum quod Judæi captivi ibi linguam patriam dedidicerint.*

Isaacus Vossius *Sam. Bocharto*, in Historiam Pelagianam Gerardi Patris, Amstelod. 1655. 4.

Ezech. Spanhemius in Specimine Critices, contra Amyraldum, p. 41. 1649. *Pro Hebræorum* בלור *Latini transpositione* R. & L. *Beryllus, quemadmodum Græce* Κλῆρος *pro* גורל, *ut vir magnæ eruditionis Samuel Bochartus observat, dixerunt.*

Edvvardus Pocockius Not. ad Historiam Arabum Gregorii Abul Faraji, Oxoniæ 1650. p. 85. *Quæcunq; autem fuerit Mavviah ista, ex eo quod tunc temporis Saracenis imperasse dicatur, argumentum sumit doctissimus vir Sam. Bochartus sententiæ suæ confirmandæ, regnasse apud Arabes feminas, eruditissimi Operis sui libro secundo, c. 26.*

Idem pag. 103. *Dushshara non alius est quàm (ut recte mihi observasse videtur clarissimus vir Sam. Bochartus)* δυσάρης, *quem scriptores Græci & Latini, Arabum Deum perhibent.*

Idem p. 107. *Quid vero* Ουροτὰλ *sive (ut in Ms. Bodlejano legitur)* ὀρατὰλ? *libens doctissimi vir Sam. Bocharti judicium secutus, ut de vocabulo, quod in usu esse desiiit,* ἀπέχω.

Petrus Borellus in Bibliotheca Chemica 1654. p. 48. *S. Bochartus in Phaleg suo adversus Chymiam quædam scripsit.*

Sarravius Jac. Palmario Grentmesnilio, Vandoperam, Lut. 14. Jul. 1639. *Bochartus ad vos rediit negotio ex animi sui sententia*

sententia confecto pro se affinibusque suis, uti ab eo cognoscere potuisti. Stipulanti spopondit Diatribam de Paradiso terrestri, de qua sodes aurem velle. Launæus Avunculus aliam poscit de Mandragoris.

Idem eidem Lut. 4. Non. Aug. 1639. *Nescio qui fiat, ut in tuis de Bochardo ὠδὲ γρύ. Eum ego virum Neustriæ vestræ Clarissimum jubar appellare soleo.*

Idem Hug. Grotio Lut. Id. Jan. 1640. *Interrogaveram Bochardum Cadomensem de lingua N. T. Helleniſtica; Responsum ejus vides, quo plane tecum sentit.*

Grotii ad hoc responsionem supra legito.

Idem Jac. Palmario, Vandoperam, Rothomag. Kal. Aug. 1640. *Bochartus nuper de Grotii Antichristiana Diatriba à me interpellatus, divinam Epistolam rescripsit, eo rationum pondere & momento, ut nihil validius subtiliusve possit in eo genere cogitari. Urge quæso, ut scriptionem perficiat & publici juris faciat; ex qua magnum authori decus & puriori Ecclesiæ compendium maximum accedet.*

Idem Salmasio Lut. 15. Mart. 1645. *Cadomensis Bochardus eruditissimum Commentarium ad Gen. caput decimum perfecit; in quo Geographiæ S. illustris & nova tractatio cum omnigena doctrina conjuncta suaviter te afficiet. Majus nostro testimonium habet ab Amplissimo Bignonio, qui hodie mihi affirmavit Scaligerum, Drusium, Fullerum præ hoc nostro ineptire.*

Idem eidem Lut. 9. April. 1644. *Gratiarum actioni, pro Libris donatis, literas miscet Bochartus noster, sed elegantes & suaves. Tu verò humaniter ut soles rescribe. Ille enim est Cadomensis noster, qui te plurimum colit & amat, quique ob immensam suam eruditionem dignissimis tuis meritis verum pretium ponat.*

Idem eidem Lut. 19. Mart. 1650. *Penes me est grandis Bocharti nostri Epistola super Anglicana anni proxime præteriti Tragœdia. Jus Regium it stabilitum maxime ex S. Scriptura, & à nostris suspicionem amolitur, qua nonnulli eos infamant. Nisi Morleyus Regis Sacellanus, cui inscripta est, editionem procuret, hoc alii præstabunt; iniquum enim esset adeò pium & nobilem fœtum premi & suffocari.*

Idem Jac. Palmario, Roth. 6. Id. Nov. 1640. *Quicquid caussæris; quod magno Bochardo ad magnum Salmasium propius*

cognoscendum, te non addideris comitem, me judice non potes absolvi. Quanto gaudio perfusus esses, audiendo Bochartum de mille arcanis Salmasium sollicitè & curiosè interrogantem, nunquam inanem recedere. Jurasses non defeciſſe Oracula. Scias oportet maximo in pretio apud eum esse Boch. noſtrum, gratiasque mihi ſingulariter actas, quod eum huc evocaſſem.

Idem Iſ. Voſſio Holmiam, Lut, 26. Mart. 1650. *Tuas ad Bochartum ſedulò & tutò curavi, & putojam reſcripſerit, alia via quàm mea uſus. Ejus Liber de Animalibus Biblicis abſolutus eſt, & brevi typographo tradetur. Non difficulter autem ab eo quod volebas impetravi, ut eum inſcriberet Sereniſſimæ Reginæ; quæ ſanè ſola digna eſt hujusmodi Opera tractare & tueri, nec etiam hoc Opus ejus regiis manibus & ſtudiis indignum eſt. Urgeo quantum poſſum editionem, nec deſpero eam à viro quamvis modeſtiſſimo brevi extorquere. Idem ſcripſit nuper, à quodam Regis Angliæ Sacellano interpellatus, grandem Epiſtolam præcipuè de Jure Regio, quod ex S. præſertim Scriptura aſſerit fortiter & promeritis commendat. Auctor ei fui, ut eam edat in lucem.*

Idem Davidi Blondello Amſtelodamum, Lut. 5. Nov. 1650. *Totus jam eſt Bochartus noſter in deſcribendo Libro ſuo de Animalibus Biblicis, quem iſtic potius quàm hic edi velit propter typorum veſtrorum elegantiam. Sciam quæſo, num Typographorum Princeps ſuo merito Blawius velit hanc gratiam inire ab optimo & eruditiſſimo viro, qui libenter eum omnibus aliis prætulit. Hoc enim ut à te cognoſcerem dedit mihi in mandatis.*

Idem eidem Lut. 26. Nov. 1650. *Hodie ad Bochartum ſcribam & faciam ut reſciscat pronum erga ſe Blawii animum. Si quæ ſint Icones ſculpendæ, erunt omnino paucæ. Sed creſcit Opus inter manus authoris, qui dum illud nitidius deſcribit, ut operarum laborem minuat, multa ex Libris, Arabicis præſertim, addit, Latinis, Græcis aliisque Europæis hactenus ignorata.*

Jacobus Waræus Eq. Aur. in Antiq. Hibernicis p. 2. Lond. 1654. *Non eſt hic prætermittenda Samuelis Bochart i Cadomenſis conjectura, qui Geogr. S. Lib. 1. c. 39. Hiberniam Phœnicibus non fuiſſe ignotam ex nomine conjicit.*

Seldenus Lib. 2. de Synedriis Hebræorum, pag. 308. *De nomine Cittim conſulas, quæ affatim de ea præbuit Samuel Bochartus Geogr. S. Lib. 3. c. 5.*

Jaco-

Jacobus Ouzelius ad Minutium p. 34. 1652. *Doctissimus linguarumque Orient. peritissimus vir S. Bochartus in admirando Opere Geogr. S. Lib. 2. c. 2. vocem* עשתרות *latius patuisse vult, & tam armenta Boum quàm Greges significasse.* De eodem alibi in eod. opere.

J. M. De Langle à M. Mellet, au mois d'Octob. 1661. *Je ne say si vous avez veu un Livret intitulé*, Ramus Olivæ Septentrionalis primus Baccas nonnullas religiosæ pacis suaviter redolentes & concordiæ Ecclesiasticæ Sacras inter Christianos diffundens, *dont l'Autheur est l'Evesque de Strengnen en Suede; Il est imprimé nouvell. à Sedan. Ce bon Evesque, quoy que Lutherien, témoigne avoir une forte inclination à la paix. M. Bochart l'a veu en Suede & m'en a dit beaucoup de bien.*

Ludovicus Molinæus Petri filius, in Paræneſi ad Ædificatores imperii in Imperio, Lond. 1656. p. 29. *Non omittenda est divisio Potestatis Ecclesiasticæ in objectivam & formalem, de qua divisione audiendus est amitinus meus Samuel Bochartus, vir eruditione longè eminentissimus, Epistola ad D. Morley.*

Costar dans son Apologie contre Girac, à Paris 1657. p. 128. *Et Monsieur Bochart en son Phaleg, qui est un Livre d'une prodigieuse erudition, après avoir curieusement recherché de tous costez, sur quoy se pouvoit appuier cette éstrange opinion de la parenté des Lacedemoniens, & des Juifs, ne trouve rien qui le satisface parfaitement.*

Nic Heinsius Not. ad 1. Tomum Ovidii 1661. p. 54. *De voce Elissa adi virum Summum Sam. Bochartum in Phaleg suo.*

De eodem Vossius in Opere de Philosophorum Sectis p. 5. Sarravius in Epistolis p. 294. 295. & 313. Menagius Not. Ital. ad Amyntam p. 151. 196. & 319. Balzac dans les Lettres à M. Conrart. 262. Tanaquillus Faber alicubi in Epistolis. Costabadius in Epigr. p. 102. Ludovicus Capellus Epistola Præfat. in Chronologiam S. & alii. Vide Appendicem.

OSEAS DARVIEU.

NUper mihi retulit vir omnino probus & doctus D. Bourrée SS. Theologiæ Studiosus, Doctissimum Theologum D. Oseam Darvieu linguam S. Nemausi Arecomicorum hodie feliciter docere, Scripta, si quæ sint, ad me non pervenerunt.

JOHANNES VARNERIUS, *Vitriaco-Campanus.*

HUjus in Hebraicis peritiam probant elegantissimi versus Hebræi in Lud. Cappelli doctissimum Opus, cui titulus est *Critica Sacra.* Claret hoc Anno, Eximius Issodunensium in Biturigibus Cubis Ecclesiastes.

JACOBUS GOUSSETUS, *Blæsensis.*

QUid de te dicam vir Clarissime? qui haud ita pridem Salmuri degens, tantam Hebraismi ac Rabbinismi intelligentiam paucis mensibus consecutus es, ut hodie inter tui Ordinis Viros, (Galliæ nostræ dico Pastores) nullos aut perpaucos superiores habeas. Faxit Deus optimus maximus, ut sis longævus super terram; vel ut cum Rabbinis tuis loquar, וחיי ורביו ad nominis Dei gloriam & linguæ S. (quod spero) propagationem.

JACOBUS CAPELLUS, *Salmurienſis.*

LUdovico Patri in Linguæ S. Professione succenturiatus est Jacobus Capellus circa Annum 1659. In quo munere non infeliciter, ut audio, hactenus versatus est. Plura de eo tradit excellentissimus Theologus Moses Amyraldus, in Epistola Præfatoria Exercitationis in Symbolum, Salmurii novissimè excusæ.

FINIS.

AP-

APPENDIX.

PETRUS COSTUS.

PEtrus Costus vir Hebraicè & Chaldaïce doctus, Lugduni A. 1544. edidit versionem Targum Ecclesiastis, Typum Messiæ, & alia. Claruit eodem Anno. Hunc citat & confutat D. Bochartus in Egregio Opere de Animalibus Biblicis.

AMBROSIUS FRICHIUS.

AMbrosius Frichius linguæ Hebraicæ Professor, Lutetiæ A. 1657. edidit Elementarium Hebraicum Palmonii. Claruit eodem Anno.

ANTONIUS JORDANUS,
A Sto Floro, Societatis Jesu.

HIc Radices Hebraicas edidit Lugduni A. 1624. ut Tractatum de Poesi Hebræorum. Claruit eodem Anno.

PETRUS LOUMÆUS,
Rupellensis.

S. Loumæus Rupellensis quondam Theologus, Filium habuit vix decennem in Hebræis ad miraculum doctum. Hæc à Philippo Vincentio, Loumæi Collega, notata reperi in limine Gram. Hebrææ R. D. Kimchi, quam in Bibliotheca habet D. de Lortie. Vixit hic puer circa Annum 1625.

THOMAS du FOUR.

THo. du Four Parisiis Anno 1642. Institutiones Hebraicas edidit. Claruit eodem Anno.

MARTINUS GILBERTUS.

CIrca A. 1563. Parisiis edidit Mart. Gilbertus de literis & punctis Hebræorum Librum, â Dureto citatum in Thesauro linguarum, p. 140. & 238. Claruit eodem Anno.

CLAUDIUS GUIRAUDUS, *Nemausensis.*

NEmausi ante aliquot annos claruit D. Guiraudus Professione Medicus, vir Hebræarum literarum & Mathematicarum artium peritissimus, de quo sic Samuel Sorberius ad Philosophiæ Professorem quendam scribens, Arausi. 2. Mart. 1651. *Je laisse à M. Guimud, auquel je me charge de faire tenir vôstre Discours contre la Sphere de Copernic, d'examiner avec sa netteté ordinaire quelle est la force de vos preuves.* Idem in alia Epistola ad D. Monteils Parisiis data*, *J'ay appris avec beaucoup de déplaisir par vos dernieres Lettres la mort de M. Guiraud nôstre ancien Amy. C'est une perte publique, & je cognois peu de personnes qui ayent un aussi fort raisonnement qu'il avoit, une vertu aussi pure & des meurs aussi innocentes. Il ne manquoit à la perfection des belles cognoissances qu'il possedoit en la Philosophie qu'un peu de sejour à Paris: Il y a quinze ans que je l'avois porté à y venir; mais comme il estoit assez incommodé de sa personne, il ne vouloit pas y estre hors de la Compagnie d'un intime Amy; de sorte que comme je fus obligé de partir, avant qu'il se fust mettre en estat de faire ce voyage, il ne voulut plus y songer, & vôstre Ville de Nismes a possedé seule ce thresor. Le P. Mersenne & M. Gassendi estimoyent beaucoup la subtilité de sa Mathematique, & le judicieux employ qu'il en faisoit dans la Physique, à laquelle il s'estoit particulierement appliqué. J'ay encore parmy mes papiers quelques Dissertations de sa façon, qu'ils leurent avec plaisir, l'une sur la Reflexion à angles égaux, & l'autre sur les cercles qui se décrivent dans l'eau par la cheute d'un corps quoy qu'il ne soit pas de figure ronde. Le voila maintenant éclaircy de beaucoup de difficultez, & sa curiosité void dans le Ciel la solution d'une infinité de Problemes, sur lesquels il avoit exercé son Esprit. Cependant sa mort nous avertit de la nostre.* Hæc Sorberius.

* 25. Mart. 1657.

Obiit

Obiit Nemausi, Oratione funebri laudatus à D. Guibæo Scoto, Eloquentiæ ibidem Professore, ut nuper audivi ex optimo viro D. Bourrée, à cujus consortio doctior semper recedo.

PHILIPPUS MORNÆUS PLESSIACUS.

DE hujus Herois in Hebraicis peritia præclara sunt Jos. Scaligeri verba in Judicio MS. apud D. de la Renaudiere Cadomensem Medicum olim asservato, cujus Apographum tale est, *D'autant que ces jours passez, quelques Imposteurs ont fait courir un bruit qu'estant à Nerac, j'auroye dit à S. M. le Sieur du Plessis ne sçavoir rien en Grec, ny en Latin, ny en Hebrieu, j'ay voulu par la presente attestation obvier à une si effrontée & impudente calomnie; de laquelle je suis autant indigné qu'ils sont dignes de blâme ou plustost de chastiment, si justice avoit lieu, de m'avoir envelopé en tant qu'en eux est en un si vilain reproche, au quel je suis plus interessé que le Sr. du Plessis. Car ses merites estans tels qu'il n'y a que les ames despourveues de toute honte qui les osent desavouer, je serois plus impudent qu'eux, si je ne recognoissois les Graces que Dieu a logées en luy, aveuglé si je ne voyois ce qui est en veue de tout le monde, malin si je ne confessois ce que je ne puis nier. Or moy estant à Nerac ou j'estois allé expressement pour faire la reverence à sa M. il y a dix huit ans, en trois heures ou plus que je fus retenu par elle se pourmenant au jardin du Chasteau, le propos ne s'addonna jamais de parler du Sr. du Plessis que touchant le petit Traité* qu'il avoit fait sur la publication du Concile de Trente, lequel je disoye avoir recogneu estre du dit Sr. bien qu'il n'y eust apposé son nom. Dequoy S. M. s'esbahit & l'ayant appellé luy dit que j'avois deviné l'Autheur du livret. Depuis nous n'entrasmes jamais en propos dudit Sr. du Plessis: Parquoy je me plains à bon doit du tort que me font ceux là, en me voulant faire badin de la farce qu'ils ont composée. Comment aurois je dit qu'il est ignorant des langues, là ou ses excellens escrits que j'admire par dessus tous ceux de ce siecle, me convaincroyent du contraire? Outre ce que je sçay par ses Compagnons d'estude qu'il a eu à ses propres frais des Juifs en Italie, pour apprendre exactement l'Hebraisme, qu'il n'y a mesme Poëte Grec si ferré qu'*

* Il a esté mis en suite dans le 1. Tome de ses Memoires.

qu'il n'ayt appris en ſes premieres Eſtudes. Mais qu'eſt il beſoin de ces preuves ? je le recognois en ſes Eſcris, je le lis en ma Conſcience : C'eſt pourquoy je le n'en puis faire autre rapport. Je diray en peu de paroles & Dieu eſt teſmoin de mon Cœur, qu'il ſçait plus de bonnes Lettres & a plus de ſentiment d'icelles & d'experience, que le plus celebre & mieux emparlé de tous ſes Adverſaires, & c'eſt ce qui leur fait tant du mal. Que donques ces noires Ames cherchent un autre ſujet d'ignorance que le Sr. du Pleſſis, une autre Trompette de mèdiſance que ma perſonne ; La Candeur de mon ame, la Generoſité de mon courage, l'Innocence de mes Eſcrits, bref la teneur de toute ma vie paſſée, impoſeront ſilence a tels controuveurs de menſonges ; Et à la mienne volonté que le nom de l'Autheur de cette impoſture me fuſt auſſi bien cogneu que ſon Impudence, je l'accueilliroye de telle façon que la Poſterité en retiendroit la memoire à perpetuité. Puis que ſon nom m'eſt inconnu, pour la defenſe de mon honneur & pour le teſmoignage de ma devote & affectionnée volonté envers le dit Sr. du Pleſſis, je ne puis moins faire que d'eſcrire & ſigner de ma main la preſente atteſtation, tant pour me ſervir de décharge envers ceux qui à bon droit ſe pourroyent ſcandalizer de cecy, que pour faire rougir ceux qui jusques aujourd'huy n'ont jamais ſceu apprendre que c'eſt que vergongne. Fait à Leyden en Hollande ce 8. de Novembre 1601. Signé Joſephus Scaliger Jul. Cæſaris F. Plura de Mornæo habentur in ejus Vita, Authore nobili viro D. de Liques. Obiit A. 1623. Scripta cuique obvia ſunt.

Variorum Teſtimonia de Mornæo & ejus Scriptis.

BUxtorfius Pater *Illuſtri & vere Generoſo viro D. Philippo Mornæo*, in Tractatum de Abbreviaturis Hebraicis, Baſ. 1613. *En ergo primitias meſſis meæ hisce Canicularibus collectæ, quas ante me præmitto, ut ſic tutiorem in conſpectum tuum receptum habeant. Minutiora hæc, fateor, quam ut in tantum uſum adhibeantur; ſed quæ tua eſt generoſa virtus, & excellens in Literis Hebraicis peritia, noſti illud vulgare Vet. Sapientum id eſt* אל תסתכל בקנקן אלא במה שיש בו כי יש קנקן חדש מלא ישן וכו. *Ne reſpicite Cantharum, ſed potius id quod*

in

in eo continetur, nam quandoq; est Cantharus Novus repletus vino Veteri. Et circa finem Epistolæ, *Tu ex iis quibus Hebræorum Monumenta in pretio, ut præclara tua Scripta satis superque testantur. Vehementer certè, post aliorum tuorum Lectionem, delectatus sum Admonitione tua* ad Judæos de Messia, in qua secretiores quosq; Hebræorum Libros, ad argumenti tui probationem, affluentissime producis.*

* Mr. Chesneau mon grand Oncle autrefois Pasteur de Soubize, apprit du mesme Buxtorfe estant à Basle, qu'il eust fort souhaité de communiquer avec Mr. du Plessis touchant les Authoritez Judaiques raportées dans cet Ouvrage, pour y avoir trouvé quelque chose qui meritoit un particulier examen.

Jules Cæsar Bulenger écrivant contre la Preface du Livre de l'Eucharistie; *Pour le regard de M. du Plessis*, dit-il, *en son particulier je suis fort son Serviteur, je l'estime la plus belle plume de France; ou il ne s'agist point de la Religion un tres rare & excellent Esprit, de grande Lecture.*

La Croix du Maine dans sa Biblioth. *Phil. de Mornay Sr. du Plessis Marly en Normandie, Gentilhomme des plus doctes de France & reputé pour tel &c. Il est descendu des Seigneurs de Longueville l'une des plus renommées & anciennes Seigneuries de Normandie.*

François Ogier dans sa Censure de la Doctrine Curieuse de Garasse, 1623. p. 1. *Na-t-il pas bonne grace de se moquer de la Phrase du Sr. du Plessis Mornay, l'une des meilleures Plumes de France, encor qu'il ayt abusé de son industrie pour la defense d'une mauvaise cause, pur avoir dit que le P. Richeome venoit à luy rehaussé sur les patins d'impudence? façon de parler qui peut estre garantie & defendue presque aussi bien que les Seuliers de l'ame de M. le Card. du Perron.*

Le mesme R. 6. *Le Sr. du Plessis Gentilhomme d'honneur, l'une des meilleures plumes de France, de l'industrie de laquelle les Ministres ont abusé, dit M. le Card. du Perron, au dire de Garasse est un pedant & ignorant.*

Thuanus ad A. 1589. *Clam missus est à Navarro Cæsarodunum Phil. Mornæus Plessæus, vir insigni facundia & in explicandis negotiis solertia præditus.*

Hugo Grotius in limine Operis de veritate R. C. Hieronymo Bignonio dicati, Lut. 1640. *Non ignoras, quantum excoluerint istam materiam Philosophica subtilitate Ræmundus Sebundus, Dialogorum varietate Lud. Vives, maxima autem cum eruditione tum facundia vestras Mornæus.*

Leunclavius (de quo alibi) in Pandect. Hist. Turcicæ, *Phil. Mornæi sententiam exponam ex Libro ejus Gallice scripto de veritate R. C. cui similis in hoc argumenti genere nullus antehac prodiit.*

Grotius in Pietate Ordinum Holl. 1613. p. 55. *Nonne ineptum foret Ministro alicui juveni aut Vicano Presbytero plus deferre quàm Plessæo, quàm Marnixio.*

Idem Ben. Aub. Maurerio Lut. 11. Jan. 1624. *Cum nuper ad V. C. Tilenum scriberes de poëtico officio præstando manibus viri summi tuaq; amicitia dignissimi Phil. Mornæi Plessiaci, abi oculus laborabam, quo malo defunctus, peccaturum me in virtutem & literas credidi, si non exiguo saltem documento tanti viri reverentiam testarer. Id me impulit, ut post tot & tam bona Epigrammata, quæ Tilenus, & se & Plessiaco digna submisit, unum hoc nec illis comparandum, auderem transmittere: quod ut recte consulas rogarem te, nisi notæ bonitati tuæ esset injuriam facere.*

Nobilitas animo claro quam sanguine major,
Res hominum solers noscere resque Dei,
Consilium prudens, dives facundia linguæ,
Hic cum Mornæo contumulata jacent.

Cl. Sarravius Hug. Grotio Lut. 27. Jul. 1639. *Magni illius Pauli Veneti aliquot Epistolas nactus, rem tibi non ingratam facturum me existimavi, si eas tibi legendas offerrem: Scriptæ sunt ad nostrum Phil. Mornayum utriusque Palladis ut nosti Studiosum. Videbis his authoribus fœdus initum primum inter Batavos tuos & Adriatici Pelagi regnatores; sed quanto zelo reparationis divinæ domus uterque flagrabat?*

De eodem Baudius in Poemat. p. 51. & 61. edit. 1616. Rapinus in Operibus 1610. p. 53. M. Duncanus Epist. Præfat. in Logicam Salm. 1612. D'Aubigné To. 2. p. 181. & 430. Andr. Rivetus Epist. Præf. in Crit. S. Thoarsii 1612. Casaubonus Epistola Præfat. in Polyænum Lugd. 1588. & in Epistolis p. 728. 809. & 830. Les Lettres à Scaliger p. 17. 51. 324. 350. 352. 365. 410. & 451. Wolg. Mayerus in Lib. 2. Casuum Conscientiæ Perkinsii 1609. p. à 8. Hubertus Languetus Ep. 18. ad Phil. Sydnæum, Francof. 9. Octobr. 1577. Bongarsius Joach. Camerario Medico Ep. 181 Argent. 6. Jul. 1598. Simon Goulart dans son Com. sur la Babylone de du Bartas. Thuanus ad A. 1600. Pierre Matthieu dans son Histoire d'Henry

d'Henry IV. Le Grain dans sa Decade du mesme Roy. Aggæus Albada p. 916. Epist. selectiorum editore Heinsio, Lugd. Bat. 1617. ut p. 918. bis. La Confession Catholique de M. de Sancy p. 348. & 446. Le Mercure Tome 2. p. 107. & Tome 9. p. 735. Hardouin de Perefixe dans l'Hist. d'Henry IV. p. 46. Les Memoires de Sully p. 44. du premier To. de l'edition fol. & alii complures.

D. ROURE,
Uticensis.

D. Roure, Joh. Croii nepos, Nemausensis Theologus, literas Hebræas & Arabicas studiosè excolit hoc anno. Hæc eidem, qui supra, Domino Bourrée, me debere profiteor.

ACHILLES HARLÆUS,
Parisinus.

CIrca Annum 1614. Constantinopoli claruit Achilles Harlæus, Dominus de Sancy, Christianissimi Regis apud Turcarum Imperatorem Orator, vir Hebraicè & Rabbinicè doctissimus; de quo in hæc verba Petrus à Valle Patricius Romanus ad Marium Schipanum scribens, Constant. 18. Jun. 1618. in Itinerario Orientali ex Italico in Gallicum sermonem verso, Tomo primo, p. 168. & seq. *Je suis honnestement obligé de vous toucher en peu de mots quelque chose de M. l'Ambassadeur de France, afin que vous puissiez juger, combien je suis obligé à la fortune du bien qu'elle m'a procuré d'avoir esté civilement reçeu en sa maison, & de jouir à mon aise de son excellente conversation. C'est un jeune homme qui n'a tout au plus que 32. ans; toutesfois il se trouve qu'il a fait toutes ses estudes en Philosophie, en Theologie, & aux Loix; sur lesquelles Sciences il a disputé publiquement & honorablement à Paris des sa premiere jeunesse, lors qu'il estoit comme destiné à l'estat Ecclesiastique: Et il ne laisse pas d'en savoir encore beaucoup depuis qu'il a pris l'espée, ayant ajousté à ces belles cognoissances celle des Mathematiques, dans lesquelles il est aujourd'huy l'un des plus habiles hommes du temps. Il est plus que mediocrement experimenté en cette partie*

de Philosophie naturelle qui s'exerce en la cognoissance des proprietez des simples, dans les distillations Chymiques, & dans les operations practiques des speculations intellectuelles. Pour ce qui est des langues, outre celles de l'Europe, comme l'Italienne, l'Espagnolle, l'Allemande qu'il parle aussy franchement que sa maternelle, qui est le Francois (car pour le Flamand il ne le prononce pas si facilement) il sait parfaitement la Grecque literale non corrompue aussi bien que la Latine; & il a desia fort bien appris l'Hebraique, à laquelle neantmoins il ne laisse pas d'estudier encore une bonne partie du jour, en conferant avec un docte Juif qu'il tient exprez chez luy. Il y a fait un tel progrez qu'à cette heure non seulement il lit & entend tous les Livres sans poincts, mesme ceux des Rabins & les plus difficiles qui se trouvent, mais il commence de le parler correctement, comme je l'ay entendu plusieurs fois disputant avec son Juif; ce qui certes ne me donnoit pas peu d'admiration. Je vous jure que je l'aime non seulement comme un maistre qui m'est tres cher, & en cette qualité je le revere encore, mais mesme quand il seroit mon frere propre je ne pourrois pas avoir pour luy une affection plus tendre. Hæc Petrus à Valle. Nihil ab eo editum vidi præter Testimonium de Phil. Aquinatis Dictionario Rabbinico-Talmudico, An. 1629.

Variorum Testimonia de Achille Harlæo.

LE Pere Jacob dans son Traité des Biblioth. p. 550. & suiv. 1645. *Dans la Bibliotheque des Peres de l'Oratoire de Paris se void toute la Theologie & Philosophie des Hebreux manuscrite, qui a esté apportée de Constantinople par M. de Sancy, pour lors Ambassadeur de nostre Roy Tres Chrestien vers le grand Seigneur, lequel depuis mesprisant les grandeurs de ce monde pour aquerir plus parfaitement les eternelles, prit l'habit & maniere de vivre de ceux de cette Congregation, ou il a demeuré jusqu'a ce que le Roy Louis XIII. d'heureuse memoire l'a pourveu de l'Evesche de S. Malo en Bretagne, ou il vit avec un grand exemple.*

Ferrier dans son Catholique d'Estat, à Paris 1626. p. 134. *Le Prince de Transylvanie avoit fait l'honneur à M. de Sancy (qui est maintenant Pere de l'Oratoire, & qui lors revenoit de la porte du Grand*

Grand Seigneur, ou il avoit esté Ambassadeur du Roy) que passant par ses Terres, il l'avoit defrayé, conduit & honoré avec un soin extraordinaire de luy faire connoistre l'honneur & le respect qu'il rendoit au Roy.

Petrus à Valle Mario Schipano, Constant. 23. Aug. 1614. *Au reste nous avons icy un brave Seigneur, nommé Achille de Harlay, Baron de Sancy, Ambassadeur de France, homme civil & savant, qui me veut faire par force demeurer en son Hostel, & me fait mille courtoisies. Il y a chez luy grande conversation des plus honnestes gens, & l'on y vit d'un bel air.*

Le mesme le 16. de Juin 1616. *M. de Sancy comme curieux & tres intelligent qu'il est dans la langue Hebraique, m'avoit donné charge de tascher de luy trouver à Sichem ou ailleurs quelque Pentateuche Samaritain.*

Joh. Morinus in Opuscul. Hebræo-Samar. p. 95. *Est in Bibliotheca Oratoriana Pentateuchus integer Hebræo Samaritanus pulcherrimis literis in charta vitulina aut vervecina nulla cum litura descriptus. Codicem istum Damasci emi curavit illustrissimus & eruditissimus Episcopus Maclovienſis Achilles Harlæus, cum, antequam Ecclesiæ nomen daret, Constantinopoli apud Turcarum Imperatorem pro Rege Christianiss. legatione fungeretur. Hunc codicem Orat. Biblioth. Parisiensi donavit doctissimus ille Præsul, cum, multis annis antequam Episcopus inauguraretur, Congregationi Presbyterorum Oratorii sese devovisset.*

Idem Exercit. 4. in Pentat. Samarit. *Consului decem Biblia Hebræa MSS. antiqua, quorum sex in Bibliotheca domus Oratorii Parisiensis ex dono Reverendi Patris de Sancy conservantur.*

De eodem Nic. Borbonius ad Gabr. Juliotum p. A. 10. Poëmat. 1630. Erpenius in Orat. de ling. Arab. p. 86. & alii.

JOHANNES VÆVRÆUS, *Heduus.*

JOh. Væuræus juvenis Hebraicè doctus claruit Anno 1554. Scripta sunt

Philo Judæus de divinis decem Oraculis, Latinè versus, Lut. 1554. 8.

Epigr. To. 2. Farrag. Poematum operâ Leodegarii à Quercu 1565. Epigr.

Epigr. duo in fine Isagoges J. Sylvii in Hippocrat. & Galeni Anatomiam, Paris. 1560.

Carmen Hebræo-Latinum in Thesaurum ling. S. Auth. Pagnino, Paris. 1548.

Testimonia de Væuræo & ejus Scriptis.

TYpographus Lectori in Philonis Opera Latinè versa, Lugd. 1562. *Væuræus item Gallus Philonis quædam vertit, quo non melior alter erat Interpres, neque linguarum peritior fortasse futurus si ad virilem saltem ætatem perveniisset bonus ille juvenis, longiori vita dignior.*

Nic. Borbonius in Nugis 1533. p. f. 4. *Ad Joh. Vaurium optimæ spei adolescentem.*

Joh. Auratus in Poematum Sylva, p. 158. & seq. *In Joh. Vauræum recens cooptatum in Collegium Canonicorum Heduensium.*

Vauræe dulcis, tu decus artium
Ingens bonarum, mens tibi callida
Non unius linguæ: Nec unam
Discere sedula disciplinam.
Græcas, Hebræas & Latias simul
Tu res amasti: tu sacra literis
Miscere, quâ fas est, profanis
Me solitus socio atque teste.

PHILIPPUS AQUINAS, *Avenionensis.*

PHilippus Aquinas Judæus ad Christianam fidem convèrsus, & Hebraicæ linguæ Lutetiæ Parisiorum privatus Professor, Dictionarium Hebræo-Chaldæo-Thalmudico-Rabbinicum scripsit, cui Titulus est מעריך המערכות *Digerens Digesta.* Opus Parisiis excusum est A. 1629. fol. cum variorum Approbationibus. Idem ex Hebræo in Italicum sermonem vertit פרקי אבות hoc est, Patrum Ecclesiæ Judaicæ Apophtegmata, quæ colle-

collegit R. Simeon filius Gamalielis, ut optime notat Julius Conradus Otto Judæo-Christianus in Opere inscripto, *Occultorum Detectio*, non vero R. Nathan, ut Buxtorfius, Plantavitius & alii asserunt. Vidi etiam Veterum Rabbinorum in exponendo Pentateucho modos tredecim ab Aquinate expositos. * Alia Scripta me latent. Claruit A. 1630.

*His adde linguæ S. Radices ad formam Cubi Hutteriani Paris. 1620, 16to.

Testimonia de Philippo Aquinate.

Simeo Muisius in hæc verba Psalmi 35. v. 14. Quasi lugens Matrem &c. *Cum hic hærerem dubius, Philippus Aquinas, è Judæo Christianus, vir rarè & exquisitissimæ in Hebraicis literis doctrinæ, & quem nunquam frustra consulas, forte venit ad me visendi gratia, & venit quidem optatus. Ille, statim atq; de re communicavi, ut singulos Bibliorum versus, imo & voces singulas in numerato habet ac tanquam digitos tenet, indicavit locum ex Esaiæ 66. 13. à me quidem alias observatum, sed tum ut fit non succurrebat, qui sic habet,* Quomodo aliquem mater sua consolatur, ita ego consolabor vos: *quo ex loco intelligere est præcipuas in consolando partes matrem obtinere.*

Gaulminus ad Libros de vita & morte Mosis 1629. p. 305. & seq. *De Oculi genere* נורל *dicto, integrum Ms. Librum ex Philippi Daquin Præceptoris olim mei κειμηλίοις descripsimus.*

Allardus Uchtmannus ad Examen mundi R. Jacob Badreshi p. 282. *Phil. Hacquin ex Judæo Christianus, qui Gallicè vertit hunc Libellum,* Cornua Monocerotis *interpretatus est.*

Du Proces de Conchine pag 5. *Item est verifié par informations, mesme par la dépositon de Phil. d'Aquin cy devant Juif & aujour d'hui Chrestien, lequel Conchine & sa femme ont mandé à Moulins, ou estoit iceluy d'Aquin chez le Lieutenant Criminel, que Conchine & sa femme se sont aydez de la Cabale & des livres des Juifs. Estant à noter ce qu'a déposé d'Aquin que Conchine en la presence de sa femme auroit osté un pot de Chambre pour l'impureté, & emporté hors l'image du Crucifix de peur d'empeschement à l'effet que Conchine & sa femme pretendoyent tirer de la Lecture de quelques versets du Ps. 51. en Hebrieu. Laquelle Lecture ils vouloyent faire faire par d'Aquin en la forme qu'elle leur avoit esté quelque fois faite par Montalto.*

Vale-

Valerius Flavigniusin Epist. de Heptaplis Parisiensibus,de Hebræo contextu judicat esse eum infelicissimum; *tot ac tantis conspurcatum maculis atq; sordibus, obstetricantibus impurissimis manibus Philippi Aquinatis Avenionensis, ex Judæo Christiani, ut à planta pedis usq; ad verticem non sit in eo sanitas.*

Joh. Bourdelotius Præf. ad Lect. in 4. Psalmos Hebræorum Latinos, Paris. 1619. *Ad rhythmicam prosam transeo, quæ virum eruditissimum Thomam* (lege Philippum) *Aquinium autorem asserit, qui paraphrasim meam Latinam, ut hoc Opus haberet majestatis suæ pondus, ad Poëseos Hebraicæ studium transtulit.*

Thomas Gatakerus in Cinno p. 106. 1651. *Addatur & Philippi Aquinatis expositio in Lexico absolutissimo.*

LUDOVICUS HENRICUS AQUINAS

HIc, aut egregiè fallor, Philippi, de quo modo, filius fuit, vir Hebraice & Rabbinice doctus, ut paret ex פרקי אבות versione Latina Lutetiæ excusa A. 1620. 16. Extant etiam Scholia R. Salomonis Jarchi in Librum Esther ab eo Latinitate donata, ibid. A. 1622. 4. Claruit eodem Anno.

LUDOVICI SERVINI FILIUS, *Parisinus.*

DEs Memoires du Duc de Sully p. 168. du 2. To. Fol. *Vous ajoutastes, parlant au Roy, que si vous ne craigniez de l'ennuier, vous luy conteriez un prodige de ce Siecle, en vivacité d'esprit, facile comprehension, admirable memoire, agilité de corps, soupleſſe de membres & aptitude à toutes sortes de Sciences, exercices, arts, mestiers, & functions; & neantmoins inutile à toutes choses bonnes & honnestes, ce qu'a vostre advis son pauvre Pere (qui est Monsieur Servin) cognoissoit fort bien, d'autant qu'en vous le presentant pour vous accompagner, il vous dit, qu'il vous bailloit son fils, & vous supplioit d'essuyer à en faire un homme de bien, de quoy il doutoit fort, non pour impertinence qui fust en luy (car il n'en sçavoit que trop) mais à cause de son inclination Natu-*

naturelle qui ne se plaisoit qu'au mal, comme en tout vostre voyage vous l'aviez esprouvé tel : Mais encor, ce vous dit le Roy, que sçavoit il de bien & que faisoit il de mal? Je vous asseure, distes vous, Sire, que c'estoit une chose émerveillable que de ce Jeune homme ; Car en premier lieu il avoit toutes langues à commandement comme sa naturelle, jusques au Grec & à l'Hebreu, contrefaisant tous les divers accens, mines, & actions des peuples, des Provinces diverses de France, comme s'il eust esté de chascune d'icelles, sçavoit beaucoup en la Theologie, Physique, Logique & Mathematique, preschoit des mieux tantost comme les Catholiques, & tantost comme les Huguenots, disoit fort bien la Messe, prenoit des Plans de Villes & fortifications qu'il entendoit assez bien, estoit fort & dispos à lutter, sauter & dancer, jouoit quasi de toutes sortes d'Instrumens, entendoit bien la Musique, avoit la voix fort agreable, composoit fort bien en vers, joüoit tres bien tous les personnages d'une Comedie & Farce, sçavoit toutes sortes de jeux, faisoit tres bien à toutes sortes d'armes, estoit assez bon homme de Cheval, & n'y avoit quasi métier Mecanique dont il ne s'aidast fort bien. Mais toutes ces bonnes parties estoyent accompagnées de tant de vices & vilenies que le mal surmontoit le bien ; Car premierement il n'avoit nulle Religion, estoit desloyal, tauteleux, menteur, sanguinaire, lasche, poltron, pipeur, yvrongne, gourmand, friand, berlandier, putassier, ruffien ; bref s'il sçavoit quelque chose de bon, tout son soin & sollicitude estoit de l'emploier à mal & en meschancetez noires ; Et aussi de telle vie s'est il ensuivy une semblable fin, estant mort de peste dans une taverne en plein bordeau estant demy yvre, ayant la verole, jurant & blasphemant le S. nom de Dieu. Bref comme j'ay dit au commencement c'estoit un prodige, voire chose monstrueuse que la nature se fust pleüe à mettre tant de contraires en un meſme sujet.

MATTHÆUS BUDÆUS, *Parisinus.*

DE eo sic Henr. Stephanus Epistola Præfatoria in Dicæarchi Geographica 1589. *Hoc opusculum olim ex Italia Matthæus Budæus Gul. Budæi filius, & Græcæ quidem linguæ Studiosus, sed in Hebraicæ*

braicæ præsertim cognitione eam præstantiam quam Pater in Græcæ consequutus, attulit. Claruit Anno 1560.

PETRUS ROBERTUS OLIVETANUS, *Noviodunensis Picardus.*

CIrca Annum 1535. claruit Petrus Robertus Olivetanus, V. D. Minister & Hebraicæ linguæ peritus, de cujus vita & morte hæc apud Frid. Spanhemium magni nominis Theologum invenio, pag. nimirum 56. Genevæ Restitutæ, *Dominicanæ familiæ Monachus, qui Genevæ pro concione in Palatii Cœnobio stentorea declamatione in Lutheranum nomen invehebatur, à Pet. Roberto Olivetano Noviodunensi Picardo, qui informandæ juventuti apud Johannem Chantemps Civem privatum vacabat, publicè increpitus est & correptus, ejusque calumniæ ex Dei verbo revictæ. Quæ tamen παῤῥησία vitæ impendio homini constitisset, nisi ille Claud. Bernardi & Joh. Chantemps patroni domestici aliorumque quorundam zelo maturè furentium Monachorum crudelitati subductus & in tuto constitutus fuisset. Olivetanus is ipse est, cui Bibliorum Gallicorum tralationem, Valdensium fratrum suasu susceptam & Neocomi excusam debemus; Cui postmodum A. 1538. Romam delato toxicum inter epulas propinatum, quo sensim confectus mortalitatis leges Ferrariæ, ea parte qua mori potuit, explevit.* Hæc Spanhemius.

Testimonia de Pet. Roberto & ejus Scriptis.

JOh. Calvinus Præf. in 1. Bibliorum Evangelicorum Versionem; *Inter eos, qui S. Scripturam in linguam nostram vernaculam transtulerunt, Petrus Robertus Olivetanus piæ memoriæ atq; olim fidelis Ecclesiæ Christi Servus ita se gessit, ut ipsius labor perpetuam apud bonos commendationem mereatur.*

Theodorus Beza in Iconibus 1580. *Valdenses primam illam ex Hebræis Gallicam Bibliorum Interpretationem Autore Pet. Roberto Hebrææ ling. peritissimo, adjutore vero Joh. Calvino absolutam, suis sumptibus Neocomi A. 1535. excudendam curarunt.*

De

De eodem cum laude Idem in Vita Calvini.

Fr. de la Croix dans ſa Bibliotheque; *Pierre Robert, dit Olivetanus, homme fort docte és langues Heb. Gr. & Lat. à traduit la Bible en François imprimée à Neufchaſtell l'an 1535.*

Petrus Robertus à Sixto Senenſi in Bibliotheca S. inter Bibliorum Interpretes recenſetur.

CLAUDIUS DAVVERGNE.

Circa A. 1650. Pariſiis claruit Claudius d'Auvergne, Regius Linguæ Sacræ Profeſſor ac D. d' Auvergne, linguam Arabicam una cum doctiſſimo Collega D. Vaterio hoc anno in eadem urbe feliciter docentis, Frater. Nihil ab eo editum vidi.

JOHANNES FRONTO, *Andegavenſis.*

Lutetiæ A. 1662. obiit Vir linguarum Orientalium peritiſſimus Joh. Fronto, Canonicus Regularis, Stæ Genovefæ & Univerſitatis Pariſienſis Cancellarius, cujus vitam, Scripta & Encomia ſi quis legere velit, adeat Librum inſcriptum, *Frontonis Memoria*, qui è Typographia Cramoſiana Anno ſuperiori prodiit.

Coſtar dans ſon Apologie contre Girac p. 377. & ſuiv. donne un bel Eloge au R. P. Fronteau, & parle d'un diſcours qu'il avoit veu de luy, qui n'eſtoit pas imprimé.

CLAUDIUS HARDY.

PRæter Euclidis Data, de quibus ſupra diximus, extant hujus humaniſſimi Senatoris (expertus loquor) Epiſtolæ duæ ad Chriſtianum Ravium, hujus Specimini Lexici Arabico-Perſico-Latini, inſertæ. Alia ad Joſephum de Voiſin hujus Libro de lege divina præfixa. Alia denique Reguli cujusdam Orientis ad Regem noſtrum Chriſtianiſſimum ſcripta, ab eo-

dem ſummo viro ex Arabico Latine verſa. Lutetiæ vivit hoc anno, Sexagenario major.

Teſtimonia de D. Hardy.

JOſephus de Voiſin in Indice Autorum, qui in ſuo de Lege divina Opere laudantur, *Sepher Juchaſin ex Bibliotheca Clariſſimi D. Hardy in Prætum Pariſienſi & Curia Præſidiali Conſiliarii Regii.*

Hilarion de Coſte dans la Vie du Pere Merſenne p. 79. *Ces Excellens Mathematiciens, Mr. Claude Mydorge Threſorier general de France à Amiens, Mr. Claude Hardy Conſeiller du Roy au Chaſtelet de Paris.*

Chriſtianus Ravius *Claudio Hardy* & aliis multis, in Specimen Lexici Arabico-Perſico-Latini, Leydæ 1645.

Joh. Gravius *Nobiliſſimo & eruditiſſimo Viro D. Claudio Hardy*, in Anonymum Perſam de Siglis Arabum & Perſarum Aſtronomicis, Londini 1648. 4.

Idem in Diatriba de Pede & Denario Romano, Anglice, Londini 1647. 8. *The other were ſent me by Monſieur Hardy, a Learned man of honourable quality in Paris, wo compared them with the Standard.*

De eodem Rol. Mareſius Lib. 2. Epiſt. p. 274. Naudæus in Judicio de Libellis contra Card. Mazarinum p. 129. edit. 2. à doctiſſimo humaniſſimoque viro D. Guidone Patino, Facultatis Medicæ Pariſienſis Decano, mihi commodatæ. Brianus Walton in Prolegomenis ad Biblia Polyglotta Londini excuſa p. 100. & Phil. Labbe in Mſſ. Bibliotheca p. 3. & 52. ubi loco *Sebaſtiani* legendum *Claudius*.

JACOBUS GAFFARELLUS.

EX Leonis Allatii Apibus urbanis ab eruditiſſimo Senatore D. Claudio Hardy mecum communicatis, Jac. Gaffarelli Scriptis hæc adde; *Abdita divinæ Cabalæ myſteria contra Sophiſtarum Logomachiam defenſa, Pariſ. 1623. 4. Lacrymæ ſacræ in obitum Jani Cæcilii Frey Medici, Pariſ. 1631. 4. Paraphraſe du Pſeaume* ſuper flumina Babylonis, *ibid. 1624. 12. Ars nova & perquam facilis*

facilis legendi Rabbinos sine punctis. De Musica Hebræorum stupenda. Libellus. In voces derelictas V. T. Centuriæ duæ. Nova cum Scaligero de LXX. Interpr. Exercitatiuncula. De Stellis cadentibus opinio nova. Quæstio Hebraico-Philosophica, utrum à principio Mare salsum extiterit. Alia lege (nam longum esset omnia exscribere) apud eundem Allatium in eodem libro.

DOMINA de GUIMENE, *Princeps.*

LUtetiæ apud D. Hardy hujus Principis Horas (ut vocant) vidi Hebraicè & Gallicè excusas; unde colligo ipsam fuisse Hebraici Idiomatis haud ignaram. Claruit circa A. 1625.

THOMAS PERIERIUS, *Parisiensis.*

DE eo sic Gerhardus Joh. Vossius in Orat. habita in obitum Erpenii, sub finem Anni 1624. p. 19. *Inter Erpenii discipulos quid Thomam Perierium Parisiensem referam? qui quantos in Arabica lingua progressus fecerit, locuples ejus linguæ Lexicon, quod scripsit, argumento est. Qui ut omnia se Erpenio debere profitetur, ita et potissimum operam locabat, corrigendo quæ Arabicè excuderentur: subinde alios etiam ea in lingua instruebat.* Idem p. 39. *Nec fraudandus laude sua Thomas Perierius, in Gallicano utroq; itinere ab Erpenio quondam adscitus, & octennio integro ejus institutione, majoriq; ex parte tecto etiam usus; qui tam benè meritum virum in extremis sibi deferendum minime putavit; sed diu noctuq; ad extremum usq; vitæ halitum adfuit, fideliq; opera juvit.*

SAMUEL BOCHARTUS.

HUnc laudatissimum sed nunquam satis laudandum virum, his verbis appellat Præstantissimus Senator D. Mosantius de Brieux, p. 41. Poematum, quæ Cadomi cum essem, ab eo mihi donata, inter Cimmelia servo: *De Mari rubro*, inquit, *de ebore in Arabia Troglodyticâ, de thure Sabæo & Hyblæo*

melle, passim agit in sacris suis Pandectis, & ibi multa Sanctis Patribus vix lecta aut non satis intellecta aperit Bochartus ὁ πανσοφὸς, cujus totum Opus procedit à Diluvio & ædificatione Turris Babel. Invitantes sæpius sub certa honoris nec mediocris stipendii spe Fœderati Belgi Ordines non audiit vir summe modestus; qui si mutuatitia luce fulgere velit, & Fisci Patronum in Computorum Camera, & Præfectum Ærarii, eundemq; Senatus Principem, & Consistorii sacri Comites, inter avos & agnatos recenseat. Tanti viri amicitia glorior, cujus inter mille alia, illustre mihi nuper τεκμήριον dedit, cum nomine meo dignatus est inscribere suas in Historiam veterum Gallorum Observationes, quas pio modestoq; consilio, sed Reip. literariæ detrimentoso, typis mandari noluit.

Gerardus Joh. Vossius, Orat. in obitum Erpenii; *Inter Erpenii discipulos quid referam Samuelem Bochartum doctissimum virum, Cadomensis Ecclesiæ Pastorem?*

Is. Vossius magni Patris maximus Filius, in Observationibus ad Melam, p. 197. *Juliam Jozam idem esse Pœnice quod Traducta Latinis, optime ostendit hominum quotquot vivunt doctissimus Bochartus.*

De eodem Menagius non semel, Notis ad Laertium, & Joh. Schefferus in Opere de Militia Navali, p. 341.

D. MORINUS, *Cadomensis.*

HOc Anno Cadomi claret D. Morinus, V. D. Minister, & Hebraicæ linguæ, ut mihi affirmavit D. Bochartus, apprime sciens. Doleo me Cadomo pedem movisse eo insalutato.

STEPHANUS MONACHIUS, *Cadomensis.*

ROthomagi cum nuper essem, doctissimo Theologo D. Stephano Monachio innotescere mihi datum est, cujus indefessum in linguis Orientalibus Studium, præclara multa in hoc literarum genere Orbi erudito pollicetur. De eo cum laude dili-

diligentissimus Menagius Notis ad Laertium, in Addendis, τὸ ῥοίσχων, inquit, *rectum esse contendit vir doctissimus juxtà ac elegantissimus Stephanus Monachius, quæ vox velati gemmæ quoddam genus, Punicorum malorum specie, significat.* Deeodem in Auctario Addendorum.

GUIDO MICHAEL le JAY, *Parisinus.*

Circa A. 1645. Lutetiæ claruit Guido Michaël le Jay, linguarum Orientalium peritissimus, qui licet vir privatus, animo tamen excelso & planè Regio, propriis sumptibus Orbis Miraculum edidit; Biblia Parisiensia intellige, Studio & operâ Gabr. Sionitæ, Joh. Morini & Abrahami Ecchellensis, in decem Tomis, folio magno & charta imperiali excusa. Dolendum verò, (verba sunt Reverendissimi Waltoni) Apparatum cum Prolegomenis, & Appendicibus variarum Lectionum, Tabulis, Indicibus, aliisque, quæ ad Operis complementum pertinebant, ex dissidio eorum, qui Operi præfuerunt, adhuc desiderari: nec editiones, quas protulit hæc ætas, limatiores, quàm quæ in Complutensi vel Regio Opere habentur, eos secutos fuisse: ut nihil dicam de intoleranda ipsorum incuria, qui correctioni invigilare debuerunt.

Abrahamus Ecchellensis Epist. Præf. in Semitam Sapientiæ ex Arabico Latinè versam, Paris. 1646. *Nonnulla Arabica MSS. habet vir ille Clarissimus, atq; non de Gallia sola, sed de universo Christiano Orbe optimè meritus Guido Michaël le Jay Regi à Consiliis, qui animo plusquam regio Opus illud Bibliorum multijuge, quod vix summi Principes tentare ausi essent, & aggressus & ad finem, omnium bonorum applausu, perduxit.*

GILBERTUS GAULMINUS.

His, quæ jam diximus, de Variis Scriptis, quæ pollicetur Vir Illustrissimus D Gilbertus Gaulminus, hæc adjicienda.

Georgii Syni Chronicon Arabicum, & Persicam Ahmed Allabi Cosmographiam, cum Catalogo Codd. suorum Arabi-

Arabicorum, se adornare ait, in Epistola ad Christianum Ravium, hujus Specimini Lexici Arabico-Persico-Latini præfixa.

Idem Notis ad Eustathii Amores, p. 14. citat Iphigeniam, quam Æschyleo charactere scribebat.

In Notis ad Lib. de vita & morte Mosis, p. 309. *Decalogum Historicum Venetiis editum nuper Latinè interpretati sumus.*

Ibid. p. 175. pollicetur Diatribam de Apocryphis Hebræorum Scriptis.

Pag. 339. *Libellum de Throno Salomonis, sive Æthiopicam Fabulam, his diebus in venatione, Latinam fecimus.*

Pag. 369. *Magicum νυχθημέρον Pseudo-Apollonii Thyanei olim edidimus.*

Pag. 315. promittit Theologiam Muhammedis.

Pag. 335. *Ad librum Mosaicarum Quæstionum olim multa diximus.*

Pag. 203. pollicetur Notas ad Jamblichum Philosophum.

Pag. 216. *Ad Jamblichum τὰ Βαβυλωνικοῖς* plura dicemus.*

* Hoc intelligе de Fragmentis, quæ habentur apud Photium, non verò de integro Opere; quod tamen nuper legebam extare apud Hispanos, in Bibliotheca Scoriaca, cujus Indicem confecit Martinus, Abbas Lafarinæ, Philippi 4. à Domesticis Sacris & Consiliis. Hunc Catalogum ab Authore R. P. Paulo Sfondrato, Clerico Regulari, amicitiæ ergò, communicatum, MS. habet D. Is. Vossius. Itaque mirum non est si is effugerit diligentiam R. Patris Phil. Labbe in Codicum MSS. Bibliotheca; Cum quæ de eo protulit vir, cujus maximam eruditionem ac pietatem postera loquetur ætas, Gerardus Joh. Vossius, ea ex eodem Catalogo didicerit. De Jamblichi Amatoriis sic Scaliger in Scaligerianis MSS. *Jungherman donnera Amatorsa de Jamblichus qui a esté du temps de Commodus.* De iisdem Theodorus Priscianus sive Octavius Horatianus, Lib. 2. de Re Medica p. 85. edit. a Gelenio curatæ.

Testimonia de Gaulmino.

Dionysius Petavius Notis ad Nicephori PC. Breviarium, p. 176. Paris. 1616. *De Dæmonibus Psellus Libro de eorum operatione, p. 32. edit. novæ, ab erudito viro Gilberto Gaulmino, Amico nostro, doctissimis notis nuperrimè locupletatæ.*

Hilarion de Coste dans la Vie du Pere Mersenne p. 74. *Les Oeuvres Latines & Grecques, que M. Gaulmin natif de Moulins en Bourbonnois, Maitre des Requestes de l'Hôtel du Roy, à données au public, font paroistre la parfaite cognoissance qu'il a des langues & des Sciences.*

Abrahamus Ecchellensis Præfat. in Historiam Arabum,

bum, ad calcem Chronici Orientalis, Pariſ. 1651. *Suppellectilem Librorum Arabicorum Mſſ. nobis ſuppeditavit Bibliotheca illuſtriſſimi Gilberti Gaulmini Equitis, & Comitis Conſiſtoriani Ordinarii, & Supplicum Libellorum in aula Magiſtri, linguarum omnium peritiſſimi, ac literariæ Reipublicæ unici ornamenti.*

Idem Epiſtola Præfat. in Semitam Sapientiæ ex Arabico Latine verſam, Pariſ. 1646. *Varia Arabum Scripta nobis exhibet Bibliotheca illuſtriſſimi viri Gilberti Gaulmini Chriſtianiſſimi Regis à ſacratioribus Conſiliis, & libellorum ſupplicum præfecti, cunctarum ſcientiarum & linguarum cognitione, omnium admiratione, unici.*

Coſtar dans ſon Apologie contre Girac, p. 139. & ſuiv. à Paris 1657. *Et de fait quoy qu'il n'y ait point de païs eſtrange ou les enfans de dix ans ne s'expliquent mieux en leur langue que ne feroit l'admirable Monſieur Gaumin, qui poſſede parfaitement toutes celles que la confuſion de la Tour de Babel a introduites ſur la Terre; ce n'eſt pas moins une belle choſe à ce rare perſonnage d'avoir une ſcience d'une étendue ſi vaſte & ſi approchante de l'infiny.*

De eodem Henricus Spelmannus Præf. ad Lectorem in Gloſſarium 1626. Barthius in Adverſariis p. 542. & 2457. Thomas Bangius in Cœlo Orientis p. 130. 1657. Jac. Windet (de quo alibi) in Commentario de vita functorum ſtatu, Lond. 1663. p. 38. & alii.

NICOLAUS MELCHISEDECH THEVENOT.

PIaculum exiſtimarem hîc omiſiſſe D. Nicolaum Thevenot (quem Pariſiis in Bibliotheca Regia novi) virum variarum linguarum, etiam Orientalium, & Mathematicarum Artium accurata cognitione clariſſimum; de quo adhuc juvene, in hæc verba Abr. Ecchellenſis, vir in linguis Orientalibus verſatiſſimus, Epiſtola Præf. ad illuſtriſſimum Seguierium, in Semitam Sapientiæ ſupra laudatam; *Aliqua*, inquit, *extant quoq; Mſſ. Arabica, Perſica ac Turcica apud Clariſſimum juvenem, & literarum amantiſſimum, ſtudioſumq; linguarum Nicolaum Melchiſedech Thevenot.* Idem Præfat. ad Lectorem in Hiſtoriam

Arabum, ad calcem Chronici Orientalis, 1651. hujus eximii viri humanitatem hoc elogio prædicat, *Quosdam Libros Arabicos Mſſ. perhumaniſſimè communicavit nobis præclariſſimus vir Nicolaus Thevenot, de Studiis Orientalibus egregie meritus.* Nihil ab eo editum vidi præter Volumen Itinerariorum, ex variis linguis Gallice elegantisſime verſorum. Floret hoc anno.

PETRUS DANESIUS, *Pariſinus.*

ANno 1577. Aprilis 23. Lutetiæ obiit Petrus Daneſius, præclara Daneſiorum familia ortus, Vir linguarum Latinæ, Græcæ, etiam Hebraicæ intelligentiſſimus, ut liquet ex Genebrardi Oratione in ejus funere habita, in qua (pag. nim. 22.) hæc legere eſt: *D'Eſpagne ce docte B. Arias Montanus m'a eſcrit pluſieurs fois que je luy mandaſſe le jugement de cet excellent Seigneur ſur la queſtion de la verité Hebraique. Autant m'en a fait ce digne Evesque de Ruremond aux pays bas Monſieur Lindan, qui ſuit l'opinion contraire; tous deux eſtimans que cela faiſoit beaucoup pour la gain de leur cauſe de l'avoir de leur coſté.* Plura de Daneſio leges in eadem Oratione, ſi modo ipſam (cum rariſſima ſit) videre queas.

Teſtimonia de Daneſio.

THuanus ad A. 1577. *Petrus Daneſius olim Franciſci II. præceptor, & ob id Vaurenſi Epiſcopatu donatus, vir doctiſſimus, & qui, quanquam nullis editis Scriptis, meruit, ut inter doctrina & literis politioribus præſtantes hujus ævi viros numeretur, cùm ad eam ætatem deveniſſet, ut rebus ſuis ſupereſſe non poſſet, à Gilberto Genebrardo perſuaſus, per Joh. Aliboſium Auguſtodunenſem Epiſcopum à plebeio ordine petierat, partes ſuas interponeret, & regem oraret, ut Epiſcopatum, quem ſe ejerare paratum oſtendebat, in Genebrardum optime de Rep. literaria & voce & ſcriptis meritum conferret, quem in Vidi Fabri Pibracii gratiam ipſius fratri à*

rege

rege deſtinatum conſtabat. Verum plebeius ordo ſe excuſavit, poſtulatis ſuis, quantum ad electiones & nominationes Epiſcopatuum ſpectaret, plenè ſatis factum cauſatus.

Paulus Jovius in Elogiis doctorum virorum p. 301. editionis Baſil. 8. *Quid non tribuet ſodali Daneſius, qui Budæi Præceptoris imaginem hucusque tranſmittit, vir hercle ſumma eruditione, Romanoque judicio inſignis, à quo propediem abſolutæ felicitatis partum expectamus.*

Nicolaus Rigaltius in Obſervatione de populis fundis, Divione 1656. p. 9. *Hæc vero ſunt Plinii verba in editione illa Pariſienſi, ſtudio Petri Daneſii, quem ſub Bellocirii nomine latere monuit Æmarus Ranconetus, emendata.*

De eodem Sammarthanus in Elogiis, & alii complures, quos ex divite ſua Bibliotheca in Schedis, ut alia multa, collegit Reverendus & Optimus Parens D. Johannes Colomeſius, Doctor Medicus.

JOHANNES BRODÆUS.

Multa quidem de Brodæo ejusque Scriptis ſuprà diximus; meretur tamen ſingularis hominis eruditio, ut alia de eo teſtimonia hic adnotemus.

Nicolaus Gerbelius Epiſt. Præfat. ad Hervagium in Brodæi Notas ad Oppianum, Q. Smyrnæum & Coluthun, Baſil. 1552. *Johannes Brodæus, vir omnibus bonis Literis inſtructiſſimus, Oppiano, Calabro, Colutho, veluti triumviris, adjutrices manus adhibuit, eandemque operam, quam elegantiſſimis nuper Græcorum Epigrammatibus impenderat, etiam in hos contulit Poetas: nihil eorum omittens, quæ ad eruditi doctique interpretis officium pertinere putavit. Veriſimile eſt, Brodæum, diligentiſſimum hominem, Bibliothecas plurimas perluſtraſſe; in his quicquid rarum, quicquid obſervatione dignum animadvertit, id magna induſtria, ſolertiaque, nec minore judicio excerpſit.*

Conradus Rittershuſius Prolegom. in Oppianum, Lugd. Bat. 1597. *Cognovi multis poſt annis, à duobus Clariſſimis Galliæ luminibus (Johanne Brodæo & Bodino) jam olim Cynegetica eſſe Scholiis quibusdam illuſtrata, quod antea nec fando quidem unquam audiveram.*

Hugo Grotius Prolegom. in Anthologiam Græcam, Latinis versibus à se redditam, & variis accessionibus locupletatam MS. * *Constantinopoli urbi datum à Græcis nomen Sionis novæ, quod in versibus reperitur, Leo in Vaticiniis & in Chrysobullo Emmanuel Comnenus docent. Veteris historiæ Studiosis affirmare licet, nihil in ea esse illustrius, quod non hic vividas habeat notas. Multa talia diligenter observavit vir inter eruditissimos habendus, etiamsi hoc natus esset sæculo, Johannes Brodæus.*

* Hoc eximium Opus cum aliis multis Codd. Mss. possidet D. Isaac Vossius, vir supra laudes.

JOHANNES EDOARDUS DU MONIN.

SUperiori sæculo sub Carolo IX. & Henrico III. claruit Joh. Edoardus du Monin, Vir Hebraicæ linguæ & aliarum peritus, ut me docuit Bibliothecariorum Alpha Gabriel Naudæus in Libro inscripto: *Apologie pour les grans hommes faussement supçonnez de Magie*, in quo (pagina sc. 503. & seq. edit. Hagiensis,) hæc habet, *On peut dire qu'Edoard du Monin n'avoit esté composé que de feu & d'esprit, puis qu'il s'estoit acquis auparavant l'an 26. de son âge, auquel il fut tué, la cognoissance des langues Italienne, Latine, Grecque, & Hebraique, & de la Philosophie, Medecine, Mathematique & Theologie, avec une telle facilité à la Poësie de toutes ces langues, qu'il translata en vers Latins, & en moins de 50. jours, l'œuvre de la Creation de du Bartas, & vit imprimer devant sa mort cinq ou six justes Volumes de ses Poësies, qui furent hautement louées par le plus beaux Esprits du dernier siecle, Fumée, du Perron, Goulu, d'Aurat, Morel, Baif, & du Bartas.* Hæc Naudæus.

JACOBUS GUIJONIUS, *Augustodunensis.*

DE eo sic D. de la Mare, vir de Literis ac Literatis quotidie merens, in ejus & Fratrum Vita*, Divione A. 1658. excusa; *Ultimus mihi commemorandus venit Isaacius Casaubonus Claudii Salmasii interventu Guijonio conciliatus anno 1606. loci Aristotelici occasione,*

* Cujus usuram debeo humanitati D. M. Gudii, qui & alibi in hoc Opere mihi profuit, ut ex superioribus patet.

casione, quem à Guijonio illustratum suis in Athenæum Commentariis inseruit, ne nominato quidem, à quo illum habebat, Guijonio, quod tamen ab eo nunquam ægrè latum est, cùm sua parum interesse diceret, si obscurissimi loci interpres non fuisset laudatus, modò illa qualicumque opera res Literaria frueretur; Quanti porrò illum fecerit Casaubonus, hinc liquet, quod uterque sibi certatim, & velut ex condicto Arabicam Grammaticam struxerat, cum nondum vulgaris esset linguæ illius scientia; & Guijonianæ quidem extant apud me fragmenta: Sed & causam meam prodidisse viderer, si Casauboni ad Guijonium Epistolam præteritam vellem, tum quia hactenus fuit inedita, tum quod abunde testatur, quo in pretio fuerit apud Casaubonum Guijonius: sic autem se habet.

Isaacius Casaubonus Jacobo Guijonio Viro Præstantiss. S.

SAlve à me, vir doctissime, & si meam non aspernaris amicitiam, accipe me in eorum numerum, quos tibi singularis tua eruditio conciliavit; hanc primum ex sermonibus juvenis supra annos docti Salmasii ἐκ τὰ πάντα ἀρίστου cognovi; postea accesserunt alia, non σημεῖα, sed luculentissima argumenta tuæ in literis Græcis & Latinis præstantiæ. Audio etiam in Hebraicis, Syriacis, Arabicis, Æthiopicis te magna felicitate versatum, quæ cum intelligerem, gaudium simul & dolor animum occuparunt; illud quia literas amo & omnes, qui earum notitia excellunt; hic, quia ægrè mihi est, quod hactenus nullam tui notitiam habuerim. Non enim caruissem fructu amicitiæ tuæ, quam mihi non merita mea spondent, quæ nulla sunt, sed tua eximia virtus, quæ τὴν ἐξ ἄκρου μυελοῦ ψυχῆς σε φιλοῦντα non potest non ἀντιφιλεῖν. Quod si in eundem affectum te conspirare mecum intellexero, non verebor posthac de studiis tecum agere. Cupio enim scire, quæ præsidia habueris ad literas Arabicas intelligendas. Nos enim aliquid in eo genere conati summam rei difficultatem sumus experti, ac quum otio deficeremur, proficere adhuc potuimus non multum. Confecimus tamen nobis Lexicon, & non pauca lectitamus, & hoc saltem sumus assecuti, ut amore illius linguæ accenderemur, sed nos ἄλλα ἐξ ἀλλῶν semper remorantur, καὶ τὸ ἐξ ποιητοῦ ἐπιδέουσι κελεύθου. Urgent enim qui multum ad scribendum compellant, qui tacere mallem, &

τὴν ἀγνοιαν θεραπεύειν, sed mihi jam non licet esse tam beato; Mæcenatem enim habeo, cui reddenda otii mei ratio. Itaque Polybium nunc habeo in manibus, quem divinum Scriptorem, paucis adhuc notum, versum à me Latinè, si quid Latinè scio, & operosis vigiliis illustratum brevi σὺν τῷ ὑπερμάχῳ Θεῷ sum editurus, & Regi oblaturus, ut beneficiorum, quæ ab eo accipio, ratio illi constet. Sed non morabor te pluribus, tantum petam abs te, ut mutuum in amore facere mecum velis. Vale Lutetiæ Parisiorum 8. Kal. Sext. A. ἀπὸ τῆς ἐν σάρκι οἰκονομίας & λόγι 1606.

Huic Casauboni Epistolæ luculentum aliud illius de Jac. Guyonio testimonium liceat subnectere, quod Epistola ad Cl. Salmasium Non. Februar. Anno 1607. scripta habetur, his verbis, *Accepi & à D. Guyonio literas omni lepore & suavitate conditas; ô factum male, quod tantum ingenium ita in tenebris delitescit. Sed de eo plura alias.*

CHRISTOPHORUS LAVRETVS,
Agendicensis.

CHristophorus Lauretus vir Hebraicè & Rabbinicè doctus, scripsit Illustrationem Prophetarum de plenitudine temporis Messiæ. Liber Parisiis excusus est An. 1610. 8. Claruit eodem Anno.

HADRIANVS AVZOVT.

CUm Lutetiæ degerem, multa de summa clarissimi viri D. Auzout in linguis Orientalibus peritia inaudivi; quæ firmata video à D. Menagio in Originibus Gallicis, p. 285. his verbis, *J'ay appris de M. Auzout homme de grande erudition, que sous une piece de ces grands eschecs qui sont à S. Denys, & qu'on dit estre les Eschecs de Charlemagne, on y lit des mots Arabes, qui veulent dire, ex Opere Joseph Alnakali.* Hodie claret.

MARINUS MERSENNIUS,
Cenomanensis.

HIlario à Costa ordinis Minimorum testatur in Mersennii Vita, p. 14. eum Hebraicæ linguæ fuisse perfectè gnarum, en

en hujus verba ; *Estant Prestre il aprit en perfection la langue Sainte, qui luy fut enseignée par le R. P. Jean Bruno Escossois, qui avoit esté receu Docteur en Theologie aux Universitez d'Alcala de Henarés & d'Avignon, avant que d'entrer en l'Ordre des Minimes & qui depuis alla establir l'Ordre en Flandre avec le R. P. Jean Sauvage celebre Predicateur du mesme Ordre.* Hæc à Costa. Obiit Lutetiæ, Kal. Sept, A. 1648. ætatis 60.

DOMINA de CALONGES.

DE hac perillustri Domina, sic ad me nuper scripsit modestiæ ac eruditionis Bá9@ D. Bochartus; *Vous pouvez mettre en la Campagnie des deux Princesses, que vous me nommez, Mademoiselle de Calonges (Sœur de feu Madame la Marquise de* Bougi *) qui m'a envoyé de Calonges des Notes judicieuses sur le texte Hebreu de la Genese ; & m'en a quelque fois lû des Chapitres qu'elle entendoit fort bien, du temps qu'elle estoit icy avec feu Madame sa Sœur.* Hodie vivit.

CLEMENS KYRIACUS, *Cabilonensis.*

CLemens Kyriacus, cognomento Manginus, claruit circa annum 1620. Vir Latinæ, Græcæ, & Hebraicæ linguæ peritus; *Adjecisti*, inquit Jac. Guijonius ad Joh. Bapt. Lantinum A. 1606. scribens, *pro auctario, illos doctissimi atq; elegantissimi viri amici tui, ideoq; jam dicere audebo, mei, si quid inter nos pro jure amicitiæ commune esse pateris, illos inquam ab Apolline trilingui D. Clementis Kyriaci versus, quos ego non minus suo vati, quam vobis illum invideo, talem ac tantum virum pro mea quidem, quantacunq; est, si qua est in hoc genere vel intelligentia vel certè conjectura.* Plura de Kyriaco tradit R. P. Ludovicus Jacob à S. Carolo, Regis Christianissimi Eleemosynarius, in Opere de Claris Scriptoribus Cabilonensibus, quod Lutetiæ benigne mecum communicavit.

THEOPHILUS CASSEGRAIN, *Stampensis.*

THeophilus Cassegrain verbi divini primùm Minister, dein Pontificiorum sequax, Literas Hebræas coluit eodem ferè tempore quo Kyriacus. Consule R. P. Lud. Jacob in Opere modo laudato p. 100.

BER-

BERNARDUS & PETRUS DURAND, *Cabilonenſes.*

HOs in linguis Orientalibus fuiſſe verſatos probat R. P. Jacob in eodem Opere, Bernardum quidem p. 68. & in Addendis; Petrum vero p. 99. & itidem in Addendis.

ANSELMUS ab ANNUNCIATIONE, *Pariſinus.*

IN præclaro Opere de Scriptoribus Ordinis Carmelitarum Mſſ. notat R. P. Jacob, Anſelmum ab Annunciatione cognomento Bidal, linguarum Orientalium, quas in Oriente didicerat, fuiſſe peritiſſimum.

MARIA MOLINÆA.

QUis dignè ſatis laudet nobiliſſimam ac eruditiſſimam Virginem D. Molinæam, celeberrimi Petri Molinæi filiam? Quæ usque adeo diligens fuit in Hebraica lingua addiſcenda, ut Epiſtolas complures ad Dominam Schurmannam, non Germaniæ tantum ſuæ, ſed Orbis etiam Miraculum, Hebraicè ſcripſerit. Hoc nuper mihi retulit vir fide digniſſimus, D. I. V. Cujus teſtimonio ſuffragatur ſuis ad me literis D. Bochartus. Fertur præterea in Logicis, Phyſicis, Ethicis & aliis ſtudiis verſatiſſima, quæ ſi quis percenſere voluerit,

Vere prius flores, æſtu numerabit ariſtas,
Poma per autumnum, frigoribuſq; nives.

Sedani ad Moſam hodie degit.

DEO GLORIA.

PAULI COLOMESII OPUSCULA.

Ad editionem que lucem vidit

ULTRAJECTI,

Apud PETRUM ELZEVIRIUM,
cIↃ IↃc LXIX.

Mm

INDEX OPUSCULORUM.

KEIMHAIA *Literaria.* Pag. 1
Recueil de Particularitez, fait l'an 1665. 95
Clavis Epistolarum Josephi Justi Scaligeri Aginnensis, Lugduni Batavorum. 1627.8. 145
Clavis Epistolarum Is. Casauboni Genevensis, Hagæ-Comitis An. 1638. *curante Cl. Gronovio.* 159
Clavis Epistolarum Claudii Salmasii Divionensis, editore Ant. Clementis An. 1656. 177
Clef des Epitres Françoises à M. Joseph Juste de la Scala. Recueillies par Jaques de Reves, à Hardervvyck l'an 1624. 182
Ad M. Fabii Quinctiliani Institutiones Oratorias Pauli Colomesii Notæ. 189

ANTELOQUIUM.

NOn heri aut hodie, qui politioribus delectati sunt studiis, & literas humaniores amplexi, quæ in legendis autoribus notatu digniora animadverterunt, in apertum protulere: χρηστομαθίας *libros (Electa Latine dicimus) à Veteribus scriptos, nemo, nisi plane hospes ac peregrinus in ipsorum monumentis, ignorat. Horum exemplo atque instituto non illaudando, cum rarius occurrentia quædam è libris, huc illuc vagantes, excerpserimus, similes Scythis perfugis, qui subinde sedem mutant; hæc in lucem proferre, sub* ΚΕΙΜΗΛΙΩΝ *LITERARIORUM titulo, amicorum suasu, non dubitamus. Non me fugit, hanc operam multis haud dubie displicituram; Verum (ut mille hominum species) si aliis improbetur, aliis forsan est arrisura, qui licet numero pauci, modo cordati & eruditi, nobis erunt instar omnium.* Εἷς γὰρ ἐμοὶ ἄνθρωπος, τρισμύριοι. Οἱ δ' ἀνάριθμοι οὐδεὶς.

Me raris juvat auribus placere.

IN-

INDEX CAPITUM.

Cap. 1. PALMÆ *utilitatum numerus.* 1
Cap. 2. *Schottus duobus locis reprehensus.* 2
Cap. 3. *Quid sit* Ἐλιφρέδα *apud Theophylactum Ægyptium.* 4
Cap. 4. *Lycophronis Versus in exemplaribus hodiernis* ἐκλείπων 6
Cap. 5. *Scaligeri memoriæ lapsus notati.* 7
Cap. 6 *Isidori loca emendata vel illustrata.* 9
Cap. 7. *De Jamblichi Babylonicis.* 15
Cap. 8. *Balzacius duobus locis culpatus.* 18
Cap. 9. *Cujus sit Isocratis Oratio ad Demonicum.* 20
Cap. 10. *Polygamia utrum Judæis Europæis concessa.* 23
Cap. 11. *Æliani locus explicatus.* 25
Cap. 12. *De Pudente & Claudia D. Pauli.* 27
Cap. 13. *Menagii Distichon Græcum unde sumptum.* 29
Cap. 14. *Utrum dentur Formicæ Indicæ Canis magnitudine.* 30
Cap. 15. *Lyricorum Græcorum Fatum.* 31
Cap. 16. *Basilii quatuor.* 33
Cap. 17. *An Titi Livii imagines Patavinæ digitum ori appressum habeant.* 34
Cap 18. *Isocratis Codex MS. editis auctior.* 36
Cap. 19. *De Casauboni ad Athenæum loco conjectura.* 39
Cap. 20. *Qui Concordiam inter Protestantes & Pontificios tentarunt.* 40
Cap. 21. *Monachi cujusdam Parisiensis Historia.* 43.
Cap. 22. *Anonymi Epigramma.* 47

Cap. 23. *Gatakerus variis locis notatus.* 49
Cap. 24. *Cupreſſus utrum fabricandis navibus apta.* 55
Cap. 25. *De Amne Sabbatico.* 57
Cap. 26. *Huldrici ad Nicolaum I. Epiſtolæ locus firmatus.* 59
Cap. 27. *Auguſtini Chieſii luxus immodicus.* 60
Cap. 28. Ἄδης *pro cœlo apud Veteres.* 62
Cap. 29. *Pelagii nomen.* 63
Cap. 30. *Quid ſit* πρεῦν *apud Johannem cap. 15. v. 20.* 65
Cap. 31. *Politianus Plagiarius.* 66
Cap. 32. *Imperatores Juli dicti.* 68
Cap. 33. *Variorum Opera, oculorum aciem penè fugientia.* 69
Cap. 34. *Benedictus Arias cur* Montanus *dictus. Ejus Apologia. Areopagitæ larvati de Hierotheo Liber.* 75
Cap. 35. *Quid* Ἄγγελοι 1. *Cor.* 11. 10. 78
Cap. 36. *Hippolytæ Taurellæ Mantuanæ Epiſtola ad Balthaſarem Caſtilioneum maritum ſuum, apud Leonem X. Oratorem.* 79
Cap. 37. *Erasmi error jocularis.* 88
Cap. 38. *Quis ille Theodoſius, cui Fabulas nuncupat Avienus.* 90
Cap. 39. *LXX. Interpretes, & Syneſius emendati.* 91

PAU-

PAULI COLOMESII

ΚΕΙΜΗΛΙΑ LITERARIA.

1. # ΚΕΙΜΗΛΙΑ LITERARIA.

CAPUT I.

Palmæ utilitatum numerus.

ITALIÆ Varro Gyraldus de Perſarum Poëtica Dialogo 1. Poëtarum verba faciens, *Strabonenſem* ait *Oden eorum commemorare, in qua 300. & 60. palmæ utilitates connumerantur.* Vellem Strabonis locum indicaſſet vir ille doctiſſimus; hæc enim in ejus Geographicis non invenio. Legitur quidem apud Euſtathium in Dionyſii Periegeſin *, eſſe quandam Perſarum Oden, cujus utilitates ſexaginta dinumerantur; Λέγεται, inquit, Περσική τις εἶναι ᾠδὴ, ἧς τὰς ὠφελείας ξ' διαριθμοῦνται. Verum nihil ibi de palma, dein pro 300 & 60 utilitatibus, ſexaginta tantum habet Euſtathius, corruptè, opinor; ſic enim Cælius Ricchierius, à patria Rhodiginus, Antiquarum Lectionum lib. 5. cap. 6. *In Babyloniorum literis compertum eſt, eſſe palmæ arboris trecentas & ſexaginta utilitates.*

2. Pag. 131. edit. H. Stephani.

CAPUT

CAPUT II.

Schottus duobus locis reprehensus.

ANDREAS Schottus, Jesuita non indoctus, in Notis ad Proverbia Græca pag. 68. *Johannes à Wouvere Belga, Polymathiæ cap. 16. &c.* Author Polymathiæ non fuit Belga, sed Hamburgensis apud Holsatos, ut ex Baudianis Epistolis liquet. Fuit quidem alius hujus nominis, Belga, hoc est domo Antuerpianus, ad quem sæpè Lipsius; sed hic Polymathiam non scripsit. Hos Wouverios probè distinguit Lipsius, ad Autuerpianum scribens, Lovan. 8. Kal. Nov. 1599. *Janus Wouverius*, inquit, *cognominis tuus, si non Gentilis, quam bona tecum fœderatio! optimum par, nec vel Dii dederint magis ex usu aut voto. Modestiam & probitatem in eo adolescente semper amavi; & vidi primùm (Hamburgi id fuit ante annos novem) unà laudatum illam indolem ivi. Vivat, crescat, & lampada à nobis in hoc cursu jam fessis accipiat: me libenter & judicio tradente.* Idem Schottus ibidem pag. 298. *Franciscus Salinas, Abbas Hispanus, libros 7. de Musica conscripsit, quos Salmanticæ excusos legimus, è Latinis Græcisque ineditis, Ptolemæi, Philoxeni, & Quintiliani Briennii libris*: Lege *Quintiliani & Briennii libris*; Quintilianus enim prænomine Aristides, alius fuit à Manuele sive Emmanuele Briennio; hic Ἁρμονικὰ βιβλία scripsit in Bibliotheca Medicæa & duabus Anglicis MSS. asservata; ille verò opus de Musica Græca, cujus MSS. Codices visuntur Oxonii in Bibliotheca Bodleiana, & Augustæ Vindelicorum.

3.

4.

CAPUT III.

Quid sit Ελιφρέδα *apud Theophylactum Ægyptium.*

THEOPHYLACTI cognomento Simocattæ Historiarum libro tertio hæc leguntur, Πρίσκος ἐλιφρέδα δὲς τ' ἀχειορποίητον, δι' αὐτῆς ἐκλιπαρεῖν τὸ πλῆθος ἐτέχναζεν. Quid significet vox Ελιφρέδα, se nescire fatentur Andreas Schottus, David

5.

vid Hœschelius, & Jacobus Pontanus. Photii Bibliothecæ Codex Vaticanus è Veneto Cardinalis Bessarionis exscriptus, habet ἐλιφέδα; unde jure merito videor mihi colligere, ἐλιφέδα vocem esse compositam ex Hebræo אל *Deus* & פורה Participio Benoni Kal, *Redimens*, hoc est *Deus Redemptor*, Christus nimirum, cujus imaginem hoc nomine insignitam Priscus tradidit, gregarium militem per eam placare studens.

6.

CAPUT IV.

Lycophronis Versus in exemplaribus hodiernis ἐκλείπων.

PTOLEMÆUS Hephæstion apud Photium p.488. editionis Rothomagensis; ἐν τῇ Ἀλεξάνδρᾳ Λυκόφρων εἶπε,

Ποία δ' ἀηδὼν στεῖρα κενταυροκτόνος.

Deest hic versus in Editionibus Canteri, Meursii & Dounæi; quod in memoriam nobis revocat dictum Johannis Pauli de Parisiis, viri, etsi hoc natus esset seculo, inter doctissimos habendi, ad Claudiani Raptum, pag. 58. editionis 1511. *Illud* ait, *nolim te fugiat, in omnibus Lycophronis exemplaribus eadem non*
7. *legi, librariorum negligentia, qui dum Compendia sectantur, Historias, si quæ paulo altius repetuntur, aut mutilant aut omittunt.* Idem de Cæcutientis Mæonii versibus haud indiligenter probat sagaci vir ingenio Johannes Hartungus, Tomo 2. Lampadis Arti-
* p.664.&sq. um * à Grutero editæ.

CAPUT V.

Scaligeri memoriæ lapsus notati.

YVo Villiomarus sive Josephus Scaliger in Animadversis
* p.22. edit. Paris. ad locos controversos Roberti Titii Florentini *, Titium sic alloquitur: *Maximiani Barbari Poëtæ Elegias tu nomine Cornelii Galli citas. Adeo infans es & tyro in hoc studio. Sed Crinitus tuus de Maximiano Cornelium Gallum fecit. Ideo non dubium est, eum esse Corne-*
8. *lium Gallum.* Falso tribuit Crinito Veronensis ille Dynasta, &
* pag. 25. ex eo Vossius in libello de Poetis Latinis *, quæ nunquam dixit

dixit Crinitus. Unde igitur error, inquies? Ex Cornelii Galli personati editione Plantiniana, anni 1560. in qua præfigitur ejusdem Vita, non expresso autore, quam putavit Scaliger esse Criniti. Idem ad Eusebii Chronicon in utraque editione, Lugduno-Batava scilicet, & Amstelodamensi: *Eugamonis Poëtæ mentio diligentiam hominis oculatissimi, & accuratissimi Lilii Gyraldi effugit.* Quam vere hoc dicat Scaliger, ex Gyraldi Dialogo 3. discès. Bonus nimirum aliquando dormitat Homerus, & ἁμαρτάνει τι καὶ σοφὸς σοφώτερος. Τὸ γὰρ μηδὲν ἁμαρτεῖν ὄντως θεῖον ἀνθρώπων, καὶ μόνου θεοῦ.

CAPUT VI.

9.

Isidori loca emendata vel illustrata.

HOc capite conjiciemus, quæ ad Isidori Hispalensis Archiepiscopi Origines post alios notavimus.

Lib. 12. cap. 7. *Nautæ verò sibi hanc bonam prognostam facere dicunt; sicut ait Æmilius:*

Cygnus in auspiciis semper lætissimus ales,
Hunc optant nautæ, quia se non mergit in undas.

Æmilius hic, est Æmilius Macer Veronensis, quem laudat etiam Isidorus eodem libro capite quarto; *Chelydros*, inquit, *serpens, qui & Chersydros dicitur, quia & in aquis & in terris moratur. Nam χέρσον dicunt Græci terram, ὕδωρ aquam; hic per aquam labitur, terram fumare facit: quem sic Macer describit,* 10.

- - Seu terga exspirant spumantia virus,
Seu terram fumat qua teter labitur anguis.

Primum Distichon desumptum est ex Æmilii libris de Avibus, alterum ex opere de Serpentibus. Scripserat enim Macer, Ovidio teste, Trist. lib. 4. Eleg. 10. libros de Avibus, de Serpentibus, de Herbis, qui omnes injuria temporum periere. Non me latet multorum manibus hodie teri libellum de Herbis, sub Macri hujus nomine; verum falsissimè ei tribuitur. Verus author est Odo quidam Medicus, ut se in veteri Codice legisse testatur vir ævo suo non ineruditus Gaudentius Meru-

la lib. 1. cap. ultimo Antiquitatum Galliæ Cisalpinæ, cujus loci indicium fecit Reverendus Parens.

11. Lib. 14. cap. 3. *Hoc enim significare interpretatur.* Legendum ex Solino cap. 36. quem ob oculos habuit Isidorus, *Hoc enim significari interpretantur*, non verò cum Boxhornio ad Historiæ Augustæ Scriptores pag 799. *figurativè interpretatur.* Nihilo felicior est Criticus ille, cum paulò pòst pro *regio thurifera, odores creans*; *thuriferos* reponit; plana est enim & plena sententia, si nihil mutes; quod firmat Solinus cùm ait, *præter odores, quos creat plurimos, sola thus mittit.*

Lib. 17. cap. 1. *Deinde Democritus magnus quoque Carthaginensis in 18. voluminibus studium agricolationis conscripsit.* Lege, *Deinde Democritus*; *Mago quoque Carthaginensis in 28. &c.* Democriti libros de Agricultura laudant Plinius, Laërtius & alii.

12 Magonis verò idem Plinius lib. 18. cap. 3. & Columella lib. 1. cap. 1. Quibus addendus Leo Eliberitanus, qui lib. 1. Africæ Topographiæ, capite de aëris in Africa varietate, de hoc Magonis opere hæc tradit; *Hanno gli Africani un gran volume, in tre libri diviso, il quale essi chiamano nella lingua loro*, IL TESORO DE GLI AGRICOLTORI, *ed è tradotto dalla linga Latina all' Arabica in Cordoua nel tempo di Mansor Signore di Granata; il qual libro tratta di tutte le cose, che fanno di bisogno all'agricoltura.*

Lib. 17. cap. 7. *Melimelum à dulcedine appellatum, quòd fructus ejus mellis saporem habeat, vel quod in melle servetur: unde & quidam,*

Si tibi Cecropio satur ata Cydonia melle
Ponentur: dicas hæc melimella placent.

13. Hi versus Martialis sunt, lib. 13. ep. 24. ubi loco *placent*, editiones hodiernæ habent *licet*. Quàm rectè, viderint alii. Mihi satis indicasse diversam lectionem.

Lib. 20. cap. 10. *Cereus per derivationem nomen habet à cera, ex qua formatur: de quo quidam,*

Hic tibi nocturnos præstabo cereus ignes,
Subductâ luce altera lux tibi sum.

Hi quoque Martialis sunt, lib. 14. ep. 42. Editiones omnes, quas quidem videre contigit, legunt:

Hic

Hic tibi nocturnos præstabit cereus ignes,
Subducta est puero namque lucerna tuo.

Utrumque ferri potest. De quo miror nihil notatum ab eximio illo Martialis vindice Petro Scriverio.

Lib. 19. c. 23. *Granos & Cinnabar Gothorum.* Quid grani primum, dein quid Cinnabar, breviter exponemus. Grani sunt crines effusi & sparsi, de quibus ex veteri Interprete libri Judith & Concilio Braccarensi doctissimus Savaro ad Sidonium p. 10. quem ad Solinum* exscripsit Salmasius ὁ μέγας. Hisce testimoniis addas licet Arnulfi Roffensis Episcopi locum, Tomo 2. Spicilegii vett. Scriptorum, editore Luca Dacherio, pag. 435. *Ut barbati & prolixos habentes Granos, & imberbes & sine Granis.* Apollo Grannus, de quo non semel in Inscriptionibus Gruterianis, aliud est. Cinnabar, docente Charisio lib. 1. est Minium. Hujus Gallæcia imprimis ferax. Trogi Epitomator lib. 44. cap. 3. *Gallæcia regio cum æris ac plumbi uberrima, tum & minio, quod etiam vicino flumini nomen dedit.* Ex quo ferè Isidorus lib. 19. cap. 17. *Minii Hispania cæteris regionibus plus abundat, unde etiam nomen proprio flumini dedit.* Fluvius ille Minius est, de quo Plinius lib. 4. cap. 20. qui & Βαΐνις Straboni. Alia de Cinnabari vir egregiæ eruditionis Johannes Brodæus Miscellaneorum lib. 3. cap. 1. & cl. Isaacus Vossius ad Melam cap. 315. 14. * pag. 763.

CAPUT VII.

De Jamblichi Babylonicis.

IAMBLICHUS Syrus, Trajano, vel, ut alii, Commodo Imperatori coætaneus, scripsit, referente Suida, de Rhodanis ac Sinonidis Amoribus Figmenta, quæ Μιλησιακὰ vulgò appellant eruditi. Fragmentum satis amplum habetur apud Photium in Bibliotheca, Codice 94. Aliud Romæ edidit Leo Allatius anno 1641. in Græcorum Rhetorum & Sophistarum excerptis. At in eo hallucinatur vir nimio plus diligens, quod Fragmentum illud Adriani Rhetoris esse existimat, neque enim hic Declamationis quicquam simile est, inque Bibliothecæ Florentinæ Codice, unde exscripsit doctissimus Isaacus 15. 16.

Vossius, apertè legitur, Ἐκ τῶν Ἰαμβλίχου ἱστοριῶν Βαβυλωνιακῶν, Περὶ πρώδου Βαβυλωνίων βασιλέως. Opus integrum extat hodie apud Hispanos, si Codicum MSS. Bibliothecæ Scoriacæ Indici fides; concinnavit eum Martinus, Lafarinæ Abbas, Philippi IV. à domesticis Sacris & Consiliis, MS. asservat cl. Isaacus Vossius. Itaque mirum non est, si is effugerit diligen-
17. tiam R. P. Philippi Labbe in Codicum MSS. Bibliotheca, cum quæ ex eo protulit eruditissimus Vossius pater, ea, ex filii Codice (quem, aliud agens, editum ait*) didicerit. De Jamblichi Amatoriis sic Theodorus Priscianus sive Octavius Horatianus lib. 2. de Re Medica, pag. 85. editionis à Gelenio curatæ; *Utendum sanè lectionibus animum ad delicias pertrahentibus, ut sunt Amphipolitæ * Philippi, aut Herodiani, aut certè Sirii aut Amblii, vel cæteris suaviter amatorias fabulas describentibus.* Ubi loco *Sirii aut Amblii*, legendum *Syri Jamblichi.* Hujus Ερωτικὰ (nescio an integra) se edituros olim minati sunt Aloysius Alamannus & Gothofredus Jungermannus. De Alamanno affirmat Johannes à Wouvere, ad Scaligerum scribens Florent. 1. Kal.
18. Sept. 1601. *Aloysius Alamannus, is qui Longi Pastoralia dedit, nescio quæ Jamblichi hactenus inedita parat.* De Jungermanno Scaliger in Scaligerianis MSS. *Jungerman donnera* AMATORIA *de Jamblichus, qui a esté du temps de Commodus.* Sed ambo morte præventi, quæ parabant, perficere non potuere. His hac in parte ægrè adjungo illustrissimum Gaulminum, nuperrimè μακαρίτην, qui ad Libros de vita & morte Mosis pag. 216. Notas ad Jamblichum ἐν Βαβυλωνικοῖς pollicebatur.

* pag. 540. operis de Historicis Gr.

Hinc collige ἐθνικὰ nomina propriis aliquando præponi, frustraq; mirari

Salmasium ad Achil. Tatium p. 537 hunc Autorē priꝰ Alexandrinum Photio dici quā Achillem.

CAPUT VIII.

Balzacius duobus locis culpatus.

POLITISSIMUS Balzacius lib. 6. Epistolarum ad amplissimum Capellanum, Epist. 2. hæc habet: *Le feu qu'on portoit*
19. *devant les Empereurs Romains pour marque de Souveraineté, ne se trouve qu'en deux lieux dans l'Histoire de Herodian.* Hunc Authorem perfunctoriè admodum legisse videtur Balzacius; de hac enim ignis prælatione quinque minimùm locis ipsum agere compe-

comperimus ; in Commodo de Lucilla sorore ejus καὶ τὸ πῦρ προεπόμπευεν αὐτῆς ; De Marcia ejusdem Concubina , πάντα ὕπηρχεν ὅσα σεβαστῇ πλὴν τοῦ πυρὸς ; De Pertinace, Κατῆλθεν ἐπὶ τὸ συνέδριον, οὔτε τὸ πῦρ ἐάσας ἑαυτοῦ προπομπεῦσαι , οὔτε τι ἄλλο τῶν βασιλικῶν συμβόλων εἰς ὕψος ἀρθῆναι ; De Nigro , καὶ προπομπεύοντος τοῦ πυρός ; Denique de Quartino , πορφύρα τε καὶ πυρὶ πομπεύοντα ἐκόσμησαν. Idem Balzacius Dissertatione 30. ad Marchionem Montauserium: *Sans parler des dix sept villes abismées tout à la fois sous l' Empire de Tibere, &c.* In numero fallitur Bal- 20.
zacius. Plinius lib.2.c.84. *Maximus terræ, memoria mortalium, extitit motus Tiberii Cæsaris principatu, duodecim urbibus Asiæ una nocte prostratis.* Plinio succinit Tacitus Annalium lib.2. *Eodem anno duodecim celebres Asiæ urbes conlapsæ nocturno motu terræ.* Eusebius in Chronico tredecim numerat & nominat, quarum una forsan reliquis celebris minus. Quatuordecim habet Nicephorus Callistus. Nemo, quod sciam, septendecim.

CAPUT IX.

Cujus sit Isocratis Oratio ad Demonicum.

ELEGANTISSIMUS Muretus in limine Variarum Lectionum probare conatur, Parænesin ad Demonicum ab Iso- 21.
crate illo, qui Socratis & Platonis æqualis fuit, haud fluxisse; verum ab alio quodam Isocrate, qui circa Ciceronis tempora claruit. Ad id probandum testimouium profert ex Dionysio Halicarnassensi, qui in libello de arte Rhetorica quendam ex ea Paræneſi locum laudans, Isocratem ipsius autorem , suum & Echecratis , ad quem scribit, sodalem vocat, Ἰσοκράτης, inquit, ὁ σὸς ἑταῖρος καὶ ἐμός. At quo jure vult hîc Muretus ἑταῖρον *sodalem* esse, non *amicum* , ut vertendum innuit clarissimus Cotelerius ad Chrysostomum in Danielem * ex Bibliotheca * p.217.
Scoriaca nuper vulgatum ? Esto, inquiet aliquis, vox ἑταῖρος amicum notet; quid inde contra Muretum ? Hoc nempe, non hîc agi de alio Isocrate, præterquam celeberrimo illo, de quo suprà diximus. Amicus enim non modo is est, qui 22.
eadem nobiscum ætate luce fruitur, sed etiam qui longo tempore ante nos vixit; quo sensu non dubitamus quin Dionysius Iso-

Isocratem, suum & Echecratis amicum, hoc loco dicat. Sententiam nostram unice firmat Cicero in Epistolis ad Atticum, lib. 2. epist. 16. *Nunc*, inquit, *prorsus hoc statui, ut, quoniam tanta controversia est Dicæarcho familiari tuo, cum Theophrasto amico meo, ut ille tuus* τὸν πρακτικὸν βίον *longe omnibus anteponat; hic autem* τὸν θεωρητικὸν, *utrique à me mos gestus esse videatur.* Quis hinc colligat, Dicæarchum & Theophrastum, Ciceronis & Attici fuisse æquales?

23.

CAPUT X.

Polygamia utrum Judæis Europæis concessa.

JOHANNES Buxtorfius filius (quem haud ita pridem magno Reipublicæ literariæ damno amisimus) Synagogæ Judaicæ cap. 39. editionis ultimæ, scribit *Polygamiam vel Digamiam hodie in regionibus Europæis non esse amplius inter Judæos usitatam, neque etiam permissam.* Fugerat ipsum magni Seldeni locus p. 72. & seq. Uxoris Ebraicæ: *Hodie*, inquit, *apud Europæos Judæos, veluti qui Italia ac Germania degunt, infœcundæ uxori alia, prolis gratia, idque non sine Pontificis indulto, interdum superinducitur, quod ex R. Leonis Mutinensis Venetiis Archisynagogi de moribus Ebræorum*
24. *libello, seu Historia de gli Riti Ebraici, didici; MS. scilicet illo, quem alibi* (lib. de successionibus in Bona cap. 14.) *uti & virum præstantissimum* (Wilhelmum Bosvvellum, qui à Leone autographum acceperat) *qui mecum communicavit, memoro. Nam in Codice Parisiis dudum* (A. 1637.) *impresso, id quod de Pontificis Romani indulto hic habetur, consultò, ut videtur, est dispunctum. Et quod de Polygamia ibi in ejusdem Archetypo olim legebatur, (id est in exemplari meo fideliter in Italia transcripto) ita se habet, Part. 4. c. 2. §. 2.* Gl'è lecito pigliar più d'una, è quante moglie vonno, pure in Italia ed Alemagna non usano pigliare più d'una, se non in caso che non habbia con la prima figlioli, che si conosca che lo faci per questo, ed in Italia hanno usato chiederno licenza
25. e pigliare dispensa del Papa. *Et sanè ab exemplari meo haud paucis nec momenti levioris discrepat editio illa, cui & Ebraica, quibus sæpius utitur Leo, passim desunt.* Hucusque Seldenus.

CAPUT

CAPUT XI.

Æliani locus explicatus.

DE Pindari & Corinnæ certamine sic Ælianus ποικίλ. ἱστορ. lib. 13. cap. 25. Πίνδαρος ὁ ποιητὴς ἀγωνιζομένος ἐν Θήβαις, ἀμαθέσι περιπεσὼν ἀκροαταῖς, ἡττήθη Κορίννης πεντάκις. ἐλέγχων δὲ τὴν ἀμουσίαν αὐτῶν ὁ Πίνδαρος, συνεκάλει τὴν Κόρινναν. Josephus Scaliger adversus Titium pag. 107. & seq. editionis Parisinæ, loco συνεκάλει, legit ὧν ἐκάλει; sic etiam Livineius, Scheffero teste ad hunc Æliani locum. Ego nihil mutandum censeo; συνεκάλει τὴν Κόρινναν est *Corinnam judicem constituit*, Gallicè, *il en appella à Corinne, & la fit juge de la chose.* Quod hîc Ælianus Corinnæ tribuit, (Pindarum nempe vicisse) hoc ipsum tradit Pausanias in Bœoticis, ἔστι δὲ ἐν τῷ γυμνασίῳ, ταινίᾳ τὴν κεφαλὴν ἡ Κόριννα ἀναδουμένη τῆς νίκης ἕνεκα, ἡ Πίνδαρον ἄσματι ἐνίκησεν ἐν Θήβαις. In adversum contendit Apollonius Dyscolus in libello de Pronominibus MS. in quo Corinna sic loquitur, Μέμφομαι ἰώνγα τὰν λιγυρὰν Μυρτίδα, ὅτι Βάνα φῦσα ἔβα Πινδάροιο ποτ' ἔριν. Βάνα vel Βάννα mulier à Bœotiis. Hesychius, Βάνα γυνὴ ὑπὸ Βοιωτῶν. Hanc vocem ab Hebræo, בנות deducit doctissimus Bochartus in Geographia sacra *, & ante eum Salmasius in Commentario de lingua Hellenistica, pag. 402.

26.

* Pag. 476.

CAPUT XII.

27.

De Pudente & Claudia D. Pauli.

CUm nudiustertius D. Pauli Epistolam secundam ad Timotheum accuratè legeremus, hæc verba ad calcem reperimus, Ἀσπάζεταί σε Εὔβουλος καὶ Πούδης, καὶ Λῖνος, καὶ Κλαυδία. Cogitet Lector, annon Pudens & Claudia iidem sint, de quorum Nuptiis canit Martialis lib. 4. Epigr. 13.

Claudia, Rufe, meo nubit peregrina Pudenti,
Macte esto tædis, ô Hymenæe, tuis.
Tam benè rara suo miscentur cinnama nardo,
Massica Theseis tam bene vina favis.

Nec melius teneris junguntur vitibus ulmi,
28. *Nec plus lotos aquas, litora myrtus amat.*
Candida perpetuo reside concordia lecto,
Tamq; pari semper sit Venus æqua jugo.
Diligat ipsa senem quondam: sed ut illa marito,
Tunc quoq; cùm fuerit, non videatur anus.

Claudiam cur peregrinam vocet, indicat sequenti Epigrammate *.

* Lib. 11, Ep. 54.

Claudia cæruleis cum sit Rufina Britannis
Edita, cur Latiæ pectora plebis habet?
Quale decus formæ! Romanam credere matres
Italides possunt, Atthides esse suam.
Di benè, quod sancto peperit fœcunda marito
Quòd sperat generos, quodque puella nurus.
29. *Sic placeat superis, ut conjuge gaudeat uno,*
Et semper natis gaudeat illa tribus.

CAPUT XIII.

Menagii Distichon Græcum unde sumptum.

INter eruditissimi Menagii Poemata Græca, Distichon sequens occurrit:

Εἰς Βρεζαῖον, τὸν πὰρ Ἀνδίνοις τοπάρχην, τὴν ἄγραν ἀπαγορεύοντα.

Πέρδικες Ἀνδῖνοι ΒΡΕΖΑΊΩ πόλλ' ὑγιαίνειν·
Εἰ ταχὺς οὐκ ἔλθῃς, πάντες ἀπολλύμεθα.

Ammianus Marcellinus Historiarum lib. 25. *Julianus superstitiosus magis quam sacrorum legitimus observator, innumeras sine parsimonia pecudes mactans, ut æstimaretur si revertisset de Parthis, Boves*
30. *jam defuturos: Marci illius similis Cæsaris, in quem id accepimus dictum,* οἱ λευκοὶ βόες Μάρκῳ τῷ Καίσαρι· Ἂν σὺ νικήσῃς, ἡμεῖς ἀπωλόμεθα. Verbum non addam.

CAPUT

CAPUT XIV.

Utrum dentur Formicæ Indicæ Canis magnitudine.

CLARISSIMUS Is. Vossius (quem in Criticis Aristarchum, in Mathematicis Archimedem alterum jure nuncupes,) hunc Melæ locum exponens, *India alit formicas non minus maximas canibus,* negat ex tribus formicarum apud Indos generibus, ullum canis magnitudinem adæquare. Hæc tamen legas apud præstantissimum Thuanum ad annum 1559. ex Busbequii, uti videtur, Epistola quarta de legatione Turcica; *Nuncius etiam à Thamo quidam Omtoris titulo ad Solimanum* 31.
venit cum muneribus, inter quæ erat formica Indica canis mediocris magnitudine, animal mordax ac sævum. Quæ eludere conatur divinus Bochartus in Hierozoico.

CAPUT XV.

Lyricorum Græcorum Fatum.

QUa ratione factum sit, ut ex omnibus Lyricis Græcis (Pindarum si excipias) minuta quædam τεμάχια tantum supersint, apertè docet Petrus Alcyonius, ex aliorum relatu, in libro de Exilio, quem (ut obiter hoc notem) majori ex parte transcriptum ferunt è M. Tullii libris de Gloria: *Audiebam puer,* inquit apud Alcyonium Johannes Medices, postea Leo X. *ex Demetrio Chalcondyla, Græcarum rerum peritissimo, Sacerdotes Græcos tanta floruisse auctoritate apud Cæsares Byzantinos, ut integra,* 32.
illorum gratiâ, complura de veteribus Græcis, Poëmata combusserint, in primisq; ea, ubi amores, turpes lusus, & nequitiæ amantum continebantur, atq; ita Menandri, Diphili, Apollodori, Philemonis, Alexis fabellas, & Sapphûs, Erinnæ, Anacreontis, Mimnermi, Bionis, Alcmanis, Alcæi carmina intercidisse: tum pro his, substituta Nazianzeni nostri Poëmata, quæ etsi excitant animos nostrorum hominum ad flagrantiorem Religionis cultum, non tamen verborum Atticorum proprietatem & Græcæ linguæ elegantiam edocent. Turpiter quidem

Sacerdotes isti in veteres Græcos malevoli fuerunt, sed integritatis, probitatis, & Religionis maximum dedere testimonium. Hæc auro contrà cara non potui non apponere.

CAPUT XVI.

Basilii quatuor.

33. INter Ecclesiæ Græcæ Doctores Basilii tres vulgo memorantur, Magnus scilicet, Seleuciæ Episcopus, & Cilix. Quibus addendus quartus, quem Basilium minorem Magni respectu appellabimus; is enim κοινωνὸν κὰι ὀνόματος κὰι θρόνε Magni illius Basilii se dicit. Scripsit in Gregorii Nazianzeni Orationes Ἐξηγήσεις Mss. quarum fragmenta duo affert Seberus ad Pollucem *, ex Hœschelii ad se Epistola; horum primum habet etiam Salmasius ad Tertulliani Pallium *, ex Cyrilli forte Lexico, in quo idem habetur, vel ex Sebero. Basilii hujus meminit, aut nos fallit memoria, Johannes Xiphilinus PC. in Matthæum scribens, quem, dum Hagæ-Comitis apud Batavos versaremur, in instructissima D. Isaaci Vossii Bibliotheca MS. legimus.

*p. 99. & 105.
* p. 18. ed. Paris.
34.

CAPUT XVII.

An Titi Livii imagines Patavinæ digitum ori appressum habeant.

JOHANNES Casimirus Dauquoy, Dominus de Couvrelles, Heydelbergensis, in Italiæ Itinerario MS. A. 1609. *Dans la grand'sale du Palais de Padoüe, on void l'effigie de Tite Live, dont il y en a trois en divers endroits; Et m'étonne fort de la peine que s'est donnée Philippe Camerarius tres grand personnage, de rechercher les causes en un chapitre de ses Meditations Historiques, pourquoy les statuës de Tite-Live estoient representées avec un doigt sur la bouche, veu qu'a pas une des trois cela n'y est.* Camerarii locus nobis hactenus incompertus: at in eandem sententiam sic Cl. Minos ad Alciati Emblemata, p. 101. edit. 1602. *Harpocratis sigillus mihi revocat in memoriam Titi Livii imaginem à Patavinis supra Prætorii fores positam, habet enim ori appressum digitum; cujus gestus causas multi*

35.

multas

multas afferunt, sed qui ex aliis doctiores videri possunt, conjiciunt id ea confictum ratione, quod is scribendo adeo multa sit complexus, ut Scriptoribus aliis silentium videatur indixisse. Sed ego quidem malim ad singularem hominis tùm sapientiam, tùm modestiam convertere, ut qui multa scribendo, longè plura in hominum animos cogitanda infuderit. Digitus labra compescens, interdum est pœnitentiæ nota, ut in Architecto illo Constantinopolitano, cujus lepidam historiam refert Johannes de Cipellis lib. 6. cap. 5. quam huc transcribere longum foret. 36.

CAPUT XVIII.

Isocratis Codex MS. editis auctior.

SCALIGER in Epistola ad Gruterum Lugd. Batav. 12. Kal. Jun. 1607. *Codicem Isocratis etiam Nicolaus Sophianus habebat, qui Panathenaicum tribus foliis auctiorem continebat, quam qui hodie in manibus nostris versatur. Præsens aderat Henricus Stephanus; impressum illi Panegyricum Sophianus ostendit, locum à quo absunt illa folia interpretari jubet, quem cum diligenter is perpendisset, palam se non intelligere professus est, quum tamen antea suspectus ipsi non fuisset. Postea, explicato Codice Græco, indicavit quantum in vulgatis editionibus deesset. An ille Codex nunc in Bibliotheca Palatina extet, magni fecerim scire; & si ita est, cum vulgatis conferre Salmasius poterit. Aliquando ex ipso Stephano audivi, propter hanc lacunam se editione Isocratis deterritum fuisse, quem tamen postea cum interpretatione Latina excudit. Isti Sophiano idem & nomen & cognomen commune cum eo fuit, qui Græciæ Tabulam confecit, ne fortè quis eundem putarit.* Fallitur Scaliger; Sophiano isti prænomen fuit Michael, non Nicolaus, Petro Victorio teste, ad Aristotelis Rhetorica *, cujus locum licèt paulò prolixiorem hic subjungemus, quoniam apprimè illustrat, quæ à Scaligero dicta sunt: *Postquam*, inquit, *sermo ortus est de fortasse non omnino integra parte hujus libri;* (tertii nimirum) *commodum mihi est narrare, quod à doctissimis viris & magna virtute dignitateque præditis accepi, Angelo Justiniano Episcopo, ac Johanne Vincentio Pinellio, Michaëlem Sophianum Græcum hominem, amicum utriusque horum, & meum quoque non parvum, nactum fuisse vetus exemplar Isocratis, in quo & quæ divulgatæ sunt hujus diserti Scriptoris Orationes leguntur, & præterea fragmen-* 37. 38. * Pag. 718. ed. Florent.

tum quoddam alius, quæ adhuc in occulto latet; cujus puſillæ partis ipſius (ut ajunt) tres loci citati ſunt ab Ariſtotele in hoc libro. Neceſſe igitur eſt, ſint aliqui è numero eorum exemplorum, quæ ſignificavi, doluique me omni meo ſtudio dilgentiaque non potuiſſe indagare, unde accepta ſint, neque authorem earum vocum ſententiarumque monſtrare. Factum
39. *autem eſt undique malè; nam & Michael mortuus eſt, & quæ poſſidebat in poteſtatem venere cognati ipſius, qui domicilium non habet in Italia, neque apud aliquem hic vivit, raróque huc advenat, occupatus in continuis & longinquis navigationibus. Hoc mihi viſum eſt commemorare.* Hæc Victorius.

CAPUT XIX.

De Caſauboni ad Athenæum loco conjectura.

ISAACUS Caſaubonus vir maximus, Animadverſionum ad Athenæum lib. 10. cap. 1. narrat ſe, à viris fide dignis accepiſſe, viſas manifeſto aures movere viro cuidam eruditiſſimo; cum per Allobrogum fines tranſiens, vivicomburii periculum ſibi à Magiſtratu imminere intellexiſſet; quod diceretur nefandi criminis reus Toloſa in Italiam fugere. Vide
40. annon is ſit Marcus Antonius Muretus, in quem feſtivè ſic Scaliger:

Qui rigidæ flammas evaſerat antè Toloſæ
Muretus, fumos vendidit ille mihi.

CAPUT XX.

Qui Concordiam inter Proteſtantes & Pontificios tentarunt.

CONCORDIAM inire inter Proteſtantes & Pontificios olim conati ſunt Deſiderius Erasmus, Philippus Svvartzerd, Georgii duo Wicelius & Caſſander, Andreas Fricius Modrevius: Noſtro tempore Johannes Serranus, Iſaacus Caſaubonus, Theophilus Brachetus, & Hugo Grotius. His
41. adde Dominicum Baudium, virum ingenii felicitate cum veteribus comparandum, cujus hæc ſunt verba in quadam ad ampliſſimum Thuanum Epiſtola A. 1591. *Jampridem animo concepi*

pi Opus, & tractatu arduum, & usu maximè necessarium, quod ipsum olim aggressus is, de quo nuper multus nobis sermo fuit, Georgius Cassander. Hic, tametsi nihil dicas, tamen auguror animo, quid cogitationi tuæ occurrat, esse nimirum rem tantæ molis, ut eam vix mente complecti possim, nedum facultate consequi. Fateor equidem ad hanc provinciam deligi par esse hominem instructum omnibus ingenii ac doctrinæ copiis. Opus insuper multiplici inquisitione, varia librorum supellectile, plurima rerum memoria, &, quod familiam ducit, pietate. Sed utilitatis magnitudo, & penuria talium virorum, debet etiam ad hunc honestissimum laborem mediocres viros incitare, ut si à spe perficiendi absint, saltem præclaræ voluntatis conscientia perfruantur. Ego mihi conscius sum, quam parum possim, sed aggrediendi studium probis omnibus me probaturum non despero. Deum certè confido piis conatibus adfuturum, in quem præcipuè intuens, id oneris tollere decrevi. Quod si saltem effecero, ut aliorum scribendi studia excitentur, qui digne hanc Spartam exornare possint, nihil est quod me non assecutum esse existimem. 42. Hucusque Baudius, cujus Opus, animo, ut puto, duntaxat conceptum, nunquam prodiit. Hinc patet, cur Baudium Georgii Cassandri assectam in Gallia Orientali* dixerim, quod multis perobscurum (nec immeritò) videbatur. * p. 124.

CAPUT XXI. 43.

Monachi cujusdam Parisiensis Historia.

CUM paucis adhinc annis, Richerii Senonensis Benedictini Chronicon, Reipublicæ literariæ bono, vulgarit Benedictinus alter Domnus Lucas Dachery; haud ægrè, opinor, feret eruditus Monachus, si Historiam memoratu oppidò dignam, ab eo, casu, fortè omissam, ex eodem Chronico Lectori repræsentemus; *Fuit his diebus*, Richerium audis, *Parisiensis vir doctissimus, eloquens & eloquio clarus, Robertus nomine, de Ordine Prædicatorum, qui tantam habuit gratiam, ut nullus ei tunc secundus haberetur: sed, ut ferebatur, totus gloriæ mundi & luxuriæ deditus erat: qui quadam arte chartulam sibi composuerat, ut si quando eandem chartulam capiti alicujus supponeret, quæcunque ille volebat, vellet, nollet, fateretur. Quadam quippe die cum in prædicatione sua* 44.

quandam

quandam formosam mulierem conspexisset, eam animo concupivit, mandans ei ut sibi post sermonem loqueretur ; quæ ad quendam locum secretum veniens, ubi sibi velle confiteri exspectabat, illam alloquitur, & ut voluntatem suam faceret, vocibus minacibus & blandis ipsam coarctabat. Illa negat, ille instat : minatur si non faciat, ei hæresim opponet, & igne comburi faciet. In crastino nempe coram cunctis mulierem illam ad se venire fecit, & manum ei imponens, alta voce interrogat, Numquid ex secta Hæreticorum es? Illa dixit, Sum verè. Vis redire ad fidem Catholicam? illa autem ait, Non. Ille dixit: Vis comburi potius
45. *quàm sectam illam abnegare? Illa respondit, Volo. Audistis, quoniam mulier ista confessa est turpitudinem suam. At illi admirantes dixerunt, se nunquam tale quid audivisse, & ita tradita est custodiæ. Habebat autem illa Matrona filium Clericum, bonæ indolis adolescentem, qui dolore matris tactus, circuibat vicinos & affines, consulens eos, si quo modo matrem è periculo mortis liberare valeret : cui quidam, qui illi Prædicatori familiaris erat, valdè condolens, dixit ei. Vade cras ad publicum Consistorium, quia iterum mater tua examinabitur: tu verò sta juxta eam, & cùm Magister Robertus matri tuæ manum imposuerit, & eam de fide interrogaverit, tu, quia fortior es eo, manum ejus viriliter apprehende, & chartulam, quam in ea invenies, tolle, & eam tibi reserva, & alta voce roga Magistrum Robertum, ut iterum matrem*
46. *tuam de fide interroget. Quod & ita factum est: cumque ille Clericus chartulam illam de manu illius Prædicatoris tulisset, matrona illa ut prius interrogata, juravit coram omnibus, se nunquam illa verba audivisse, nec unquam à Magistro Roberto de fide interrogatam fuisse, nec ei in aliquo respondisse, nec quid esset Hæresis unquam audivisse. Filius verò ejus omnibus chartulam ostendit, & quia arte Diabolica idem Prædicator per chartulam illam quod volebat decipiebat, & morti tradebat. Populi verò hæc audientes nitebantur eum interficere, sed raptus à Clero, missus est in carcerem lapideum perpetualiter inclusus. Et quia patrem & matrem, & alios multos insontes vel culpabiles arte suprà dicta ad suam iniquitatem velandam fecerat, Deus ei talem pœnam in præsenti*
47. *vita imponere decrevit, si fortè à malitia sua convertatur.* Hæc Richerius. Locum suppeditavit magnæ vir diligentiæ Johannes Pricæus, Anglus.

CA-

CAPUT XXII.

Anonymi Epigramma.

CÆSARIS *ad valvas vigilans ſto nocte diéque,*
Nec datur ingreſſus, quo mea facta loquar.
Ite bonæ Charites, & veſtro numine tectæ
Ferte hæc verba pii Principis ante pedes.
Si nequeo placidas affari Cæſaris aures,
Saltem aliquis veniat, qui mihi dicat, abi.

Hoc quantivis pretii hexaſtichon affert Balzacius Diſſertatione 27. ad mellitiſſimum Saracenum. Idem ſed verbis paulò diſ- 48.
crepantibus habet Pithœus in Epigrammatum veterum Cinno, quod huc transferre haud gravabor.

Cæſaris ad valvas ſedeo, ſto nocte diéque,
Nec datur ingreſſus, quo mea fata loquar.
Ite Deæ faciles, & noſtro nomine ſaltem
Dicite divini Cæſaris ante pedes:
Si nequeo placidas affari Cæſaris aures,
Saltem aliquis veniat, qui mihi dicat, abi.

Judicet Lector, utrum illuſtriores præ ſe ferat antiquitatis characteres; Balzacianúmne, an Pithœanum. Nos Pithœano lubenter calculum damus.

CAPUT XXIII. 49.

Gatakerus variis locis notatus.

E CRITICIS omnibus, qui hoc ſæculo ad politiorum literarum illuſtrationem aliquid ſcripſere, vix ac ne vix quidem ullus invenietur, qui in autoribus diligenter & accuratè tractandis Thomæ Gatakero palmam præripiat. Hæc tamen in ejus Scriptis virgula cenſoria indigere nos homunculi deprehendimus.

In Diſſertatione de novi Inſtrumenti ſtylo contra Pfochenium, Londini 1648. p. 17. *Cum εἰρκτὴν pro orco uſurpatam offendam Petri ep. 1. cap. 3. v. 19.* Μνημονικὸν σφάλμα; Vox enim εἰρκτὴ in Novo Fœdere nuſpiam occurrit. In Petri lo-

co, quem affert, extat vox Φυλακὴ; Ἐν τῷ Πνεύματι, inquit ille
§0. Apostolorum Princeps, καὶ τοῖς ἐν Φυλακῇ πνεύμασι πορευθεὶς ἐκήρυξεν ὁ Χριστός. Hunc locum pulchre illustrant, (quod fugisse tot interpretes miror) hæc Hieremiæ verba, à Judæis,
*In Dialogo cum Trypho. arguente Justino *, sublata, Ἐμνήσθη ὁ Κύριος ὁ Θεὸς τῶν ἀπὸ Ἰσραὴλ, τῶν νεκρῶν αὐτοῦ τῶν κεκοιμημένων εἰς γῆν χώματος, καὶ κατέβη πρὸς αὐτοὺς εὐαγγελίσασθαι αὐτοῖς τὸ σωτήριον αὐτοῦ.

Pag. 35. *Nec apud Interpretes illos* ἀΦΦῶ *illud, præterquam istic* (Reg. lib. 4. cap. 2. v. 14.) *deprehenditur.* Hæc vox etiam legitur ejusdem libri cap. 10. v. 10. Καὶ τίς ἐπάταξε πάντας τούτους; ἴδετε ἀΦΦώ.

In Cinno Lond. p. 19. 1651. *Epistolæ ad Corinthios Autor, fictitius Clemens.* Hîc solus incedit doctissimus Gatakerus. Utinam sententiæ suæ causas scriptis consignasset!

Pag. eadem, *Lactantii nomen præferens Poeta.* Disce-
§1. re potuit Gatakerus ex Sirmondi Notis ad Theodulphum pag. 302. eum esse hujus Poematis auctorem; non vero Venantium Fortunatum, cui à Barthio, Bocharto, & aliis perperam tribuitur.

Pag. 244. *Cicero in Carmine joculari (si Donato in Terentii Eunuchum fides) Fundum Varro vocat, &c.* Hoc Distichon ante Donatum attulit M. Fabius Institut. Orator. lib. 8. cap. ultimo, ubi loco *quâ*, Editiones quædam habent *quo*, aliæ *quem*; pro *possit*, *possim*, & pro *lapis*, *tamen*.

Pag. 394. *Martialis lib. 11. Epigr. 91. ex Lucilio.*

Lucili Columella, hic situs Metrophanes.

Lege *Columella hac*, Columella hoc loco est Cippus sepulchralis, ut eruditissimè docuit Salmasius ad Solinum pag. 1220. & seq.

§2. Ad M. Antonii Vitam, Cantabrigiæ 1652. p. 146. *De Judæis iisdem Petronius*,

Et cœli summas advocet auriculas.

Loco *cœli*, legendum *cilli*, ut viri docti dudum monuerunt. Cillus autem est asinus, unde cillanus, agaso Ciceroni.

In adversariis Miscellaneis Londini 1659. p. 2. *Nam Photii Interpres, qui profecto Andreas Schottus esse non potest, &c.*

Hæc

Hæc tamen Schottus ipse in Epistola ad Vossium, cujus autographum asservo: *Salutat te tenebrio, qui Photium dedit Latinè.*

Pag. 84. *V. cl. Joan. Vossius de vitiis sermonis lib. 3. c. 12. Ficus, inquit, inquinabant veneno ita temperato, ut quibus illas edendas porrigerent, & vivere & mori nequeuntes, &c.* Hæc non leguntur apud Vossium, qui Ingrusiæ quidem meminit in illo Opere, (lib. 3. cap. 16. non 12.) sed aliis omninò verbis. 53.

Pag. 287 *Sic enim Terentius Heauton 4. 3.*

Unus est dies, dum argentum eripio, pax: nihil amplius.
Totum opus hoc sparsum, crinis. velut Antiphilæ. Pax.

Lege *Heauton. Act. 4. Sc. 2 unus est dies, &c.* Versus posterior non est Terentii, sed Ausonii in Grammaticomastige, qui Terentianum illud respicit Act. 2. Sc. 3. ejusdem fabulæ.

Capillus passus, prolixus, circum caput rejectus negligenter.

Pag. 327. *Sicut nec illud, sive Ausonii, quod Ausonio Popmæ placet, &c.* Dionysii Catonis Disticha ante Popmam Ausonio asseruit Baptista Pius, Notis in Dolabellæ Epistolam lib. 14, earum quæ ad Atticum.

Pag. 351. *In Germaniæ civitate quadam celebri Epitaphium hoc visitur:* 54.

Si procul à Proculo Proculi campana fuisset,
Jam procul à Proculo Proculus ipse foret.

Bononiæ in Italia ad D. Proculi Fanum legi testatur Nathan Chytræus in Europæ Deliciis p. 232. edit. 1594.

Pag. 387. *Gaulmino imposuit Anonymus quidam ad Petronium Animadversionum author.* Is est Johannes à Wouvere, quem cur Anonymum vocet Gatakerus, nullus video.

Pag. 435. *Non ergo Catullum exponit Fabius Instit. l. 6. c. 3. quod Johannes Brodæus & Robertus Stephanus opinati sunt.* In eadem fuit sententia ante Brodæum & Stephanum Gulielmus Budæus, in linguæ Græcæ Commentariis pag. 61. editionis Parisinæ *Illud Fabii*, inquit, *in sexto mirari quis possit de Quintia dictum à Catullo* 55.

--- Nam nulla venustas
Nulla in tam magno est corpore mica salis.

Quibus verbis Poëta οὐδέν εἶναι κομψὸν, οὐδ' ἀστεῖον, οὐδὲ γλαφυρὸν, καὶ οὐδοτιοῦν ἀρεσκείας οὐδ' ἐμμελείας εἶναί φησιν ἐν τῷ εὐμεγέθει τοῦ σώματος

τῷ ἐκείνης. *Quintilianus autem γελοῖον intellexit, animadverſionis culpa animique aliud agentis.*

CAPUT XXIV.

Cupreſſus utrum fabricandis navibus apta.

NESCIO quid in mentem venerit clariſſimo Iſaaco Voſſio, neganti in Vindiciis pro LXX. Interpretibus *, lentiſcum, terebinthum & cupreſſum eſſe conſtruendis navibus aptas. De cupreſſo enim hoc falſum eſſe evincit Lilius Gyraldus, (ut Fullerum, Bochartum, & alios mittam) in Libello de Navigiis cap. 4. *Ex cupreſſo*, inquit, *apud Aſſyrios naves fabricari, teſtis eſt Ariſtobulus & ab eo Arrianus. Theophraſtus quoque hanc diuturniorem cæteris arboribus tradit, id quod ex valvis Dianæ Epheſiæ comprobat.* Paulò poſt, *Quod de cupreſſo diximus, comprobat Trajani navis, quæ demum ſuperioribus annis inventa eſt & eruta ex Nemorenſi lacu.* De hac navi fuſius in hæc verba cap. 7. *Trajani navis paucis ante annis, quibus hæc ego prodebam, reperta fuit atq; eruta ex lacu Nemorenſi in Latio, quo loco annos plus MCCC. demerſa jacuerat, ut conjectari potuimus. Qui vero ædificandarum hujusmodi navium peritiam habent, ſe eam ita conſtructam compactamq; animadvertiſſe prædicabant, pini videlicet materiam & cupreſſi in ea egregie vetuſtatem viciſſe, idq; extrinſecus pice atra & tela lino agglutinata, ſuperq; id chartam vel lamellas potius plumbeas clavis quibusdam æneis confixas comperiſſe. Eſt enim uſu comprobatum, æs multo quam ferrum ad vetuſtatem magis durare, quod & Vitruvius & Vegetius affirmant. Hanc Trajani navem Græci ſcriptores triremis longitudine fuiſſe prodiderunt, latitudine vero Holcaldis, quod & ex eruta cognitum eſt.* Hucusque Gyraldus.

* p. 36. 56. 57.

CAPUT XXV.

De Amne Sabbatico.

PLINIUS, egregius ille naturæ Myſtes, lib. 31. cap. 2. refert in Judæa rivum Sabbatis omnibus ſiccari. Rivus iſte fluvius

58.

vius est Sambation vel Sabbathion, de quo etiam Eldad Danita in Libello de tribubus Israel, & Elias Germanus in Thisbite; quibus addendus Johannes Mandevyle, aliàs dictus *de Barbam*, in Itinerario MS. Sed notanda in primis verba Geographi anonymi Bibliothecæ Regiæ MS. Τρίτον ὄρος ἐστὶν τὸ καλούμενον σαββατιὰν, ἔστιν δὲ πρὸς τὸ νότιον μέρος τῆς ἀνατολῆς, σαββατιὰν δὲ λέγεται διὰ τὸ βρυεῖν ποταμὸν ἐξ ἐκείνου, καὶ μὴ κινεῖσθαι τὸν ποταμὸν ἐν σαββάτῳ, ταῖς τοῦ Μωσέως ἡμέραις. His prorsus contraria narrat Josephus Belli Judaici lib. 7. quem vide.

CAPUT XXVI. 59.

Huldrici ad Nicolaum I. Epistolæ locus firmatus.

HULDRICUS vel Ulricus Augustanus Episcopus in Epistola ad Nicolaum I. P.R. scribit, quod *Gregorius Magnus primo Sacerdotibus mandaverit cælibatum, sed postea comperto quòd clam libidines exercerentur, indeq; multi concepti fœtus trucidarentur, mandatum illud abrogarit, dixeritque,* Melius esse nubere quam cædibus causam præbere. *Nam cum aliquando in piscinam quandam piscatum misisset, inventa sunt in eadem sex millia submersorum infantium capita.* Simile quid narratur à Joscelino, in Episcoporum Cantuariensium Vitis, p. 210. editionis Hanovianæ, *Anno* 1309. inquit, Radulphus Bourn *Augustinensis Ecclesiæ Abbas electus, cùm ad Papam Avinioni agentem confirmandus accessisset, reversus domum, testatur se vidisse in itinere piscinam in quadam Monialium Abbatia, quæ* PROVINES *dicebatur; in qua, cum educta aqua luto purgaretur, multa parvulorum ossa, ipsaq; corpora adhuc integra reperiebantur. Unde ad criminalia judicia subeunda viginti septem Moniales Parisios ductæ & carceribus mancipatæ fuerunt, de quibus quid actum fuerit, nescivit.* 60.

CAPUT XXVII.

Augustini Chiesii luxus immodicus.

AUGUSTINUS quidam Chiesius Romanus Trapezites

61. Leoni X. P. M. totique purpurei Senatus cœtui, exterorumque Regum Legatis, ob filium ab illo baptiſmi lavacro tinctum, ſplendidiſſima, ut ita dicam, repotia conſtituit, in quibus non ſatis fuit eduliorum omnis generis miſſuumque exquiſitiſſimorum apparatui modum omnem ademiſſe, niſi etiam lances, pinaces, cæteraque cum eſcaria vaſa, tum potus inſtrumenta ex argento affabrè facta omnia in Tiberis præterlabentis alveum inani luxus oſtento præcipitarentur, idque non una modo ſed pluribus quoque vicibus, quotieſcunque ſcenicum illud ferculorum & menſarum choragium mutandum foret. Atque iſta parvo conſtitiſſe æſtimandum erat, niſi & alieno ex orbe petitarum immani pretio avium (quas Pſittacos nominamus) ſolæ linguæ variis in patinis conditæ, ultimo ferculo omnem luxus oſtentationem longè ſuperaſſent.
62. *Hæc Hadrianus Junius Animadverſorum lib. 4. cap. 8.*

CAPUT XXVIII.

Ἅδης pro Cœlo apud Veteres.

VOX Ἅδης generalis eſt, cum ad locum tormentorum tum ad locum quietis. Hinc non modo pro Inferis, verum etiam pro Cœlo quandoque uſurpatur. Author innominatus apud Suidam, Πάσα ἀνάγκη, τοῖς μὲν ἀγαθοῖς ἐν ᾅδῃ ἑστάναι ἄμεινον, τοῖς δὲ κακοῖς κάκιον. Sic Joſephus & poſt eum Theodoretus, ᾅδης omnibus hominibus tribuunt, impiis quidem σκοτιώτερον, piis vero φωτεινόν. Adhæc aſſerit Hugo Brugthonus, (de quo alibi) in S. Scripturæ Concentu ab Iſaaco Genio Latinè verſo, in multis vetuſtiſſimis Codicibus MSS. Orationem
63. Dominicam in hunc modum inveniri, Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν ᾅδῃ. Veteres quoque Macedones Orationem hanc nunquam aliter precatos fuiſſe.

CAPUT *XXIX.*

Pelagii nomen.

CELEBERRIMI hujus Hæreſiarchæ nomen, fuit, quod pauci

pauci norunt, *Morgan*, quod veteri Britannorum lingua *Pelagus* significat. Hoc nos docuit Vossius pater in Institutionibus Oratoriis, part. 2. pag. 311. edit. 1630. *Pelagius*, inquit, *à pelago dicitur, non quasi in Britanniis, unde Hæretico illi origo erat, Græce sint locuti, sed propterea, quod, uti per manus traditum, cum è Banchorensi Monasterio, quod in Cambria sive Wallia erat, esset ad exteros profectus, qui prius Morgan diceretur (sanè hodieque apud* 64.
Cambros illustres Morganorum familiæ supersunt) pro Morgano deinceps Græca appellatione Pelagius maluerit vocari, quia nempe Morgan veteri Britannorum lingua, quæ hodieque apud Cambros obtinet, pelagus significet, quemadmodum suis eruditissimis juxtà ac humanissimis literis, quas ad me paucis ante excessum suum mensibus (3. Eid. Decembris A. 1627.) *dederat, edocuit me Reverendissimus in Christo Pater ac Dominus Georgius* (Carletonus) *Cicestrensis Episcopus, vir natalium quidem & dignitatis splendore, dum viveret, conspicuus, verum raræ virtutis doctrinæque dotibus longè excellentior.* Hasce literas una cum Vossii Responsione, aliquando, si Deus siverit, vulgabimus.

CAPUT XXX.

65.

Quid sit τηρεῖν *apud Johannem cap.* 15. *v.* 20.

IN hoc Johannis loco, Εἰ τὸν λόγον μου ἐτήρησαν, &c. Τὸ τηρεῖν in sequiorem partem sumi, id est pro *insidiari*, recte observat illustris Sarravius ad Salmasium scribens *; hoc enim suadet cum persecutionis mentio in membro priore, tum quod proxime subjungitur, Ἀλλὰ ταῦτα πάντα ποιήσουσιν ὑμῖν διὰ τὸ ὄνομά μου. At in eo errat Senator ille apprime doctus, quod putat hanc expositionem nulli recentiorum interpretum fuisse memoratam. Latuit ipsum Johannes Wild, non incelebris olim Moguntiæ concionatoris, locus, qui sic παραφράζει, *Si me in verbis meis insidiose observarunt, & vobis pariter laqueos ponent.*

* pag. 201.

CAPUT

66.

CAPUT XXXI.

Politianus Plagiarius.

FEstiva sunt nec omnibus nota, quæ de Angelo Bassio à patria Politiano tradit Franciscus Duarenus, Fr. Balduinum alloquens, pag. 1478. Operum, editionis 1584. *Non possum,* inquit, *mihi temperare, quin tibi nunc referam, quod Budæus noster de Angelo Politiano quondam nobis domi suæ narrare solebat, idque se ex Jano Lascare, qui Politiani fuerat æqualis, crebro audivisse confirmabat. Cùm enim Politianus Florentiæ Interpretationem Homericæ Iliados in magna celebritate aggrederetur; non sine ingenti ostentatione, quæ de Homeri Poëmate perscripta sunt ab Herodoto, auditoribus suis è*
67. *suggesto recitabat, quo tempore Herodoti liber Græcè scriptus, à nullo adhuc conversus in linguam Latinam, nec Typographorum formis excusus erat. Itaq; Lascaris, qui tum honoris causa auditorum numerum augebat, cum paucis quibusdam aliis Græce doctis hominibus, qui non ignorarent unde omnia, quæ pro suis recitaverat, hausisset. Is igitur paulo post ad hominem conversus, eumq; seducens, Dic mihi quæso, inquit, Politiane, quo ore Herodoti Opus insigne, quod ante tot sæcula conscriptum est, in tanto cœtu, ut tuum recitasti? Cui mox subridens Politianus, Nunquam, inquit, putassem, Jane, hominem Græcum adeò ejus artificii rudem & ignarum esse, quo apud multitudinem existimatio & fama comparari solet. Quasi vero, inquit, non satis intelligam, tres aut summum quatuor fortassis vos hîc adesse, quibus Herodoti libros*
68. *aliquando inspicere contigerit. Sed quænam hîc sit turba nobis applaudentium & in cœlum laudibus ferentium, vides, apud quos si existimationem nostram (quod minime spero) vel tantillum lædere volueritis, Oratio profectò vestra non multum fidei ponderisq; habitura est.* Hucusque Duarenus.

CAPUT XXXII.

Imperatores Julii dicti.

UT à Julio Cæsare Imperatorum primo, reliqui deinceps Cæsares appellati sunt, sic ab eodem Juli. Propertius lib. 4. Eleg. 6.

Actia

Actia Juleæ pelagus monimenta carinæ
Nautarum votis non operosa via.

Juleæ carinæ nomine Augusti classem intellige, qua Antonium 69.
& Cleopatram Actiaco prælio vicit. Martialis lib. 9. Epigr. 36.

Scis quoties pharios madeat Jove fusca Syene,
Scis quota de Lybico litore puppis eat:
Cujus Juleæ capiti nascantur olivæ,
Destinet æthereus cui sua serta pater.

Juleæ olivæ hoc est Coronæ à Domitiano datæ, etsi aliò abeat Gronovius in erudita Diatribe ad Statii Silvas. * *p. 417.

CAPUT XXXIII.

Variorum Opera oculorum aciem pene fugientia.

DE Homeri Iliade nucis putamini inclausa Cicero apud Plinium lib. 7. cap. 21. Memorat idem Plinius ibidem Callicratem quendam formicas, aliàque id genus animalcula tam 70.
minuta ex ebore fabricasse, ut earum partes à cæteris discerni nequirent. Rursus Myrmecidem in eo genere clarum, qui ex eadem materia quadrigam fecerit, quam musca alis integeret, item navem, quæ pennis apiculæ absconderetur. Petrus Aretinus in Epistolarum Opere Italicè scripto, alicubi * ait Fr. Alumnum, in describendis minutissimis characteribus ætate sua ad miraculum insignem, sine notis (quas abbreviaturas vocamus) integrum Symbolum Apostolicum descripsisse cum principio Evangelii Johannis, quod recitant Sacrifici, atque hæc ambo denarioli spatio; stupentibus Imperatore Carolo, & Clemente Pontifice, reique novitate vix oculos satiantibus. Hadrianus Junius Animadversorum lib. 1. cap. 7. scribit, se non sine magna voluptate Mechliniæ spectasse cerasi calculum 71.
in modum quasilli exsculptum, quo continebantur quindecim alearum paria, suis punctis affabre distincta, ita ut acie oculorum clarè dignosci potuerint. Fuerat autem emptus is calculus, ab Hagano quopiam apud Confluentes Rheni & Mosellæ. Gabriël Barrius vel Gulielmus Sirletus (si Paulo Æmi- *p. 164. edit. Venetæ 1538.

*In Historia Carbonensis Monasterii Romæ 1601. p. 14.

lio Sanctorio* fides) sub finem libri 2. de Situ & Antiquitate Calabriæ, novisse testatur Hieronymum Fabam, Presbyterum, Cæniſii oppidi civem, integerrimæ vitæ virum, & linguæ Latinæ minime rudem. Is in numerato ingenium habebat. Fructus faciebat ex buxo cujusvis generis artificio mirabili, ut facile putasses veros esse ac recenter ex arbore decerptos. Rhedam fecit ex ligno, magnitudine grani tritici, in
72. qua statiunculæ, hoc est viri ac mulieres sedentes, & boves, qui rhedam trahere videbantur, & rhedarium sedentem rhedamque regentem. Aliam fecit, quam pulex catena lignea alligatus trahebat. Fecit item ex buxo opus, in quo tota passionis Christi series continebatur, quod opus tanto erat artificio; ut in cortice nucis avellanæ contineretur. Fecit eodem artificio ac magnitudine domum Pilati cum ministris educentibus Christum per scalas, crucem bajulantem, & Pilatum lavantem manus. Erat ibi & hortus pensilis, in quo flores erant & aves, erat & cavea cum Carduele ave, vasa item cum floribus. Fecit eodem artificio & magnitudine historias veteris Testamenti, & alia ejusmodi. Ejus opera ad Carolum V. Cæsarem, & ad Gallorum Regem & ad Philippum Re-
73. gem Hispaniarum pro miraculo advecta sunt. His exemplis addenda, quæ congessit Blasius Vigenerius in Tractatu de Zipheris p. 253. & seq. Sic autem ille: *Il y a d' autres ouvrages qui dependent de la seule acuité de la veüe, comme de nostre temps la lettre d' un Gentilhomme Sienois appellé* Spannochio, *qui écrivoit sur du veslin, sans aucune abbreviation, tout l'* In principio *de S. Jehan, en autant ou moins d'espace que ne contient le petit ongle, d'une lettre au surplus si exquise & si bien formée qu'il ne seroit pas possible de mieux. Telle estoit aussi l'écriture & les traits d' un Peintre Anglois nommé* Oeillarde, *d' autant plus à émerveiller, que cela se faisoit avec un pinceau fait des poils de la queuë d'un Escurieu, qui ne resiste ni ne soûtient pas comme feroit une plume de Corbeau qui est tres ferme.*
74. *Au surplus assez de gens ont pû voir de nostre âge des Coches de verre à quatre roues, attelez de trois chevaux, avec le cocher tenant son fouet déployé en l' air, le tout couvert de l'aisle d' une mouche: Et des ouvrages de plus fraische datte d' un certain Tourneur de Croutelles, presque incroyables. Entre autres un Jeu de quilles avec la pirouëtte, dans une*

une boëte garnie de ſon couvercle, le tout d'yvoire excellemment elaboure, qui ne peſoient pas enſemble trois grains. Je puis dire avoir veû auſſi en mes jeunes ans un Orfévre à Moulins, natif d'Amſterdam en Hollande, qui avoit enchaiſné une puce en vie, à une chaiſne d'or de cinquante chaiſnons, ne peſans pas toutefois trois grains.

CAPUT *XXXIV.* 75.

Benedictus Arias cur Montanus *dictus. Eius Apologia. Areopagitæ larvati de Hierotheo Liber.*

BENEDICTUM Ariam nemo non laudat; at, cur Montanus dicatur, norunt pauciſſimi. Cauſam aperit Cyprianus à Valera Prolegom. in Bibliа Hiſpanica Amſterodami excuſa A. 1602. *Plugo*, inquit, *à nueſtro Dios, movido de la misma miſericordia que antes, inſpirar en el coraçon de Benito Arias natural de Frexenal de la Sierra (y por eſſo ſe llama* Montano, *al qual yo conoci eſtudiando en Sevilla) de hazer otra nueva impreſſion*: (Bibliorum ſcil.) *para que la Igleſia de Dios no careciеſſe de tanto bien; y aſſi vino, non ha muchos años, à Anveres: donde à coſta del Rey Don Phelipe II. la imprimiò poniendo juntamente con el Texto Hebreo la verſion Chaldaica, Griega, Syriaca, y alcunas verſiones Latinas vieivas y nuevas. Fue hombre muy docto en diez lenguas. Su juventud paſſò en ſus eſtudios en Sevilla; por lo qual y porque ſu tierra Frexenal no es lexos, y es del territorio de Sevilla, ſe llamò* HISPALENSIS, *q. d. Sevillano.* 76. Ob præclaram illam operam in Bibliorum Regiorum editionem inſumptam, Benedictus Arias variarum hæreſium apud Romanum Pontificem poſtulatus, Apologiam Hiſpanicè ſcripſit, quam in expugnatione Caletana ante annos aliquot inventam Angli in patriam ſuam detulerunt, atq; in Oxonienſi Bibliotheca, tanquam pretioſiſſimum κειμήλιον etiamnum aſſervant. Exoriatur tandem aliquis, qui ejus editionem procuret! Caput hoc claudemus his Lilii Gyraldi verbis, Dialogo 5. Poëtarum; 77. *Dionyſius Areopagita ille magnus Hierotheum amatorios hymnos compoſuiſſe ſcribit, ex quibus & ipſe quædam nonnunquam excerpit. Quin & de ipſo Hierotheo librum edidit, cujus hæc fuit inſcriptio, περὶ θεῖ μα-*

καρίου Ἱεροθέου, id quod in Commentariis Græcis observavi; licèt, qui in Dionysinm Scholia scripsere, parum hæc atque alia multa novisse videantur. Quæ omninò notare debuit eximius Theologus Johannes Dallæus, in novissimis Observationibus ad Dionysii hujus Opera.

78. CAPUT XXXV.

Quid Ἄγγελοι 1. Cor. 11. 10.

IN Corinthiorum loco ὀφείλει ἡ γυνὴ ἐξουσίαν (sic enim legendum) ἔχειν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, διὰ τοὺς ἀγγέλους, Angelorum nomine spiritales Dei ministros vulgò intelligunt Theologi, sensu frigido. Nos, cum bona ipsorum venia, Angelos hic dici putamus viros sanctos & fideles, quomodo Sethi posteri Gen. 6. 2. in antiquissimo Codice Alexandrino versionis LXX. Interpretum, ἄγγελοι Θεοῦ vocantur; quam lectionem firmant, Philo, Eusebius, Procopius & alii. Ἀγγέλους pro fidelibus non uno loco etiam usurpat Theodorus, vel quis alius, qui Origenis tempore floruit, ad calcem Operum Clementis Alexandrini.

79. CAPUT XXXVI.

Hippolytæ Taurellæ Mantuanæ Epistola ad Balthasarem Castilioneum, maritum suum, apud Leonem X. Oratorem.

HIPPOLYTA εὐπράττειν jam dicit Castilioni,
Addideram imprudens, hei mihi, penè suo.
Te tua Roma tenet, mihi quam narrare solebas
Unam delicias esse hominum atque Deûm.
Hoc quoque nunc major, quod magno est aucta Leone,
Jam bene pacati qui imperium orbis habet.
Hìc tibi nec desunt celeberrima turba sodales,
Apta oculos etiam multa tenere tuos.

Nam

Nam modo tot priſcæ ſpectas miracula gentis, 80.
Heroum & titulis clara trophæa ſuis:
Nunc Vaticani ſurgentia marmore templa:
Et quæ porticibus aurea tecta nitent:
Irriguos fontes, hortosque & amœna vireta,
Plurima, quæ umbroſo margine Tybris habet:
Utque ferunt, lætus convivia læta frequentas,
Et celebras lentis otia miſta jocis.
Aut cithara æſtivum attenuas cantuque calorem:
Hei mihi quam diſpar nunc mea vita tuæ.
Nec mihi diſpliceant quæ ſunt tibi grata, ſed ipſa eſt
Te ſine lux oculis penè inimica meis.
Non auro aut gemma caput exornare nitenti, 81.
Me juvat, aut Arabo ſpargere odore comas:
Non celebres ludos feſtis ſpectare diebus,
Cum populi complet denſa caterva forum;
Aut ferus in media exultat gladiator arena,
Haſta concurrit vel cataphractus eques.
Sola tuos vultus referens Raphaëlis imago
Picta manu, curas allevat usque meas.
Huic ego delicias facio, arrideoque jocorque,
Alloquor, & tanquam reddere verba queat:
Aſſenſu, nutuque mihi ſæpe illa videtur
Dicere velle aliquid & tua verba loqui.
Agnoſcit, balboque patrem puer ore ſalutat, 82.
Hoc ſolor, longos decipioque dies.
At, quicunque iſtinc ad nos acceſſerit hoſpes,
Hunc ego quid dicas, quid faciasve rogo.
Cuncta mihi de te incutiunt audita timorem,
Vano etiam abſentes ſæpe timore pavent.
Sed mihi neſcio quis narravit ſæpe tumultus,
Miſcerique neces per fora perque vias.
Cum populi pars hæc Urſam, pars illa Columnam
Invocat, & trepida corripit arma manu.
Ne tu, ne quæſo tantis te immitte periclis,
Sat tibi ſit, tuto poſſe redire domum.
Romæ etiam fama eſt cunctas habitare puellas, 83.
Sed quæ laſcivo turpiter igne calent.

Illis venalis forma eſt, corpusque pudorque,
His tu blanditiis ne capiare cave.
Sed niſi te captum blanda hæc jam vincla tenerent,
Jam longas abſens non paterere moras.
Nam memini cùm te vivum jurare ſolebas,
Non anima nec me poſſe carere diu.
Vivas CASTALION, vivasque beatius opto;
Nec tibi jam durum eſt me caruiſſe diu.
Cur tua mutata eſt igitur mens? cur prior ille,
Ille tuo noſtri corde refrixit amor?
84. Cur tibi nunc videor vilis? nec, ut ante ſolebam,
Digna tori ſocia, quam paterere, tui?
Scilicet in ventos promiſſa abiere, fidesque,
A nobis ſimul ac veſtri abiere oculi.
Hîc tibi nunc forſan ſubeunt faſtidia noſtri,
Et grave HIPPOLYTÆ nomen in ore tuo eſt.
Me tibi, teque mihi ſors & DEus ipſe dedere:
Quodnam igitur nobis diſſidium eſſe poteſt?
Verum ut me fugias, patriam fugis improbe? nec te
Cara parens, nati nec pia cura tenet?
Quid queror? en tua miſcribenti epiſtola venit,
Grata quidem, dictis ſi modo certa fides:
85. Te noſtri deſiderio languere, pedémque
Quam primùm ad patrios velle referre lares.
Torquerisque mora, ſed magni juſſa LEONIS
Jamdudum reditus retinuiſſe tuos.
His ego perlectis, ſic ad tua vota revixi,
Surgere ut æſtivis imbribus herba ſolet.
Quæ licèt ex toto non auſim vera fateri,
Qualiacunque tamen credulitate juvant.
Credam ego, quod fieri cupio, votisque favebo
Ipſa meis, vera hæc quis neget eſſe tamen?
Nec tibi ſunt præcordia ferrea, nec tibi dura
Ubera in Alpinis cautibus urſa dedit.
86. Nec culpanda tua eſt mora: nam præcepta deorum
Non fas nec tutum eſt ſpernere velle homini.
Eſſe tamen fertur clementia tanta LEONIS,
Ut facilè humanas audiat ille preces.

Tu

Tu modò & illius numen veneratus adora,
Pronáque ſacratis oſcula fer pedibus.
Cumque tua attuleris ſupplex vota, adjice noſtra:
Atque meo longas nomine funde preces.
Aut jubeat te jam properare ad mœnia Mantûs:
Aut me Romanas tecum habitare domos.
Namque ego ſum ſine te, veluti ſpoliata magiſtro
Cymba, procelloſi quam rapit unda maris.
Et data cùm tibi ſim orba utroque puella parente, 87.
Solus tu mihi vir, ſolus uterque parens.
Nec minùs ingrata eſt vita, hei mihi, namque ego tantùm
Tecum vivere amem, tecum obeámque lubens.
Præſtabit veniam mitis Deus ille roganti,
Auſpiciisque bonis & tibi dicet, eas.
Ocyus huc celeres mannos conſcende viator,
Atque moram ſtatim rumpe, viamque vora.
Te læta excipiet feſtis ornata coronis,
Et domini adventum ſentiet ipſa domus.
Vota ego perſolvam templo, inſcribámque tabellæ:
Hippolyta ſalvi conjugis ob reditum.

EPITAPHIUM 88.
HIPPOLYTÆ TAURELLÆ,

Uxori dulciſſimæ, quæ in ambiguo reliquit,
utrum pulchrior an caſtior
fuerit,

primos juventæ annos vix ingreſſæ,
BALTHASAR CASTILIONIUS
incredibiliter mœrens P.
A. M. D. XXV.

His lectis, ſi fletum teneas, Marpeſia caute durior es.

CA-

CAPUT XXXVII.

Erasmi error jocularis.

CUM Primus Comes, M. Antonii Majoragii consobrinus, in Germaniam ea de causa profectus fuisset, ut Erasmi consuetudine per aliquod tempus frueretur; priusquam Erasmum conveniret, ad eum literas dedit, quibus adventus sui causam declarabat, quarum in
89. extrema parte, nomen suum, ut fit, ita subscripserat, *Tui studiosissimus Primus Comes Mediolanensis.* Hanc cum Erasmus subscriptionem vidisset, credidit statim magnum adesse aliquem Principem sui visendi gratiâ. Quare licet admodum senex & infirmus esset, tamen quo studio quoque apparatu potuit, obviam Majoragii consobrino longè processit. Sed postquam homunculum unum, nullo comitatu, nullo servorum grege stipatum, & benè quidem literatum, sed nullo elegantiori cultu vestitum reperit, errorem suum jucundissimè ridere cœpit, & tamen eum sibi multò gratiorem advenisse, quàm si magnus Princeps fuisset, multis audientibus, testatus est. *Hæc Majoragius in quadam Oratione.*

CAPUT XXXVIII.

90.

Quis ille Theodosius, cui Fabulas nuncupat Avienus.

* Dialogo 4. Poëtarum. SI Gyraldo * stemus, fuit is Theodosius Imperator. Sed dubio procul fallitur. Theodosius ille non alius est ab eo, quem Macrobium vulgo dicimus, quique à Veteribus ἀπλῶς Theodosius vocatur. Hoc probat Johannes; sive Erigena, sive alius, in Appendicula Opusculi de differentiis Græci Latinique sermonis. Cui suffragatur Ovidii vetus Interpres in Ibin; *Tyrannus*, ait, *est communis generis. Nam Theodosii Grammatici est regula, quod nomina professionem aut dignitatem significantia, sunt communis generis.* Hæc jam chartis illeveramus, cùm paria nobiscum sentire legimus viros duos omni laude superio-

periores, Petrum Pithœum videlicet, & Jacobum Sirmondum: Dubitanter quidem ille ad Poëmatia vetera p. 474. *Hujus generis Fabulæ sunt illæ ad Theodosium, fortè an Macrobium*: Fidenter verò hic ad Sidonium p. 4. *Rursum quem Macrobium dicimus, Avienus in Epistola, quam Æsopicis suis fabulis præfixit, & Boëtius Theodosium vocant; nec dubium quin hoc verum ejus nomen fuerit, quod postremum est, cum adjectis cæteris Macrobius Ambrosius Aurelius Theodosius nuncupatur.* Hactenus Sirmondus. 91.

CAPUT XXXIX.

LXX. Interpretes, & Synesius emendati.

COROLLARII vice, binas tantum conjecturas subjiciemus. Jerem. 50. 8. LXX habent γένεσθε ὥσπερ δράκοντες κατὰ προβάτων. Locus vitii manifestus, optimè enim Hebræus Codex עתודים *Hirci*. Medicam manum adhibere putat clarissimus Ludovicus Capellus in Critica Sacra *, legendo τράγοι: at quid huic voci simile cum δράκοντες? lege, meo periculo, δόρκονες. Δόρκων est hircus vel caprea, qua voce usi sunt LXX Cant. 2. 17. Synesius *de imsomn.* Σημαίνει μὲν διὰ πάντων πάντα, καὶ ἔστι ταῦτα γράμματα παντοδαπὰ, καθάπερ ἐν βιβλίῳ τοῖς ὠψὶ, τὰ μὲν φοινοίκεια, τὰ δὲ Αἰγύπτια, καὶ ἄλλα Ἀσσύρια. ἀναγινώσκει δὲ ὁ σοφὸς. σοφὸς δὲ ὁ φύσει μαθών. Loco ἐν βιβλίῳ τοῖς ὠψὶ, quæ palam in mendo cubant, accuratissimus Gatakerus in Dissertatione de N.T. stylo adversus Pfochenium p. 96. legit ἐν βιβλίῳ τοσαῦτα ὄψει, paulò remotius. Nos legendum autumamus, ἐκ βιβλίοις τις ὄψει, levi admodum mutatione. 92.

* lib. 4. c. 18.

ΠΑΞ.



RECUEIL
DE
PARTICULARITEZ,

FAIT L' AN M. DC. LXV.

RECUEIL DE PARTICULARITEZ,

FAIT L'AN M. DC. LXV.

95. ESTANT allé voir à Paris Monsieur de Valois l'aîné, il me dit entre autres choses, qu'il y avoit quantité de gens qui se meloient de faire des Livres mais qu'il en connoissoit peu qui écrivissent aussi bien que Monsieur Daillé. Sur la liberté que je pris de luy demander le Catalogue de ses Ouvrages, voi-ci ceux qu'il me nomma.

Ammian Marcellin commenté, qu'il esperoit donner à quelque heure beaucoup plus ample.

96. Des Fragmens de Polybe, Nicolas Damascene, & autres dont le Manuscrit lui avoit esté communiqué par Monsieur de Peiresc. Monsieur de Ranchin, Conseiller à la Chambre de l'Edit de Castres, possede aujourd' huy ce Ms.

L'Histoire Ecclesiastique d'Eusebe, avec une version Latine, & des Notes.

Ibidem, *Is eſt Pereſius*; Nicolaus Claudius Fabricius de Peireſc, Senator Aqui-Sextienſis, cujus Vita à Petro Gaſſendo accuratiſſimè ſcripta, ubique proſtat.

Pag. 620. *De Jeſuita illo*; Frontone Ducæo.

Pag. 623. *Ille B.*; Bellarminus.

Ibidem,

Ibidem, *Magnum illum Paulum*; Sarpium, sc. Serenissimæ Venetorum Reipublicæ Theologum, cujus Vita à P. Fulgentio, Sarpii discipulo, Italicè scripta est.

Pag. 627. *Novus Purpuratus*; Perronius.

Ibidem, *Sedanensem Amicum*; Tilenum. 172.

Pag. 628. *Libellum adversus somnia*; Elenchum Orationum Chronologicarum Paræi.

Ibidem, *Opus aliquod videbis ἀνώνυμον*; Librum de Libertate Ecclesiastica, de quo etiam p. 632 & 647.

Ibidem, *Inter N. &*; Venetos ac Pontificem.

Pag. 613. *N. tuus*; Paræus.

pag. 632. *Aquitanus Vigierius*; Japhetus Vigierius, Dominus du Montié, Ecclesiæ quæ colligitur in urbe D. Johannis Angeliaci Pastor, octogenario major hoc A. 1666.

Pag. 647. ὁ τρισκατάρατος; Scioppius.

Pag. 669. *Vir magna authoritate*: Phil. Canaius.

Pag. 675. *D. de Changobert*; Is est Nicolaus Pithœus, Petri, Francisci & Johannis frater; cui Portugalliæ Historiam 173.
authore Osorio, à se Gallicè versam dicat Simon Goulartius, Genevensis Theologus.

Pag. 676. *Nam N.*; Henricus Stephanus.

Pag. 747. *Latina quàm optima*; Versus in Joh. Castellum intellige, quos habes in Casauboniana Suetonii Editione pag. 46. & 231.

Pag. 756. *Libellum hic editum*; Martialem Græcum Scaligeri.

Pag. 762. *Celuy qui vous rendra*; C'est Philippe Jaques de Maussac, President en la Cour des Aydes de Monpellier, decedé l'an 1650. fils de M. Jaques de Maussac, Doyen des Conseillers du Parlement de Tolose.

Pag. 764. *Ce que vous dites, &c.* Il faut expliquer cela du dessein qu'avoit eu M. de Serres d'accorder les Religi- 174.
gions; Ce qu'il témoigna publiant le Livre intitulé, *Apparatus de fide Catholica.*

Pag. 766. *Cum Lampria tuo*; Plutarchi Operum Catalogo, autore Lampria Plutarchi filio, de quo in Collectaneis sub nomine Suidæ.

Pag. 769. *Teſt. B.*; Novum Teſtamentum Bezæ.

Pag. 793. *Virum ampliſſimum*; Velſerum puto.

Ibidem, *Gregoriana Lucubratiuncula*; Gregorii Nyſſeni Epiſtola ad Ambroſiam, &c. cum verſione & notis Caſauboni.

Pag. 808. *Vidi tandem*; Tota hæc Epiſtola in Scioppium ſcripta eſt.

Pag. 818. *N.N.*; Ex hujus & ſequentium Epiſtolarum non indiligenti lectione, conjicimus N.N. eſſe Paulum
175. Petavium, Senatorem Pariſienſem. Perpendant ſagaciores.

pag. 819. *C.P.* Card. Perronio.

pag. 821. *Amicum magnum*; Scaligerum.

pag. 825. *Homo privatus*; Thomas Bodlæus, ob erectam illam Bibliothecam Ptolemæi Oxonienſis nomen adeptus.

pag. 825. *Vir eruditiſſimus*; Joh. Prideauz.

pag. 831. *Liber tuus*; Petri Cunæi Animadverſiones ad Nonni Dionyſiaca.

pag. 833. *Librum à Torto*; Bellarmino, ſub Torti nomine.

Ibidem, *Triplici nodo*; Hujus Operis autor eſt Sereniſſimus Jacobus, M. Britanniæ Rex.

pag. 835. *Judæum gente, profeſſione Chriſtianum*; Julium
176. Conradum Ottonem, priùs vocatum R. Nephtali Margolith, hoc eſt, *Margaritam*, quo nomine plures fuerunt apud Judæos. R. David Ganz in Chronico pag. 151. editionis Vorſtianæ, meminit Iſaaci Margolith, Pragenſis Synagogæ Rectoris, A. 1530. & inter Epiſtolas Reuchlinianas una legitur Hebraicè ſcripta, Jacobi Margolith, Judæorum Ratisponenſium Primatis. His adde Antonium Margaritam, qui ad Chriſtianiſmum converſus, Germanice librum edidit de fide, vita & moribus Judæorum.

CLAVIS

CLAVIS EPISTOLARUM CLAUDII SALMASII *DIVIONENSES,*

Editore Ant. Clementio A. 1656.

PAg. 20. Prolegom. *Ilna ad Cl. Lingelshemium*; Extat pag. 230. edit. Hagienſis.

pag 29. *Eruditiſſimum illum virum*; Iſaac. Voſſium, apud quem Salmaſii Stephanum vidimus.

pag. 34. *Cum Salmaſio pedem conferre*; Fallitur Clementius. Lege Sirmondi Propempticon An. 1622. excuſum.

pag. 52. *Regina etiam focum ſtrueret*; Falſiſſimum hoc eſſe nobis aſſeruit vir fide digniſſimus Iſaac. Voſſius, in Aula Sereniſſimæ Chriſtinæ tùm temporis, degens. 178.

pag 65. *Notæ in Tertulliani Pallium*; Quibus addenda Confutatio Animadverſionum Petavii ad idem opus, Middelburgi (hoc eſt, Lutetiæ) A. 1623. ſub Franciſci Franci nomine edita.

pag. 67. *Diſſertatio de Saccharo & Manna*; Lutetiæ excuſa eſt A. 1664. 8.

pag. 68. *Commentarius de Militia Romana*; Vulgavit Lugdun. Bat. A. 1657. Georgius Hornius.

pag. 69. *Apologia contra Miltonium*; Prodiit Divion. An. 1660. curâ Claudii filii, paulo poſt denati.

pag. 8. Epiſtolarum, *Un certain Paræus*; C'eſt Jean Philippe, fils de David, & pere de Daniel, qui a fait de petites Notes ſur Quintilien.

pag. 24. *M. Pithou*; Lib. 1. Adverſar. c. 11.

Pag. 36. *Illius Amici*; Nicolai Rigaltii. 179.

Ibidem, *Cum Aurelianenſi*; Gabriele Albaſpineo, Galliæ Pro-Cancellarii & Bredæ Gubernatoris fratre.

Pag. 39. *In quo hæret Seldenus*; In Syntagmate de Dis Syris, p. 15. edit. 1629.

Pag. 44. *Interpres*; Gabriel Sionita.

Pag. 49. *De illo Amico*; Rigaltio.

Pag. 55. *Aux Insulaires*; Ce sont les Anglois.

Pag. 67. *Noster ille*; Rigaltius.

Pag. 82. Noster ὁ πάνυ; Scaliger.

Ibid. Σκαλανομάστιξ; Petavius.

Pag. 89. *Filii obitu*; Dionysii Vossii, Juvenis linguarum Orientalium peritissimi.

Pag. 106. *Ad Sixtinum*; De quo cum laude Gronovius ad Statii Sylvas p. 16. ubi *Suffridus Sixtinus* dicitur.

180. Pag. 107. *Pour le Pere* ***; C'est le Pere Mersenne, Religieux Minime.

Pag. 134 *Per Junium vestrum*; Franciscum Junium, Francisci Theologi filium.

Pag. 135. *Senatore Aquensi*; Peireskio.

Ibidem, *Wouverium enim habuisse*, Meursium, *& alios*; De Wouverio firmat Scriverius ad Martialem, pag. 49.

Pag. 149. *Socer tuus*; Fr. Junius Theologus.

Pag. 175. *Monsieur vôtre Frere*; C'est Pierre Golius, qui s'étant fait de l'Ordre des Carmes Déchaussez, se nomme le P. Celestin de sainte Lidvvine. Il enseigne cette année 1666. les langues Orientales à Rome au Seminaire de ceux de son Ordre. J'en parleray ailleurs plus au long.

181. Pag. 178. *Du Pere Jesuite*; C'est le Pere Athanase Kircher, Alleman, qui a dégagé sa parole en nous donnant une Grammaire & un Dictionnaire de la langue Cophtique.

Pag. 185. *Lexicon illud Mediolanense*; Antonii Giggæi.

Pag. 186. *Dominum de Loches*; Prænomine *Ægidium*; de quo diximus in Gallia Orientali.

Pag. 192. *Consiliarius est Regius*; Paulus du May, ad quem bis Casaubonus in Epistolis.

Pag. 202. *Carmen Fabricii*; Vincentii fc. ad quem Sarravius in Epistolis.

Pag. 210. *Cypriano Pontani tui*; Johannes Isaacii.

Pag. 224. *Elegantissimus tuus filius*; Isaacus.

Ibidem, *Ernestus*; Lege *Ernstius*. Is est Henricus Ernstius, cujus extat Catalogus MSS. Codicum Bibliothecæ Mediceæ.

CLEF

CLEF 182.

DES

EPITRES FRANCOISES

A

M. JOSEPH JUSTE DE LA SCALA.

Recueillies par Jaques de Reves, à Harderwyck l'an 1624.

PAG. 11. *Avec mon Pere* ; Louïs Chataigner de la Rochepozay.

Pag. 29. *Albonesius Regulus* ; C'eſt Theſeus Ambroſius.

Pag. 45. *Du della Cerenza*, Liſez, *du Duc della Cerenza.*

Pag. 45. *Pour une ſecrete d.....* ; Devotion.

Pag. 54. *Henry Louïs*; Henry Louïs de la Rochepozay, qui fut enſuite Eveſque de Poitiers.

Pag. 67. *Monſieur de B.* ; M. de Beze.

Pag. 83. *Qui eſtoit ce Calliſthenes Sybarita , & cét Olympiodorus* ; Ce Calliſthene eſt allégué par Plutarque dans ſon Traité des Fleuves à la pag. 22. de l'Edition de Mauſſac. 183. Et nous avons des Extraits de l'Hiſtoire d'Olympiodore dans la Bibliotheque de Photius, qui ne ſe liſoit encore que Manuſcrite lorſque Scaliger donna ſon Auſone.

Pag. 95. *De Cognatione literarum* ; Auſſi Scaliger le met-il au rang des bons Livres, écrivant à Charles l'Abbé.

Pag. 98. *De cette mort*; C'eſt celle de Gabrielle d'Eſtrée; Marquiſe de Monceaux, & enſuite Ducheſſe de Beaufort, Maiſtreſſe d'Henry quatriéme.

Pag. 99. ***; L'Autheur de cette Lettre eſt Jaques Gillot, Conſeiller à la Grand Chambre.

Pag. 102. *Monſieur Juret*; Voyez la pag. 60. de ſes No-
184. tes ſur Symmache, de l'edit. 1640.

Pag. 105. *Ne pouvoit plus vivre qu'un an*; C'eſt Goſſelin, qui mourut à Paris fort âgé.

Pag. 130. *Le Remerciment de d'Orleans*; C'eſt Louïs d'Orleans, qui avoit eſté un des grans Partiſans de la Ligue.

pag. 116. *La Princeſſe de Florence*; Marie de Medicis.

pag. 122. *Les Vaſſans*; C'eſtoient les enfans d'un Pithou, qui au temps du Maſſacre laiſſa Paris pour Geneve, où elle épouſa M. Vaſſan. Elle eſtoit ſœur de Pierre, François, Jean, & Nicolas Pithou. Caſaubon écrit quelques Lettres à ces Meſſieurs Vaſſan, & les loüe de leur ſavoir. L'aîné ſe nommoit Jean, & l'autre Nicolas. Jean eſt mort de l'Ordre des Fueillans.

pag. 157. *Eſpagnol*; De Poulain ſe trompe; Pavillon eſtoit Pariſien.

185. pag. 166. *Monſignor Sidonio*; C'eſt Leonard Abel de l'Isle de Malte, Evesque de Sidon dans la Paleſtine. Nous avons de luy une Relation de ſon voyage en Orient, où il fut envoyé par Gregoire XIII. en qualité de Nonce. Il mourut à Rome l'an 1605.

pag. 168. *Le Tombeau*; Scaliger le fit quelque temps aprés; Il ſe lit avec de beaux Vers dans ſes Poëſies, publiées par Scriverius.

pag. 169. *Cl. du Pui*; C'eſt Claude du Puy femme de Louis Chataigner de la Rochepozay.

pag. 175. *M Faber*; C'eſt Pierre Faber d'Auvergne.

pag. 206. *De Idolo Halenſi*; Ce livre eſt de Jean Michel Lingelsheim, comme le marque Scaliger en luy écrivant. Baudius le confirme dans une Lettre à Gruterus.

pag. 214. *Authori tibi cognomini* Joſepho.

186. pag. 216. Αἰγὸς ἐπιπρηνῶν; Liſez ſur ce Proverbe le Jeſuite Schottus.

pag. 220. *Hierapoli*; Geneve.

pag. 228. *D'un Beroaldus* ; C'eſt Matthieu Beroald ſavant en Hebreu.

pag. 230. *N'oſant laiſſer aller le Prologue des Gueſpes* ; Il ſe trouve pourtant dans cette edition d'Ariſtophane, à la pag. 431.

pag. 241. *Sa Majeſté envoya dernierement querir Monſieur de Beze* ; M. de Sully, M. de Thou, & Baudius, content tous differemment l'accueil que fit Henry IV. à M. de Beze dans cette occaſion.

pag. 243. *Colbo* ; C'eſt un livre Hebreu, contenant les Conſtitutions Politiques des Juifs.

pag. 270. *Claude Groulart* ; Il eſtoit Premier Preſident du Parlement de Rouen.

pag. 293. *De vous en retourner* ; Pour éclaircir ce que dit l'Eveſque de Valence, liſez les Memoires ſous Charles IX. Tom. 1. pag. 690. 187.

pag. 310. *Les Inſcriptions d'Appianus* ; Ce ſont celles de Reimond Fugger, publiées par Pierre Appian à Ingolſtad l'an 1534.

pag. 352. *Cordelier Portugais* ; Il ſe nommoit Suarez. Voyez les pag. 427. & 435.

pag. 382. *Qui eſt Jeſuite* ; C'eſt le Pere Clement du Puy, Provincial de ſon Ordre, dans l'Iſe de France, decedé à Bourdeaux l'an 1598.

pag. 416. *Le Pere Goſſyp* ; Le Pere Coton.

pag. 419. *Envoir a l'Epitre* ; Elle eſt dans les Lettres de Caſaubon. pag. 370. de l'edit. de la Haye.

pag. 426. *Nous cognoiſſons l'Autheur* ; Arnaud de Pontac Eveſque de Bazas.

pag. 431. *M. du Puy l'aiſné* ; C'eſt Chriſtophle, qui eſt mort Chartreux. 188.

pag. 446. *Un docte Gentilhomme* ; Je croy que c'eſt le Baron de Chandieu, fils de celuy qui dans ſes Ecrits s'appelle tantoſt *Zamariel* ; tantoſt *Sadeel* ; qui ſont deux noms Hebreux, dont l'un ſignifie *Chant-Dieu*, & l'autre *Champ-Dieu*.

pag. 482.

Pag. 482. *C'eſt le fils d' un Préſident de Dijon* ; Je ne ſay ſi au lieu de *Preſident*, il ne faut point lire *Conſeiller*, & entendre cela des vers Grecs que M. de Saumaiſe fit contre les Jeſuites étant encore enfant. Liſez Clementius dans ſa vie.

Pag. 522. *Je participe à la perte d' un tel Amy*; M. de Thou parle de la mort de M. de Buzanval, dont j'ay veû le Tombeau à la Haye dans la grande Egliſe.

DEO GLORIA.

AD

AD M. FABII

QUINCTILIANI

INSTITUTIONES

ORATORIAS

PAULI COLOMESII

NOTÆ.

191. AD M. FABII
QUINCTILIANI
INSTITUTIONES
ORATORIAS
NOTÆ.

IN EPISTOLAM AD TRYPH.

M. *Fabius Quintilianus.*) Scribendum *Quinctilianus*, sic enim marmora Romanorum & Fasti Capitolini.

Tryphoni.) Fuit is nobilis Bibliopola, de quo etiam Martialis lib. 4. Epigr. 72.

Exigis ut donem nostros tibi, Quinte, libellos,
Non habeo, sed habet Bibliopola Tryphon.

192. Idem Lib. 13. Epigr. 3.

Et faciet lucrum Bibliopola Tryphon.

Oram solventibus.) Recte, non *auram*, ut libri quidam. Sic lib. 4. cap. 2. *Oram solvimus, profecti sumus*; & Livius lib. 23. *Alii resolvunt oras, alii, ut ne quid teneat, anchoralia incidunt.*

IN LIBRI I. PROOEMIUM.

Ad ullius rei summam.) Sic lib. 10. cap. 1. *Sed ut perveniri ad summam, nisi ex principiis non potest, &c.* Petronius Arbiter

biter in Satyrico, *Quis postea ad summam Thucydidis, quis Hyperidis ad famam processit?* Plura Juretus vir accurate doctus ad Symmachum p. 94. edit. ultimæ.

Marcelle Victori) Ad eundem bis lib. 4. Sylvarum P. Papinius Statius.

AD CAPUT I.

193. *Origo animi cœlestis creditur.*) Virgilius Æn. 6.

Igneus est ollis vigor & cœlestis origo.

Corneliam matrem.) De hac & aliis quibusdam mulieribus eruditis in hæc verba anonymus Autor in elegantissima Dissertatione de Literati Matrimonio; *Prodeat igitur Cornelia mater Gracchorum, cujus epistolas Cicero tantoperè commendat, & illius non tam in gremio, quam in sermone filios enutritos esse affirmat: aut Lælia Gracchi, vel Hortensia Hortensii filia, quæ ambæ hæreditatem eloquentiæ paternæ crevisse dicuntur; aut illa multarum perita linguarum Cleopatra, quam Romanis Imperatoribus ejus rei laude Plutarchus anteponit. Ac ne semper antiqua meditemur exempla, sed paulò recentiora contemplemur: veniat in conspectum filia Accursii, quam leges de loco* 194. *superiore docuisse accepimus. Quid dicam de Olympia Fulvia Morata? cujus erudita Scripta nulla unquam delebit oblivio. Quid de Hippolyta Taurella? cujus artificiosum affectuosumque Carmen, cum legimus, amplexari exoscularique compellimur. Quid de Elisabetha Gonzaga? quam Bembus ita laudat, ut lapideum eum esse dicat, qui non unam hujus sessiunculam omnibus Philosophorum ambulationibus & disputationibus anteponat.*

Primas literas.) Alconius in Divinat. *Magistri ludi dicuntur, qui primas literas docent.* Ausonius Sucuroni,

Qui rudibus pueris
Prima elementa dabas.

Idem Crispo Grammatico,

Qui primævos fandique rudes 195.
Elementorum prima docebas
Signa novorum.

Leonides Alexandri pædagogus,) Hieronymus in epistola ad Lætam de institutione Paulæ filiæ; *Græca narrat historia, Alexandrum potentissimum regem, orbisque domitorem, & in moribus & in incessu, Leonidis pædagogi sui non potuisse carere vitiis, quibus adhuc*

huc parvulus fuerat infectus. Hincmarus in epistola ad Carolum III. Imperatorem, quæ est undecima editionis Sirmondinæ; *Et quia legimus de Alexandro Magno, cujus pædagogus Leonides nomine fuit, quod citatos mores & inhonestum incessum habens in pueritia idem Alexander, ex præfato pædagogo eadem accepit vitia, &c.* Idem Epist. 14. ad Proceres Regni; *Et legimus, quomodo Alexander in*
196. *pueritia sua habuit bajulum nomine Leonidem, citatis moribus & incomposito incessu notabilem, quæ puer quasi lac adulterinum sugens ab eo sumpsit.*

A Babylonio Diogene.) Multa de hoc Diogene Lipsius in Manuductione ad Philosophiam Stoicam pag. 34. edit. Plantin. & Vossius in Opere de Historicis Græcis, quorum scrinia non compilamus.

Educatio à lacte.) Et melle, ut ad genuinas Ignatii Epistolas probat vir ingenio ac eruditione maximus Isaacus Vossius.

Tradi ab Aristotele.) Hieronymus ad Lætam; *Nec, puto, erubescet vir doctus, id facere in propinqua, vel nobili virgine, quod Aristoteles fecit in Philippi filio, ut ipse librariorum vilitate initia traderet literarum.*

Velut sulcos ducatur stilus.) Hunc locum expressit Hie-
197. ronymus in Epistola ad Lætam, his verbis; *Cùm vero cœperit trementi manu stylum in cera ducere, vel alterius superposita manu teneri, regantur articuli, vel in tabula sculpantur elementa, ut per eosdem sulcos inclusa marginibus trahantur vestigia, ut foràs non queant evagari.*

Quas Græci Glossas.) Fabius hoc libro, cap. 14. *Circa glossemata etiam, id est voces minus usitatas, non ultima ejus professionis diligentia est.*

AD CAPUT II.

Ne Alexandrinis quidem permittenda deliciis.) Ægyptus nimirum, cujus caput Alexandria, mollis semper fuit & genio admodum indulgens. Firmat Strabo lib. 17. Geograph.
Ἀντὶ πάντων δ' ἐστὶν ὁ τῶν πανηγυρισῶν ὄχλος τῶν ἐκ τῆς Ἀλεξανδρείας κα-
198. τιόντων, τῇ διώρυγι· πᾶσα γὰρ ἡμέρα καὶ νὺξ πληθύει τῶν ἐν τοῖς πλοιαρίοις καταυλουμένων καὶ κατορχουμένων ἀναίδην μετὰ τῆς ἐσχάτης ἀκολασίας καὶ ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν. Ovidius Trist. lib. 1. Eleg. 3.

Non

Non ut Alexandri claram delatus in urbem
Delicias videam, Nile jocoſe', tuas.

AD CAPUT III.

Danda eſt tamen omnibus aliqua remiſſio.) Seneca de tranq. c. 15. *Danda eſt remiſſio animis: nec in eadem intenſione æqualiter retinenda mens, ſed ad jocos revocanda. Meliores acriorésque requieti ſurgent. Ut fertilibus agris non eſt imperandum, cito enim exhauriet illos nunquam intermiſſa fœcunditas; ita animorum impetus aſſiduus labor frangit; vires recipient paulum reſoluti & remiſſi. Naſcitur enim ex aſſiduitate laborum, animorum hebetatio quædam & languor.* In eundem mentem Ovidius Ponticarum Epiſtol. lib. 1. 4. 199.

Otia corpus alunt: animus quoq; paſcitur illis:
Immodicus contra carpit utrumq; labor.

Et Papinius Statius Sylvarum lib. 4.

---- Vires inſtigat alitque
Tempeſtiva quies: major poſt otia virtus.

AD CAPUT IV.

Empedoclem in Græcis, Varronem ac Lucretium in Latinis.) Cœlius Firmianus, à lacteo dicendi genere merito *Lactantius* dictus, de Origine erroris lib. 2. c. 13. *Empedocles, quem neſcias, utrumne inter Poëtas, an inter Philoſophos numeres, quod de rerum natura verſibus ſcripſit, ut apud Romanos Lucretius & Varro, quatuor Elementa conſtituit.* 200.

Quia à pennis duabus.) Fabio ſuccinit Servius ad Æn. 11. *Bipennis dicitur, quod ex utraq; parte habeat aciem, quaſi duas pinnas, quas veteres dicebant.* Et Nonius Marcellus: *Bipennis manifeſtum eſt dici, quod ex utraq; parte ſit acutum. Nam nonnulli gubernaculorum partes tenuiores pinnas vocant eleganter.* At opinionem, quam Fabius damnat, ſequitur Iſidorus Orig. lib. 19. cap. 19. *Securis apud Veteres penna vocabatur, utramq; autem habens aciem,* bipennis *dicitur; quod ex utraq; parte habeat acutam aciem quaſi duas pennas. Pennum autem antiqui acutum dicebant. Unde & avium pennæ, quia acutæ.*

Unde Duellos quidam dicere bellos auſi.) Nævium intelligit. Gloſſæ veteres Gulielmi Fornerii; *Duellus*, καλος, *apud Nævium; Facies Virginis duellæ.* Hunc Nævii locum ex Da-

naë adducit Nonius in *contemplo*, ſed vocem *duellæ*, puto, negle-
xit, quod nil faceret ad ſuum inſtitutum.

AD CAPUT V.

Catullus Ploxenum circa Padum invenit.) Salmaſius ad Hiſtor. Auguſt. Scriptores pag. 74. *Vix eripi mihi poteſt quin vox* Ploximum *merè Græca ſit.* πλέξις, πλέξιμον: ut τρῶξις, τρώξιμον: ἄροσις, ἀρόσιμον· πλέξιμον, ploximum. *Græci enim* πλέγματα *ciſtorum & carrorum capſa vocant.*

Caſnar aſſectator è Gallia ductum eſt.) Hinc factum pu-
201. tat Gallicum noſtrum *chaſſer*, clariſſimus Iſ. Pontanus, in Addendis ad Gloſſarium Celticum; en ejus verba: *Eſt & illud operæ pretium ſuperioribus Gloſſarii noſtri voculis, quæ à C. litera incipiunt, attexere quod ait Quintilianus Inſtit. l. 1. cap. 5.* In Oratione Labieni ſive illa Cornelii Galli eſt, in Pollionem, Caſnar aſſectator è Gallia ductum eſt: *Nam etiam iſta tempeſtate Gallis id vocabuli haud penitus antiquatum comperio; eſt enim illis* chaſſuer, *etiamnum is qui quidpiam vel aſſectatur, vel venatur, Quintiliani vero illa formula* Caſnar, *videtur terminationem adumbrare hodieq; Batavis Belgisq; nobis peruſitatam, qui* Wagenaer, *id eſt* auriga, hovenaer, *id eſt*, hortulanus, *& alia talia pronunciamus.* Caſnar, de quo Varro *Sexageſimo* apud Nonium, & lib. 6. de LL. aliud eſt.

202. *Illudens Cicero.*) Nempe in Oratione pro M. Æmilio Scauro, cujus locum nobis ſervavit Iſidorus Orig. lib. 19. c. 3. Quod fugit Dominicum de Caldaris, qui in Th. Crit. part. 1. p. 316. Laurentium Vallam immerito reprehendit.

Catulli nobile Epigramma.) Adi Voſſium lib. 2. de Arte Grammatica p. 183. edit. primæ.

Ambulo viam.) Dixit tamen M. Tullius lib. 2. de finibus, *ambulare maria*, ut contra Fabium notat Muſarum favus Nicolaus Heinſius, ad Naſonis Faſt. p. 7.

Ægypto venio.) Non ea mens Tacito Fabii æquali, qui Annalium lib. 2. dixit, *Germanicus Ægypto remeans.*

Gurdos quos pro ſtolidis.) Laberius in Cacomemnone apud Aulum Gellium lib. 16. c. 7.

Hic

Hic est ille gurdus, quem ego
Me abhinc duos menses ex Africa
Venientem excepisse tibi narravi.

Abbo, quem alii *Cernuum* imperitè vocant, lib. 1. de Obsidione Lutetiæ, 203.

Æstibus accingunt carpentum arentibus arcis,
Ante fores gurdi miserandæ gramine plenum.

Ad quem locum Scholiastes : *Gurdi, id est stulti, & hic Nortmanni intelliguntur.* A Gurdo fit Gurdonicus, qua voce usus est Severus Sulpitius Dialogo 1. c. 20. *Sed dum cogito me hominem Gallum inter Aquitanos verba facturum, vereor ne offendat vestras nimium urbanas aures sermo rusticior; Audietis me tamen ut Gurdonicum hominem.*

Maxima ex parte sermo Romanus è Græco conversus est,) Astipulantur huic sententiæ, è veteribus, Dionysius Halicarnassensis Antiquit. Rom. lib. 1. Ῥωμαῖοι δὲ φανλῶς πρὸς ἕτ' ἄκρως βάρβαρον, ἀδ' ἀπηρτισμένως Ἑλλάδα φθέγγονται· μικτὴν δέ τινα ἐξ ἀμφοῖν ἧς ἐστιν ἡ τῶν Αἰολίς. 204. Suidas in Νάβα, Φαίνεται δὲ καὶ τὸ Αἰολεῖς μὴ διεσῶσα τὸ Ἑλλάδος φωνῆς ἡ Ῥωμαϊκή· Varro lib. 9. de LL. *Adventitia pleraque habemus Græca.* Verrius ap. Festus; *Olim lingua Græciæ fuit eadem cum Latina, parum pro prolatione mutata.* E recentioribus, Josephus Scaliger ad Festum; *Verum est, eandem pene cum veteri Græca veterem Latinam linguam fuisse.* Hugo Grotius lib. de Satisfactione Christi contra Socinum, cap. 8. *Est veterum Latinorum lingua tota, Græcæ depravatio.* Quod variis exemplis probat in Epistolis ad Gallos p. 146. & seq edit. secundæ. Vossius Præfat. ad Opus de vitiis sermonis; *Lingua Latina, tota pene fluxit ex Græca: si exceperis ea, quæ vel ex primigenia lingua retinuit, vel à vicinis Celtis accepit.* 205.

Mappam Pœni sibi vendicant.) De voce *Mappa* adeundus Samuel Bochartus, vir Punicæ linguæ ad miraculum peritus, (sed proh dolor! maximo Reipublicæ literariæ damno nuper ereptus) Geogr. sacræ parte 2. lib. 2. cap. 8.

AD CAPUT VI.

Varro lupum fœminam dicit.) Servius ad Æn. 2. *Sane apud veteres lupus promiscuum erat, ut Ennius, Lupus fœmina facta repente.*

repente. Ad quem Ennii locum lege, quæ congessit eruditus Merula, p. 193. & seq. edit. suæ.

Sed quia sit odiosum & περίεργον.) Hoc loco (sic opinatur Scipio Gentilis παραπράγων lib. 1. c. 12.) odiosum dixit Augu-
206. stum verbum *calidum*, quia proximè accedit ad *callidum*: περίεργον autem, quia *caldum* & idem significet, & antiquius dicatur. De quo viderint alii.

Nam & hoc consulere *veteres vocaverunt.*) Hinc Consules aliquando dicti Judices. Cicero 3. de Legibus; *Regio imperio duo sunto, iique præeundo, judicando, consulendo, prætores, judices,* consules *appellantur.* Livius lib. 3. *Fuere, qui interpretarentur eadem hac Horatia lege, consulibus quoque & prætoribus, quia iisdem auspiciis, quibus consules crearentur, cautum esse: judicem enim consulem appellari.*

Rogat boni consulas.) Varro lib. 6. de LL. *Igitur de originibus verborum qui multa dixerit commodè, potiùs boni consulendum, quàm qui aliquid nequiverit reprehendendum.*

207. *Lepus levipes.*) Hanc originationem ante Fabium improbavit Romanorum doctissimus, lib. 14. rerum humanarum, referente Gellio lib. 1. cap. 18. Veram adsignat lib. 4. de LL. *Lepus*, inquit, *è Siculis quidam Græci dicunt* λέπορις. Et lib. 3. de R. R. cap. 12. *Ælius putabat dictum leporem à celeritudine, quod levipes esset. Ego arbitror à Græco vocabulo antiquo, quod eum Æoles Bœotii* λέποριν *appellabant.*

Vulpes volipes.) Varro lib. 4. de LL. *Volpes, ut Ælius dicebat, quod volat pedibus.* Idem tradunt Caper de vocibus dubiis, Isidorus Orig. lib. 12. cap. 2. & alii, sed falso.

Lucus quia umbra opacus parum luceat.) Sic Servius ad 1. Æn. Cassiodorus non officio, sed nomine Senator, ad Psal.
208. 118. Charisius lib 4. & alii plures. Melius tamen ii, quos damnat Servius, qui putarunt sic dici, *quod sint ibi lumina causa religionis.* Utrumque etymon conjungit Isidorus lib. 14. cap. 8.

Hominem quia sit humo natus.) Hanc ἐτυμολογίαν ridet Fabius. Quam verè, à diligentissimo Vossio discès, pag. 250. Etymologici.

Stella luminis stilla.) Imò potius à stando. Cassiodorus Senator

Senator in Tractatu de Astronomia; *Nam & Varro libro quem de Astrologia conscripsit, stellam commemorat ab stando dictam.* Ex Varrone Servius ad 1. Georgic. *Stellæ cadere non possunt, quarum natura est, ut stent semper, unde & stellæ vocantur.* Ex quo Isidorus lib. 3. cap. 70. *Stellæ dictæ à stando; quia semper fixæ stant in cælo, nec cadunt.*

Nominari ea parte, qua à me reprehenditur.) Hinc Vossius de Johanne Isacio Pontano (hunc enim esse nos docet Freinshemius ad Curtium pag. XXX. 3.) in Opere de Historicis Latinis p. 148. *Quarta est opinio viri præclari nominis, sed alibi potius, quam hac parte, qua ab eo cogimur dissentire, nominandi nobis.* 209.

Cælibes dicere veluti cœlites.) Julius Cæsar Scaliger de causis linguæ Latinæ cap. 12. *Ad hanc naturam non potuit V aspirare, sed transiit in pleniorem, scilicet in* B, cælebs. *Neque enim temerè à cælo & vita deduxit Cajus, minimè meritus hoc, qui à Quinctiliano notaretur.*

Exanclare.) Cur verbum hoc inter rancida planéque obsoleta Fabius reponat, non video: usus est enim Cicero non semel. Loca collegit Vossius in Etymologico p. 199.

AD CAPUT VIII. 210.

Plus ingenio quàm arte valuerunt.] De Ennio Sulmonensis Vates Trist. 2.

Ennius ingenio maximus, arte rudis.

Eidem, Amorum 1. Eleg. 15. dicitur *arte carens*, & Horatio in Arte Poëtica *cura carens.* Contrà de Callimacho Ovidius Amorum lib. 1. Eleg. 15.

Battiades semper toto cantabitur orbe,
Quamvis ingenio non valet, arte valet.

De Lucretio idem Tullius ad Quintum fratrem scribens, lib. 2. Epist. 10.

Historiæ cuidam repugnaret.) Quia nimirum Didymus sæpe nec eorum meminisset, quæ ipse scripserat. Ideò narrat Athenæus lib. 4. à Demetrio Troezenio βιβλιολάθαν fuisse vocatum, quasi dicas *oblivionem librorum.*

AD CAPUT X. 211.

Remiges cantus hortatur.) Celeusma intellige, id est

carmen nauticum, quod qui canunt, κελεύοντες Longo Sophistæ dicuntur lib. 3. Ποιμενικῶν, pag. 47. & seq. edit. Florentinæ; Ubi & Celeusma elegantissimè describit, & Eccho in proxima valle Celeusmati respondentem. Rutilius Numatianus lib. 1. Itinerarii ad Rufium Venerium Volusianum; (sic enim legendum esse monuit perspicacissimus Sirmondus ad Sidonium pag. 103.)

His mecum pigri solabar tædia venti,
Dum resonat variis vile celeusma modis.

Fistula quam tonarion *vocant.*) Quare *tonarion* diceretur hoc fistulæ genus, ostendit Plularchus in libello περὶ ἀοργησίας: Γαίῳ μὲν οὖν Γράκχῳ τῷ ῥήτορι καὶ τὸν τρόπον ὄντι χαλεπῷ καὶ περιπαθέστερον λέγοντι διηρμοσμένον ἦν συρίγγιον ᾧ τὴν φωνὴν οἱ ἁρμονικοὶ ἐπ' ἀμφότερα διὰ τῶν τόνων ἄγουσι. Καὶ τοῦτο ἔχων οἰκέτης ἀτοῦ λέγοντος ὄπισθεν ἑστὼς ἐνεδίδου τόνον ἐπιεικῆ καὶ πρᾷον, ᾧ τὴν κραυγὴν ἀνεκαλεῖτο καὶ τὸ τραχὺ καὶ θυμικὸν ἀφῄρει τῆς φωνῆς. Quod igitur διὰ τόνων vocem modo remitteret modò intenderet, τονάριον appellatum istud συρίγγιον. Diversi tamen in ea de Graccho narratione Fabius & Plutarchus; nisi legas in Fabio: *modos quibus deberet retendi ministrabat.* Qua voce, (inquit Salmasius ad Hist. Aug. pag. 503.) & alibi idem utitur in ea significatione.

Nam & Pythagoram accepimus.) Commentatores Græci Hermogenis Περὶ ἰδεῶν; καὶ Πυθαγόρας δὲ, ὡς Ἰάμβλιχός φη-
212. σιν, ἐν τῷ περὶ τῆς Πυθαγορείου αἱρέσεως, μέσῳ νυκτὼν ἀστρονομούμενος, νεανίαι τίνα, σὺν αὐλητῇ κωμάζοντα μετὰ λαμπάδος καὶ αὐλητρίδος (scripti Codices καὶ αὐλ. sed deesse aliquid patet.) τόν τε οἶκον αὐτῆς ἐμπρῆσαι σπεύδοντα διὰ ζελοτυπίαν, ἐπέσχε τῆς μανίας παρακελευόμενος τῇ αὐλητρίδι μεταβάλλεσθαι τὸν ῥυθμὸν ἐπί τι καταστηματικώτερον μέλος, τὸ καλούμενον σπονδεῖον. Hæc non parùm illustrant Fabii locum. Sed ad pleniorem lucem adi Jamblichum cap. 25. edit. Arcerianæ.

AD CAPUT XI.

Ne illas quidem circa S. literam delicias.) Alludit ad metrum hoc Euripidis in Medea Act. 3.

Ἔσωσα σ' ὡς ἴσασιν Ἑλλήνων ἔσοι, ubi Σ litera crebriùs gemi-

geminatur; quod à Platone & Eubulo Poëtis Comicis irrisum tradunt veteres. Plura doctissimè, ut solet, Joh. Brodæus Miscell. lib. 3. cap. 14. Porro non minus ridendi veteres illi Spartiatæ, qui omnes orationis delicias aversati, caninam literam P, literæ Σ anteponebant; ut arguit vetus ψήφισμα quo urbe pulsus Timotheus. Affert id Boëthius lib. 1. de Musica, sed inquinatissimum: Certatim emendarunt viri magni Paulus Leopardus Emendat. lib. 8. c. 14. Isaacus Casaubonus ad Athenæum lib. 8. cap. 11. Josephus Scaliger ad Manil. pag. 426. edit. 2. Salmasius in commentario de lingua Hellenistica pag. 81. & in Epistolis. Ismaël Bullialdus ad Theonem Smyrnæum. Quibus addendus Johannes Seldenus, qui lib. 2. de Synedriis Hebræorum testatur, se Dissertationem singularem scripsisse de hoc Laconum Decreto; Sed hæc, opinor, nunquam vulgata est. 213. 214.

Furtim decor ille.) Ex Tibullo lib. 4. Eleg. 2. de Sulpitia,

Illam quicquid agit, quoquo vestigia flectit,
Componit furtim, subsequiturq; decor.

AD LIBRI II. CAPUT IV.

Plotius fuit.) Varro *Mœnio*, apud Nonium in *Bubulcitare; Vinicius meus, quod apud Plocium Rhetorem bubulcitaret, alter in dolore non defuit.*

AD CAPUT V.

Inustas comas acu comentibus.) Ejusmodi cultum jure improbat Auctor venustissimi hujus Epigrammatis,

Semper munditias, semper, Basilissa, decores,
Semper compositas arte recente comas,
Et comptos semper cultus, unguentáque semper,
Omnia sollicita compta videre manu,
Non amo. neglectim mihi se quæ comit, amica 215.
Sedet, & ornatus simplicitate valet.
Vincula ne cures capitis discussa solati,
Nec ceram in faciem: mel habet illa suum.
Fingere se semper, non est confidere amori,
Quid quod sæpe decor, cùm prohibetur, adest?

Hi verſus ſic legendi ſunt; licèt aliô abeat ingenioſiſſimus Nicolaus Heinſius ad Ovidium Tom. 1. pag. 394.

AD CAPUT XII.

Detrabere doctrinam aliquid.) Ovidius alicubi,

------ *didiciſſe fideliter artes*
Emollit mores, nec ſinit eſſe feros.

AD CAPUT XVII.

Orationem quæ eſt habita contra Socratem.) Infrà lib. 3. c.
216. 1. *Etiam Polycrates, à quo ſcriptam in Socratem diximus Orationem.* Ælianus Var. Hiſtor. lib. 11. c. 10. ἔστι δὲ ὁ Πολυκράτης καὶ τῶν κατηγορίαν ἔγραψε τῶν κατὰ Σωκράτους. Hinc Gyraldum corrige, qui Dialogo 2. Poëtarum hanc Orationem Zoilo tribuit.

AD CAPUT XX.

Ματαιοτεχνία.) Similes ματαιοτεχνίας commemorat damnatque ſimul divinus Galenus, Hortatorii ad artes cap. 6. ὧν τὸ τέλος ἀωφελές, ut Iſidorus Peluſiota lib. 3. Epiſt. 185. ſed quæ (uti ſapienter Ælianus Var. Hiſt. lib. 1. cap. 17.) nihil aliud ſunt quàm χρόνου ἀναλώματα.

AD LIBRI III. CAPUT I.

Antiphon primus omnium Orationem.) Forenſem ſcilicet, de quo videndus Plutarchus in Antiphonte.

217. Αἰσχρὸν σιωπᾶν καὶ Ἰσοκράτη ἐᾶν λέγειν.) Reſpexit Ariſtoteles verſum illum Euripidis in Philoctete,

Αἰσχρὸν σιωπᾶν, βαρβάροις δ' ἐᾶν λέγειν,

Cicero 3. de Oratore; *Itaque ipſe Ariſtoteles, cum florere Iſocratem nobilitate diſcipulorum videret, quod ipſe ſuas diſputationes à cauſis forenſibus & civilibus ad inanem ſermonis elegantiam tranſtuliſſet, mutavit repente totam formam propè diſciplinæ ſuæ, verſumque quendam de Philoctete paulo ſecus dixit: Ille enim turpe ſibi ait eſſe tacere cum Barbaris; hic autem, cùm Iſocratem pateretur dicere.* Alluſit etiam Plutarchus adverſus Coloten Epicureum, cùm dixit ὁ μόνον αἰσχρὸν σιωπᾶν, ἀλλ' ἀδὲ ὅσιον. Et Cicero ad Atticum lib. 7.
218. ep. 8. verbis illis: *Ego, niſi Bibulus, qui dum unus hoſtis in Syria fuit,*

fuit, pedem porta non plus extulit quam domo sua, adniteretur de triumpho, æquo animo essem. nunc vero αἰσχρὸν σιωπᾶν. Amat enim Cicero, in Epistolis ad Atticum præsertim, prima duntaxat dicti alicujus, è Græcis maxime, verba delibare. Paulo aliter hunc versum effert Aristoteles apud Laërtium lib. 5. hoc nempe modo,

Αἰσχρὸν σιωπᾶν, Ξενοκράτη ἐᾶν λέγειν.

Theophrastus de Rhetorice diligenter scripsit.) Cicero de divinatione libro secundo: *Aristoteles, itemq; Theophrastus, cum Philosophia dicendi etiam præcepta conjunxerunt.* Et in Oratore; *Unum aderit, quod quartum numerat Theophrastus in Orationis laudibus.* Scholiastes Hermogenis in Prolegom. Θεοφράστῳ δὲ γέγραπται τέχνη ῥητορική. Nec aliunde petita sunt, (ut recte conjicit Meursius in Theophrasto p.66) quæ tradit auctor libri de elocutione, (sive is Dionysius Halicarnassensis, ut ex Aristophanis Scholiis à Marco Musuro compilatis, adstruit eruditissimus Henricus Valesius ad Polybii & aliorum Excepta pagin. 65. sive Demetrius quidam non Phalereus, ut ex Ammonii loco probat Vossius, Instit. Orat part. 2. pag 434. edit. 1630) Διοπερ Θεόφραστος παράδειγμα ἐκτέθειται μεγαλοπρεπείας τὸ τοιοῦτον κῶλον. 219.

Fuit C. Valgius.) Hujus vitam se scripsisse ait Crinitus (in T. Valgio Poëta) in Libris de Oratoribus; quod Opus hodie non extat. Fortasse est inter inedita, quæ Ferrariæ apud Estenses Principes asservari scribit Gesnerus.

Rutilius.) Fuit is Rutilius Lupus, cujus extant Fragmenta inter Rhetores antiquos ex Bibliotheca Francisci Pithœi. 210.

AD CAPUT IV.

Protagoram transeo.) Laërtium consule in Protagoræ vita, lib. 9.

AD CAPUT VII.

C. Cæsarem in vituperando Catone.) Suetonius autor est, Julium Cæsarem adversus Catonem Uticensem libros duos scripsisse, *Anticatones* inscriptos; quos in antiqua Leodiensi Bibliotheca esse testatur Ludovicus Vives ad calcem Annotat. in cap. 23. lib. 1. Augustini de C.D. Verba hîc apponemus;

Cæsaris Anticatones duos vir clarissimus Cardinalis Leodiensis confirmavit se in antiqua quadam Bibliotheca Leodii vidisse, & curaturum
221. *ut ad me mitterentur. Quod si fecerit, non invidebo studiosis hominibus lectionem eorum.* Cæsaris Anticatonis fragmentum affert Gellius lib. 4. c. 16.

AD LIBRI IV. CAPUT I.

Navem, dum portum egreditur, impegit.) Græci dicunt ἐν τῷ λιμένι προσκρούειν; affine est illi *de limine offendere*, quo usus est Septimus contra Valent. c. 3. sive *in limine primo deficere*, uti Virgilius extulit Æn. 6.

Sallustius directo ad Ciceronem.) Infra lib. 9. cap. 3. *Et apud Sallustium in Ciceronem, &c.* Hinc firmiter credimus Orationem in Ciceronem Sallustii esse, non vero alicujus declamatoris, forte Porcii Latronis, ut putat eximius Vossius in Commentario de Historicis Latinis p. 75.

A familia Anchariana.) Sic dicta est ab anchario vel ancario, (*asino*) quam vocem Bilbilitano vati felicissime red-
222. didit Is. Vossius ad Melam pag. 48. Utinam pari successu Tertulliani locum ibidem emendasset! si modo quid in eo emendandum. Arridet enim (ut verum fatear) præ aliis omnibus lectio vulgata, *Ononychites*; utpote quæ in Picturam Tertullianicam, apprime quadrat: *Deus noster* (inquit Afer ille doctissimus) *erat auribus asininis, altero pede ungulatus.* In quibus verbis ne χεὺ quidem de porco. Itaque frustrà est clarissimus Vossius, *Onochoirites* legens.

In Metamorphosi.) Scribendum in plurali *Metamorphosisin*, Græca enunciatione. Lege Farnabium & Nic. Heinsium ad Ovidii Metamorph. in limine.

AD CAPUT V.

Tum addit ex abundanti.) Infra lib. 5. cap. 6. *Adjicit*
223. *ex abundanti.* Sic loquuntur Seneca, Cyprianus, & alii, quorum testimonia congessit V. C. Desiderius Heraldus ad Tertulliani Apologeticum p. 89. & seq. Græci dicunt ἐκ περισσίας.

Notata inscriptis lapidibus spatia.) Ex Fabio, forte, Rutilius Numatianus Itinerarii lib. 2.

Intervalla viæ fessis præstare videtur,
Qui notat inscriptus millia crebra lapis.

AD

AD LIBRI V. CAPUT X.

Utinam ne in nemore Pelio.) Ennii versus in Medea è Græco Euripidis translata. Adducit etiam Cicero Libro de Fato, & auctor Rhetoricorum ad Herennium lib. 2. ut pridem notavit politissimus Angelus Bassus Miscell. c. 27.

AD CAPUT XI.

Etiamsi ab Æsopo originem non acceperunt.) Cum Fabio sentit Theon Alexandrinus in Progymnasmat. p. 22. edit. Basileensis; Αἰσώπεοι δὲ ὀνομάζονται ὡς ἐπίπαν, οὐχ ὅτι Αἴσωπος πρῶτος εὑρετὴς τῶν μύθων ἐγένετο. (Ὅμηρος γὰρ καὶ Ἡσίοδος καὶ Ἀρχίλοχος, καὶ ἄλλοι τινὲς πρεσβύτεροι γεγονότες αὐτοῦ, φαίνονται ἐπιστάμενοι, καὶ δὴ καὶ Κόννις ὁ Κίλιξ, sic lege, καὶ Θοῦρος ὁ Συβαρίτης, καὶ Κυβισσὸς ἐν Λιβύῃς, μνημονεύονται ὑπὸ τινων ὡς μυθοποιοί.) ἀλλ' ὅτι Αἴσωπος αὐτοῖς μᾶλλον κατακόρως καὶ δεξίως ἐχρήσατο. Et Priscianus in art. Præexercit. *Omnes autem communiter Æsopiæ nominantur, quoniam in conventibus frequenter solebat Æsopus fabulis uti.* Lege disertissimum Vavassorium in Dissertatione de ludicra dictione, p. 14. & seq. 224.

Aspasia Xenophontis uxor.) Falsus est Fabius, quique eum secutus Brusonius in Apophthegm.; fuit enim Aspasia hæc non Xenophontis uxor, sed Sophistria, quæ Rhetoricam docuit & Periclem amavit, cumque eidem nupsisset, Samii ac Peloponnesiaci belli auctor fuit; Plutarcho teste in Pericle. 225.

Victos Homeri versu.) Hunc versum intelligit

Αἴας ἐκ Σαλαμῖνος ἄγεν δύο καὶ δέκα νῆας.

Qui non in omni editione reperitur.) Forsan à Solone vel Pisistrato, qui Homerum interpolarunt, adjectus est, de quo legendi Plutarchus in Solone, & Laërtius lib. 1. Laudat tamen tanquam Homeri Aristoteles lib. 1. Rhetoricorum, his verbis, Ὁμήρῳ μάρτυρι ἐχρήσαντο Ἀθηναῖοι περὶ Σαλαμῖνος.

AD LIBRI VI. PROOEMIUM.

Nondum expleto ætatis undevicesimo anno.) eodem ætatis anno fatis concessit Erinna Poëtria, de qua videndus Fulvius Ursinus in Lyricis Græcis p. 40. 226.

Alterum ex duobus eruit lumen) Lumen hic pro *filio*; quæ honesta sanè locutio. Usurpavit etiam Ausonius in Parentalibus ad Cæcilium Arborium, avum suum. *Amissum*

Amissum flesti post trina decennia natum
Saucius, ac lævo lumine cassus eras.

Festus, *Orba est, quæ patrem, aut matrem, aut filios quasi lumen amisit.* Apud Græcos itidem ὀφθαλμοὶ ἀντὶ παίδων. Æschylus ἐν Περσ. Ἀμφὶ δ' ὀφθαλμοῖς φόβος. Ad quem locum Scholiastes: ἤγουν ἀμφὶ τῷ Ξέρξῃ. ὀφθαλμὸν δὲ ἐκεῖνον καλεῖ. Eustathius an Eumathius, Macrembolita Protonobelisarius, (sic enim in codice Mediolanensi nuncupatur) Amorum Ismeniæ & Ismenes lib. 6. Πάτερ Ζεῦ, μή μοι τὸν ὀφθαλμὸν ἐκκόψῃς.

227. *Decimum ætatis ingressus annum deformatos fructus ostenderat.*) Fuêre scilicet ab omni ævo ingenia illico sese prodentia. Firmabimus aliquot exemplis (cum bona lectorum venia) haud ita πολυθρυλλήτοις.

Lucanus ante vicesimum ætatis annum Poëmation scripsit Ovidio falso tributum, de quo Hadr. Junius Animadvers. lib. 6. cap. 1.

Plinius Jnnior annos natus quatuordecim Tragœdiam Græcam scripsit, ut ipse testatur lib. 7. Epist. 4.

Praxagoras Athenienfis annum agens undevicesimum scripsit libris duobus de Regibus Athenarum; & de Constantini Gestis libris totidem, annos natus duos & viginti. *Photius in Bibliotheca.*

228. Avisena Medicus & Philosophus insignis, nondum decenni major literas humaniores, & quicquid scientiarum ad Alcorani intellectum pertinet, calluisse dicitur, & totam ἐγκυκλοπαιδείαν ante annum ætatis decimum octavum absolvisse, quo temporis spatio nec unam noctem integram dormivisse tradunt Arabum Scriptores.

Adolescens quidam Lutetiæ fuit anno 1445. qui quamvis viginti tantum annorum esset, tamen omnes artes & scientias adeò perfectè calluit, ut ideò Antichristus à Diabolo genitus esse judicaretur; de eo V. Paschasium in Opere Gallico inscripto *Recherches*, lib. 5. cap. 38.

Andreas, Petrus, Jacobus, germani fratres, natione Frisones, cognomine Canterii, unica cum sorore,
229. pueri adhuc decennes, in omni disciplinarum genere egregiè
differuere; quos non modò Germania & Gallia, sed tota pene

ne

nè Italia, ipsâque Roma & novit & admirata est. *Hæc Paulus Schalichius pag. 420. Operum.*

Philippus Beroaldus justo fermè opusculo, dum penè adhuc puer esset (Nic. Burtio teste in Libello cui titulus est *Bononia illustrata*) Servii in Virgilium errores prosecutus est.

Ludovicus Stella quindecim annorum adolescentulus, adeò doctus Græcè extitit, ut hac ætate Lucianum, Aristophanem, ac Theodori Gazæ Grammaticam, in frequentissima auditorum luce Aureliæ magna cum admiratione docuerit; cujus laudis memoria publicis est literarum monumentis à Joachimo Fortio consignata.

Nicolaus Borbonius Ferrariam scripsit annum agens decimum quartum. Carmen extat in fine Nugarum ejusdem. 230.

Johannes Calvinus, Noviodunensis, Senecæ libros de Clementia Commentariis illustravit, cùm annum ageret vigesimum-quartum, A. D. 1532.

Stephanus Boëtianus librum scripsit de servitute voluntaria anno ætatis decimo sexto; de quo Mich. Pontanus Periculorum l. 1. c. 27.

Henricus Stephanus penè puer, ut de se testatur, Calvini Catechesin Gallicam Græcam fecit, & ita fecit ut Philippo Svvartzerd Græcè Melanchthoni fecerit satis.

Aldus Manutius Pauli filius Commentarium de Orthographia scripsit anno ætatis decimo-quarto, & alium de Notis veterum ætat. 19.

Isaacus Casaubonus Diogenem Laertium notis illustravit anno 1583. ætatis 25. & Arnaldo patri eas dicavit; hæ postea auctiores recusæ sunt anno 1594. 231.

Johannes Spondanus Mauleonensis in Homerum Commentarios scripsit anno 1583. ætatis 25.

Theodorus Canterus Varias Lectiones scribebat anno ætatis 20. ut ipse testatur lib. 1. c. 18.

Johannes Laëzius Rupellanus (ad quem in Epistolis Dordrechti vulgatis Hadr. Junius) Ciceronis Orationem pro Archia Commentariis illustravit penè adhuc prætextatus.

Claudius Puteanus ante annum ætatis vigesimum notas in Vellejum Paterculum scripsit.

Janus Douza, Jani filius, Catullum, Tibullum, Propertium notis illustravit anno ætatis 19.

232. Hugo Grotius, Jani filius, Martianum Mineum Felicem Capellam notis illustravit annum agens 15. & Arateorum Syntagma an. 16.

Daniel Heinsius, Gandensis, Crepundia Siliana scripsit annos natus viginti.

Claudius Salmasius Nilum & Barlaamum de Primatu Papæ recensuit ac emendavit, cùm annum vix decimum quartum ageret. Opus Heidelbergæ excusum est A. 1608. Cujus ne se senem quidem postea pœnitere docuit, cùm iteratò ad calcem Libri de Primatu excudendum tradidit. Idem anno ætatis 15. Florum emandavit & explicuit, Heidelbergæ itidem excusum A. 1609.

Isaacus Vossius Geographum quendam sub Scylacis nomine cum versione & notis vulgavit an. 1639. ætatis 21. natus est enim Lugduni Batavorum an. 1618.

233. Alia exempla suppeditabunt consummatissimæ lectionis viri Andreas Tiraquellus in Opere de Nobilitate & jure primigeniorum pag. 435. 448. & Leo Allatius in Apibus Urbanis pag. 144. & seq.

AD CAPUT I.

Depictam tabulam supra Jovem.) Is locus in foro, de quo Casaubonus ad Persium p. 128.

AD CAPUT II.

Et spes inanes & velut somnia quædam vigilantium.) Basilius in Epistola ad Gregorium Theologum To. 2. Operum Græc. Lat. pag 798. Ἐπαινῶ δὲ τὸν εἰπόντα τὰς ἐλπίδας εἶναι γρηγορούντων ἐνύπνια. Hoc dictum Platoni tribuit Ælianus Var. Hist. lib. 13. c. 29. Pindaro Stobæus Sermone 110.

AD CAPUT III. & IV.

Vel a fatigatione renovat.) *Renovare* hoc loco est *reficere* vel *recreare*. Id Cn. Matius uno verbo *recentare* diceret. Nonius: *Recentari honestè positum pro novari* (sive *renovari*) *quod est Græcis ἀνανεοῦσθαι*. Matius in Mimiambis.

Jam

Jam jam albicascit Phœbus & recentatur.

Hinc ῥαιεντάτου *Recentatum* apud Alex. Trallianum lib. 2. §. περὶ πεπομάτων.

Hoc dicit, nihil corpore.) Hic immerentem Fabium culpat magnus Budæus pag. 61. Commentariorum linguæ Græcæ edit. Parisiensis. Quis enim non primo statim intuitu intercidisse negativam advertat? *falsum* omne ait Fabius *ridiculum* haberi, nec esse tamen. Neque ista ἀντιῤῥέθεια; *ridiculum* quidem *omne falsum* esse debere, at *non falsum omne* statim & *ridiculum* esse. Instat in Atticis, quorum peculiaris dictio *falsa* Ciceroni censeatur; cùm tamen risui illi minus indulgeant. 235.
Instat in Catullo, qui cùm *nec micam salis* esse *in magno corpore* dixerit, non hoc voluit, *nihil* esse in illius corpore *ridiculi*. Legendum itaque, *non hoc dicit*, ut habet Erasmus Adagio, *Salsitudo non inest illi*, sive ex codice MS sive ex conjectura. Post Erasmum idem animadverterunt Muretus Var. lect. lib. 19. cap. 6. & Gatakerus in Cinno part. 2. p. 435.

Sane tamen ut ille.) Pro *ut ille*, lege, *ut sal*; Paulò post pro *ita hi*,, lege *ita sales*, ut ad oram Codicis sui notabat Rev. Parens.

Tanquam assem elephanto des.) Macrobius Theodosius Saturnal. lib. 2. c. 4. *Idem Augustus, cum ei quidam libellum trepidus offerret, & modò proferret manum, modo retraheret*, Putas, *inquit*, te assem elephanto dare? 236.

Galba pœnulam roganti.) Paulo post: *Galba pœnulam roganti respondit, non pluit, non est opus tibi: si pluit, ipse utar.* Pœnula est vestis spissa, vel, ut loquitur Septimius lib. de Corona militis, gravissima, qua adversus pluviam maxime veteres uti solebant. Juvenalis Satyra 5.

— — fremeret sæva cum grandine vernus
Jupiter, & multo stillaret pœnula nimbo.

Inde Varroni petitus jocus apud Nonium cap. 14. *Non est quærenda homini, qui habet virtutem, pœnula in imbri.* Contra plane quàm Lucilius Satyr. lib. 15. apud eundem:

Pœnula, si quæris, cantherius, servus, segestre,
Utilior mihi, quam sapiens.

Certe etiam sapienti, vel in imbre, vel in frigore, Stoicis ipsis

fatentibus, saltem utilis futura est: cum ut Philo de provident. apud Eusebium Præpar. lib. 8. cap. ultimo, ὑετοῦ μὲν ὄντος ἀνάγκη τὸν σοφὸν, εἰ ἐν ὑπαίθρῳ διάγοι, καταβρέχεσθαι. βορέου δὲ ψυχροῦ καταπνέοντος, ῥίγει πιεσθῆναι καὶ ψύχει.

Desinet putere.) Locus adeo conclamatus, ut nec Æsculapius cum Machaone, nec tota Asclepiadarum cohors ei mederi queat.

Apparet, inquit, quàm sæpè accendatis.) Hunc Augusti jocum politissime illustravit Galliæ nostræ summum decus Balzacius, Dissertatione 34. ad amplissimum Conrartum.

Casselio.) Legendum ex V. C. *Cæcilio*; is est Sextus Cæcilius Jurisconsultus, de quo Gellius lib. 20. c. 1.

Navem dividere volo.) Macrobius Theodosius Saurnal. lib. 2. c. 6. *Mercatori quemadmodum cum socio navim divideret interroganti respondisse traditur Cæcilius: Navim si dividis, vec tu nec socius habebitis.* Ambiguitas est in voce *navis*, quæ ab interrogante pro navis onere sumitur, à respondente non
337. item. Aliàs *navis* inter obscœna. Julia apud Theodosium; *Numquam nisi navi plena tollo vectorem.* Aptum etiam ad hanc rem verbum *dividere.* Plautus Aulularia, *Me tu quidem non divides.*

Ovidius ex tetrasticho Macri carmine.) Gyraldus Dialogo 4. Poëtarum: *Periit Ovidii liber, quem in malos Poëtas ediderat, ut ex Fabio colligimus, etsi noster amicus grammaticus constanter hoc perneget, verbaque Fabii transferat ad illud Priapejorum Epigramma:*

Quid frustra quereris Colone mecum.

Quod factum putat contra Macri Poëtæ tetrastichon parum lepidum.

AD CAPUT V.

338. *Pugnam illam decertatoriam.*) Nicolaus Faber, vir in omni antiquitate, Ecclesiastica præsertim, versatissimus, ad Senecæ Controvers. pag. 170. edit. 1613. legendum censet è vett. libris *decretoriam*, id est veram ac seriam.

AD LIB. VII. CAP. IX.

Inde 'αυλητρὶς *illa vulgata.*) Videantur Leopardus Emen-

Emendat. lib. 2. cap. 4. & Gatakerus in Cinno part. 2. pag. 428. & 431.

AD LIb. VIII. CAP. I.

Illa Attica anus.) De eadem, aut fallor, Plinius Epist. Præfatoria in Historiam naturalem: *Ceu vero,* inquit, *nesciam adversus Theophrastum hominem in eloquentia tantum, ut nomen divinum inde invenerit, scripsisse etiam fœminam, & proverbium inde natum, suspendio arborem eligendam.* Fuit hæc meretrix Leontium, Tullio teste lib. 1. de natura Deorum. 239.

AD CAPUT II.

Tabernaculum ducis Augustale.) Lipsius lib. 5. de Militia Romana Dialogismo 2. *Prætorium Augustæa ætas videtur* Augustale *dixisse; ut quidem in Fabio lego, sed solo. Potest ab Augustis ita dictum esse, qui in eo tendebant: sed exemplum tamen ejus verbi aut usurpationem, mirum nusquam reperiri.* Hæc verissimè Belgii ocellus.

Taurus animal sit, an mons.) Diomedes lib. 2. cap. de Amphibologia; *Cum*, inquit, *taurum, nec scias utrum de armento, an obscœnam corporis partem, an montem qui est in Cilicia, an qui est in Syderibus, taurum dicamus.*

An nomen hominis.) Tauri nomine plures fuerunt. Pacuvius Taurus, cujus meminit Macrobius Theodosius Saturnal. lib. 2. cap. 4. Taurus Philosophus Platonicus, de quo Gellius & Suidas. His adde Palladium Rutilium Taurum Æmilianum, qui de R.R. scripsit. Taurum præfectum, de quo Severus Sulpitius Hist. lib. 2. & alios multos, quos, brevitati studentes, omittimus. 240.

An radix arboris.) Præter has *tauri* nominis significationes, alias nos edocet Plinius, apud quem Taurus sumitur pro Ardea stellari, (quam Gallicè vocamus *Butor*) quod Bovis mugitum edere quodammodo videatur. Apud eundem Tauri vocantur Scarabæi terrestres ricino similes, quibus nomen cornicula dedere. *Tauri* voce etiam utitur Festus (ut suprà Diomedes) pro parte obscœna; sic enim in *Solitaurilibus* scribit: *Atque harum hostiarum omnium* (tauri videlicet, arietis, verris,) *immolati sunt tauri, quæ pars cæditur in castratione.* 241.

Græco verbo utens σκότισον.) Non uno modo σκοτίζεσθαι

Autores. Alii enim conciſiùs & ita paulò obſcuriùs ſcribunt, uti Ariſtoteles in libris Acroamaticis, de quo Gellius lib. 20. c. 5. Alii mentem ſuam de induſtria quibusdam quaſi foliis tegunt, ut Heraclitus inde σκοτεινὸς dictus, Lycophron ac Perſius. De Lycophrone & Perſio hæc rarius occurrentia leges apud Vigenerium in Tractatu de Zypheris Gallicè ſcripto, p. 12. & ſeq. *Il faudroit pour mon regard ſcier le Livre de Tritheme par le beau milieu, comme quelcun fit autrefois le Poëme de la Caſſandre de Lycophron, pour voir ce qu'il y avoit au dedans, puisqu'on n'y pouvoit rien diſcerner par le dehors. Ou bien comme on dit auſſi avoir fait S. Hieroſme des Satyres de Perſe, dont ne pouvant aſſez bien comprendre à ſon gré les Enigmes & Obſcuritez, intellecturis* (ex Ovidio lib. 4. Triſt. Eleg. 10.) *ignibus ille dedit.* Alii denique ſingularibus artium terminis utuntur, quos non niſi filii doctrinæ capiunt, quales ſunt Medici, Chymici, &c.

242.

AD CAPUT III.

In Serraco advehatur.) Serracum vel Soracum. Græcè σώραξ; quod Pollux exponit, *τὸ ἀγγεῖον ἐν ᾧ τὰ σκεύη τῶν ὑποκριτῶν*, i.e. vertente Feſto, *Vaſculum quo ornamenta portantur Scenicorum.* Plura Voſſius, vir infinitæ propè lectionis, in Etymologico p. 481. & Salmaſius ad Hiſt. Aug. p. 86. ubi Serracum & Soracum differre putat.

doctus : quem ſponte paulo ante adventum meum ſummus Pontifex Bibliothecarium fecit poſt obitum Zenobii Acciajoli viri religioſi, ſed & docti. Is mihi quotidie ingentes theſauros ex bibliotheca Palatina eruit. Accedit Ægidius Cardinalis, vir ſingulari integritate ac nominis celebritate, qui Porphyrii Myſteria & Procli Theologiam Latinam fecit. Is vero, Di boni! quantum habet literarum, quantum ingenii, ad eruenda totius vetuſtatis arcana. Eſt Fabius Rhavennas, Senex Stoicæ probitatis, quem virum non facile dixeris, humanior ne ſit an doctior. Per hunc Hippocrates integer plane Latine loquitur, & jam veteres illos ſolœciſmos exuit. Id habet homo ſanctiſſimus rarum apud omnes gentes, ſed ſibi peculiare, quod pecuniam ita contemnit, ut oblatam recuſet, niſi ſumma neceſſitas adigat. Alioqui à Leone Pont. menſtruam habet ſtipem, quam amicis aut affinibus ſolet erogare. Ipſe holuſculis & lactucis Pythagoræorum vitam traducit, in gurguſtiolo, quod tu jure dolium Diogenis appellaveris, ſtudiis non immorans, ſed immoriens; & plane immoriens, quum gravem admodum & periculoſam ægritudinem homo alioqui octogenarius contraxerit. Hunc alit & quaſi educat vir prædives & Pontifici gratiſſimus Raph. Urbinas, juvenis ſummæ bonitatis, ſed admirabilis ingenii. Hic magnis excellit virtutibus, facile Pictorum omnium princeps, ſeu in Theoricen, ſeu praxin inſpicias. Architectus vero tantæ induſtriæ, ut ea inveniat ac perficiat, quæ ſolertiſſima ingenia fieri poſſe deſperarunt. Prætermitto Vitruvium, quem ille non enarrat ſolum, ſed certiſſimis rationibus aut defendit aut accuſat: tam lepidè, ut omnis livor abſit ab accuſatione. Nunc vero opus admirabile ac poſteritati incredibile exequitur, (nec mihi nunc de Baſilica Vaticana, cujus architecturæ præfectus eſt, verba facienda puto) ſed ipſam planè urbem in antiquam faciem & amplitudinem ac ſymmetriam inſtauratam magna parte oſtendit. Nam & montibus altiſſimis & fundamentis profundiſſimis excavatis, req; ad Scriptorum veterum deſcriptionem ac rationem revocata, ita Leonem Pont. ita omnes Quirites in admirationē erexit, ut quaſi cœlitus demiſſum numen ad æternam urbem in priſtinam majeſtatem reparandam omnes

omnes homines ſuſpiciant. Quare tantum abeſt ut criſtas erigat, ut multo magis ſe omnibus obvium & familiarem ultrò reddat, nullius admonitionem aut colloquium refugiens. Hic Fabium quaſi præceptorem & patrem colit ac fovet; ad hunc omnia refert, hujus conſilio acquieſcit. Sed ne hiſtoria etiam noſtrorum temporum deſideraretur, Paulus Jovius, ut magis mireris, primi nominis Medicus, tam luculenter, tam doctè, tam eleganter ſcribit noſtri temporis hiſtoriam, cujus decem libros jam edidit, ut pudeat me de homine tam diſerto tam indiſertè ſcribere.

Johannes Bona R. P. Lucæ Acherio.

XII.

Admodum Reverende Pater,

CItius quam credideram mitto tibi Capitulare Aytonis Epiſcopi Baſilienſis. Reperi illud præter ſpem in Bibliotheca Eminentiſſimi Card. Barberini, & lætatus ſum, ſicut qui invenit ſpolia multa. Tum nulla interpoſita mora petii, obtinui, & amanuenſi tranſcribendum tradidi, quod fideliſſime peractum eſt. Inſeres illud 6. aut 7. tomo Spicilegii tui, diceſque te illud accepiſſe ex Bibliotheca Eminentiſſimi Cardin. Fr. Barberini S. R. E. Vicecancellarii. Capite 21. genu poſitum reperies pro generatione ſive gradu generationis, obſoleto plane vocabulo, niſi quod in uſibus feudorum geniculum eodem ſenſu uſurpatum reperitur. Multum laudat ſummus Pontifex Spicilegium tuum, dixitque ſibi præ omnibus placere virorum illuſtrium Epiſtolas, & ea quæ pertinent ad hiſtoriam & ad antiquam Eccleſiæ diſciplinam: nam hæc, inquit, ſingularia ſunt, & hiſtoria Epiſtolaris omnium certiſſima eſt. Tum ſubdidit, utiliorem præſtare operam reip. literariæ, qui eruendis è ſitu Bibliothecarum veterum lucubrationibus incumbunt, quam qui novos cudant libros: Libri enim novi, ſi quid boni continent, ab antiquis mutuari ſolent. Hoc eſt judicium de ſtudiis, quod ab ore Sactiſſimi Domini noſtri acceptum tibi ſincere repræſento, nihil addens, nihil minuens.

minuens. Deus tibi vires largiatur, ut plures hujusmodi spicas colligere possis ad Ordinis Monastici decus, & totius Ecclesiæ utilitatem. Id voveo ex animo. Romæ die Sept. 10. 1663.

Fragmentum Andr. Masii Epistolæ ad Georgium Cassandrum A. 1565.

XIII.

QUod tuum nomen in Catalogum illum invidiosum sit per malevolorum hominum artes relatum, eo mihi dolet magis, quo te id gravius ferre animadverto; quanquam apud eos, qui res ipsas judicant, tibi illud tuisque scriptis infamiæ futurum non est. Quis enim nescit, ut nullo cum judicio, ita maxima cum invidia Indicem illum esse comportatum & consutum? Quis Jesuitarum importunam impudentiam, & conjunctas cum hac virtute mirificas ad quævis Ecclesiastica munia (ut sic dicam) obrependi artes ignorat? Ego certe persuasus sum illis solis à Concilio permissam fuisse illam operam. Verum, mi Cassander, quando nostri seculi summum decus & ornamentum Erasmum habes socium eadem illa censura perstrictum, non est profecto quod magnopere tibi illo nomine displiceas. Nam Erasmi nomen, ut Cassandri, in primam classem, Desiderii vero, ut Georgii, in secundam retulerunt Aristarchi illi aut Aristippi verius. Contuli de his rebus cum Recco nostro, tui certe amantissimo. Is affirmat Vicelium serio sibi dixisse, optare se suum quoque nomen eodem adscriptum fuisse, cum illic Erasmum videret. Et quis scit, mi Cassander, num ductu divinæ providentiæ in famosum illud album fis relatus, quo lubentius tua Scripta ab iis legantur, adversus quorum protervas parumque religiosas novitates illa imprimis elucubrasti.

Fragmentum Epistolæ Cornelii van Drebbel ad Isebrandum à Rietvvick.

XIV.

EGo in camera manifestè sedeo solus, nemine mihi adsi-

ſtente. Et primo veſtitum meum transformo in præſentia & adſpectu illorum omnium, qui in cubiculo ſunt. Nunc induor totus nigro holoſerico, & momenti ſpatio, imo tam confeſtim, quam aliquis cogitatione aſſequi poſſit, holoſerico viridi ac rubro amictus ſum, in colores omnes mundi me transmutans. Nec ſolum hoc, ſed commuto meam veſtem cum qualibet ſpecie pannorum, qua ipſemet volo: nunc bombycina ſeu ſericea colorum omnium, tum ex villis texta omnium colorum: nunc argento, nunc auro variegatis veſtibus utor: nunc regio ornatu, & adamante ac omni gemmarum ſpecie ſum ſplendidus, at in momento poſtea mendici habitum aſſumo, pannis obſitus ac deformis: cum in illo actu unicam duntaxat veſtem habeam, quam abs me non depono. Præterea converto memet in arborem naturalem, contra quam aliter aliquis animadvertere queat, folia hinc inde motantem, quaſi vento agitaretur. Nec ſolum in formam arboris, ſed in omnia genera arborum, prout mihi placuerit. Poſtea formam mutuor cujuslibet rei creatæ, quamcunque cupio, ut jam muter in Leonem, jam in Urſum, jam in Equum, in Vaccam, in Ovem, in Vitulum, in Porcum, &c. Et præter hæc apparere facio, quaſi terra aperiretur, & ſpiritus ex ea provenirent: primum in forma nubis, & poſtea ſe vertentes in aliam ſpeciem, quam illis impero, &, uti quæque bona mihi videntur, ut in perſonam Alexandri M. vel alterius Principis aut Regis, pro arbitratu meo. Quin & hoc exhibeo, ut Gigantes veteri ævo cogniti ex terra prodire videantur, viginti ac triginta pedum longitudinem exæquantes, qui tam miris modis ac ea perfectitudine corporis ſui membra librent ac moveant, quaſi naturaliter viventes. Atque hæc omnia in medium produco nova Inventione, quam beneficio Opticæ excogitavi, cujus vires mirabiles ac pulcherrimæ præſtari poſſunt, quas longum hîc memorare foret.

Reverendiſſimo Patri D. Lancelloto Andrewes, Epiſcopo Wintonienſi, Petrus Molinæus.

XV.

MIſi ad te, Reverendiſſime Præſul, Librum meum de Vocatione

catione Pastorum, cui additæ erant literæ, quibus conabar tibi satisfacere super quibusdam capitibus, in quibus visus sum Regi Serenissimo iniquior erga Ordinem Episcopalem. Quas literas si accepisti, non dubito, quin de me judices ut de homine, qui de vestro ordine honorifice sentit & loquitur. Non sum tam fastidiose arrogans, ut velim me opponere toti antiquitati: Et rem, quæ jam inde à seculo Apostolis proximo recepta fuit in Ecclesia, ut vitiosam aut improbam aspernari. Semper putavi inter Ecclesias, sub diversa politiæ Ecclesiasticæ forma viventes, posse sartam esse & integram concordiam: dummodo Christus annuncietur, qualis proponitur in Evangelio, & fides Christiana maneat integra & illibata. Te vero inter homines tui Ordinis semper feci maximi, multis de causis, quas malo apud alios quam apud te commemorare. Cujus animi mei testem mitto Librum novum, quem mihi extorsit Ecclesiæ, cui servio, voluntas, & Jesuitæ aulici proterva insultatio. Tu obsecro, mihi esto adjutor ad Regis animum mitigandum, ut apud se reputet & æqua lance perpendat, non posse esse locum in Gallicis Ecclesiis Pastori, qui doceret, Primatum Episcoporum rem esse juris divini, sinequa non sit salus, nec possit stare Ecclesia. Hoc asserere, nihil aliud esset quam omnes nostras Ecclesias addicere Tartaro, & in meum gregem damnationis ferre sententiam. Quod si facerem, tu ipse me censeres hominem improbe vecordem & dignum ab omnibus conspui. Sed de his κατακόρως· nam apud virum sapientem supervacanea est in re clara & aperta, nimis operosa defensio. Deus te servet & tuos conatus provehat, ut redundent ad Ecclesiæ ædificationem. Vale. Datum Lutetiæ 16. Cal. Decemb. 1618.

Episcopi Responsio.

XVI.

DE mitigando in te Regis animo, non est, mihi crede, quod labores. Nihil habet animus ejus, quod mitigare opus sit: habet forte unde magis adhuc magisque conciliare possis; facturus operæ pretium si id feceris. Feceris autem si viam ineas, quam à nemine mortalium melius discas, quam ab

ipso. Ego vero libens agnosco æquiorem te in res nostras plerisque vestrum; quanto magis antiquitatem versas, tanto æquiorem: addo & æquiorem adhuc multo futurum, si te sineret Ecclesia vestra; utinam autem sineret! Illa, ut videtur, personarum vitia ad res transtulit, rerumque adeo legitimum usum propter abusum sustulit, paulatim hoc à vobis dedocenda. Cui dum tu morem gerere vis, morem ipse animo tuo non geris. Nam de animo tuo ex calamo conjecturam facio. Adeo enim in nos propensus calamus tuus, ut scripserit (credo autem, te non invito) nostrum Episcoporum ordinem, rem esse receptam in Ecclesia inde à seculo Apostolorum. Recte autem hoc scripserat calamus: Id tu litura scilicet induxisti (nempe τὸ *Apostolorum*) ac vicem ejus *Apostolis proximo* reposuisti. Credo autem, hoc in gratiam Ecclesiæ vestræ. Ac verum illud quidem quod reposuisti, (*Apostolis proximo*) sed & illud non minus verum quod obduxisti. Fuit enim ordo ille non à seculo modo Apostolorum proximo; sed & ab ipso adeo seculo Apostolorum, aut nos tota fallit antiquitas, aut nulla supereſt historia Ecclesiæ fide digna. Totam antiquitatem à nobis esse nec ipse negas; an vero Ecclesiæ jam ulli plus deferendum, quam antiquitati toti, ipse videris. Si te scio, quam magis hæc ad te libere ingenueque scripsero, tam me magis amabis; ego te itidem; paria mecum in hoc facientem. Audi ergo; nobis hoc satis non est, si non aspernetur quis nostram Ecclesiæ politeiam, ut rem vitiosam aut improbam. Id enim agimus, ut palam sit & in confesso, eam esse apud nos Politeiæ formam, quæ quam proxime accedat ad morem institutumque Ecclesiæ priscæ, sive, ut tu concedis, Apostolis proximæ, sive, ut semel scripseras & nos contendimus, ipsius Apostolicæ. Quin hic idem nobiscum sentias, nullus dubito: quod sentis, si per Ecclesiam vestram potes præ te ferre, rem nobis pergratam feceris; si non potes, rem non ingratam, si nostra igitur dehinc jam missa feceris. Quam enim viam ingressus es, vix erit ut & tuis placere possis, & nostris non displicere. Nec tamen, si nostra divini juris sit, inde sequitur, vel quod sine ea salus non sit, vel quod stare non possit Ecclesia. Cæcus sit, qui non videat stantes sine ea Ecclesias:

Ferreus

Ferreus sit, qui salutem eis neget. Nos non sumus illi ferrei: latum inter ista discrimen ponimus. Potest abesse aliquid, quod divini juris sit, (in exteriore quidem regimine) ut tamen subsistet salus: nec tu igitur addices Tartaro, aut sententiam damnationis feres in gregem tuum. Non est hoc damnare rem, melius illi aliquid anteponere: Non est hoc damnare vestram Ecclesiam, ad formam aliam, quæ toti antiquitati magis placuit, id est ad nostram, revocare; sed ubi Deus dederit, & res vestræ ferent. De hoc si conveniat inter nos, cætera concordes erimus. Bene vale. Londini prid. Id. Decemb. 1618.

Fragmentum Epistolæ Roberti Scheilderi, Canonici Atrebatensis, ad Seb. Tegnagelium, Biblioth. Cæsareæ Præfectum, Sept. 6. 1614.

XVII.

DE morte Freheri aliunde inaudiveram: puto & te scire Casaubonum animam exhalasse. Ajunt post editas Exercitationes gravi dolore confectum, quod illas minus probari videret: alii asserunt, ex abscessu in renibus exorto, contracta febre continua debilitatum, vitam cum morte commutasse. Dolebunt multi materiam triumphi sibi ereptam, qui stilum in eum jam strinxerant. Absque dubio melius famæ suæ & literis consuluisset, si tempus suum impendisset illustrando Polybio.

Andreas Schottus Jesuita Is. Casaubono.

XVIII.

TUas accepi, clarissime Casaubone, & in Britannia hærere velle legi invitus. Mallent docti omnes ac φιλέλλωνες Polybium illum Græcorum Historicorum χορυφαῖον edolare, ut cœperas, pergeres, & promissa pridem σχόλια dares: potes enim, ac debes; potius quàm te in certamen non necessarium demittas, extraque chorum saltes, sine fructu,

imo damno tuorum Scriptorum. Scis quam Joſephi (*Scaligeri*) fama deterſa, dum ſenex tangit acerbius, à quibus ne verbo quidem læſus eſſet, Socios noſtros, viros omni doctrinæ genere præſtantes, Toletos, Bellarminos, Poſſevinos, Pererios, cæteros. Certe nollem in nuperis tuis illud de Libro adjeciſſes ejus, cujus me poteſtati ſemel commiſi, dictoque audiens, domi unà verſor. Qui in Amphitheatro cavit ſtudioſè, ne Thuanum Præſidem ampliſſimum teque, etſi nominaret, volens læderet. Optaret potius in Eccleſia te Romana, deſertis illis Calvini caſtris, complecti in Domino. Quid enim prodeſt homini &c. Et absque fide majorum ſalus minime ſperanda, ut extra Petri cymbam naufraganti. Sed hæc tu melius. Quo illi, ut opto, æquiorem te præbeas, mittam ad te, ſi voles, tres ejus Scribanii Controverſorum in fide Orthodoxa Libros, typis Plantinianis propè evulgatos: placebit θρησκείας χάριν lectio & ſtylus magis delectabit, niſi judicans fallor. Verba enim dare nollem; quando Belgarum candorem non ignoras. Antverp. Id. Janu. 1612.

Inclytæ Academiæ Cantabrigienſi Th. Bezæ.

XIX.

QUatuor Evangeliorum & Actorum Apoſtolicorum Græco Latinum Exemplar ex S. Irenæi Cœnobio Lugdunenſi ante aliquot annos nactus, mutilum quidem illud, neq; ſatis emendate ab initio ubique deſcriptum, neque, ita ut oportuit, habitum (ſicut ex paginis quibuſdam diverſo charactere inſertis, & indocti cujuſpiam Græci Calogeri barbaris adſcriptis alicubi notis apparet) veſtræ potiſſimum Academiæ, ut inter vere Chriſtianas vetuſtiſſimæ, plurimiſque nominibus celeberrimæ dicandum exiſtimavi, Reverendi Domini & Patres, in cujus Sacrario tantum hoc venerandæ (niſi forte fallor) vetuſtatis monimentum collocetur. Etſi vero nulli melius quam vos ipſi, quæ ſit huic exemplari fides habenda, æſtimarint,

rint, hac de re tamen vos admonendos duxi, tantam à me, in Lucæ præſertim Evangelio, repertam eſſe inter hunc Codicem & cæteros quantumvis veteres diſcrepantiam, ut vitandæ quorundam offenſioni aſſervandum potius quam publicandum exiſtimem. In hac tamen non ſententiarum ſed vocum diverſitate, nihil profecto comperi, unde ſuſpicari potuerim, à veteribus illis hæreticis fuiſſe depravatum. Imo multa mihi videor deprehendiſſe obſervatione digna; quædam etiam ſic à recepta ſcriptura diſcrepantia, ut tamen cum veterum quorundam & Græcorum & Latinorum Patrum Scriptis conſentiant: non pauca denique, quibus vetuſta Latina editio corroboratur: quæ omnia pro ingenii mei modulo inter ſe comparata, & cum Syra & Arabica editione collata, in majores meas Annotationes, à me nuper emendatas, & brevi, Deo favente, prodituras, congeſſi. Genevæ 8. Id. Decemb. 1581.

Fragmentum Epiſtolæ Sam. Petiti ad Samuelem Sorberium Nepotem.

XX.

Hierarchiam eſſe dixi jam ab ipſis Apoſtolorum temporibus inſtitutam, ut diſſentionum plantaria evellerentur & Schiſmatum ſemina tollerentur, & intra hoc intervallum, quod eſt ab Anno Neronis quarto ad ſeptimum ejusdem, toto orbe decretum fuiſſe, ut unus de Presbyteris electus, Epiſcopus καὶ ἐξοχὴν dictus, cæteris ſuperponeretur, & ad eum omnis Eccleſiæ cura pertineret. Habes paucis, ſed tibi uni, animi mei ſenſum in hoc negotio.

Iacobus Sirmondus Seb. Tengnagelio.

XXI.

Clariſſime & doctiſſime Domine,

Nicephori vetus exemplar Cæſareum, quod ego poſt Patris Frontonis Ducæi obitum in fidem meam receperam, ſalvum

vum ad te D. Werdemanni Residentis operâ perveniſſe ſpero. Quid verò ejus editionem tamdiu antehac retardarit, non facilè dixerim; ſed video nunc tandem à Cramoiſio noſtro typos Græcos comparari, ut eam, proximo, ut ait, Decembri menſe aggrediatur. Quod ſi fiet, multorum expectationi ſatisfaciet; tibi autem imprimis gratiam habebunt, qui tuo id ſe potiſſimum beneficio conſecutos intelligent. Pater Petavius abſoluto ante biennium Epiphanio, alterum ingens opus ſuum de Doctrina Temporum adverſus Joſ. Scaligerum prælo ſubjecit, eóque jam perduxit, ut poſterioris Tomi pauca ſuperſint paucis menſibus abſolvenda. Poſthæc ad Juliani Παραβάτου reliqua ſe accinget. De Theophanis enim Hiſtoria conſilium, opinor, abjecit, quod & ab aliis tùm in Germania, tùm in Gallia, pariter abjectum videtur. Bibliothecam Patrum Græco-Latinam duobus item voluminibus comprehenſam, Pariſiis editam vidimus, paulò ante quàm Patre Frontone careremus. In hoc enim Opere deſiit ὁ μακαρίτης. Qui & alia, ut noſti, meditabatur, Nicephorum ſcilicet, Theodorum, Cyrillum Alexandrinum, & Biblia Græco-Latina. Ex quibus Nicephorum plane abſolverat; itaq; cum Græco Textu Latina Verſio, ut ab eo recognita fuerat, conjungetur. Theodoretum enim magna ex parte confectum habebat. Quod deerat, ſupplere ipſe, licet impar, inſtitui, ſi Deus mihi, poſt Concilia Gallicana, quibus adhuc diſtineor, vitam vireſque conceſſerit. Ad Cyrillum pauciora collegerat, quæ uſui tamen eſſe poſſint, ſi quis hîc aliquando ad eam curam animum adjiciet. In Bibliis Sacris multùm ac diligenter laborarat, unúmque hoc opus præ cæteris urgebat: ſed vereor, ut in poſterum ſperare liceat, propter novam editionem Græco Latinam, quæ hîc jam inchoata eſt, curante, ut audio, Joh. Morino, è Congregatione Oratorii viro docto, cujus nuper in lucem prodierunt Exercitationum Eccleſ. libri duo. Cramoiſium monui ut cum Adventoria, quam deſideras, Propemticum ſimul noſtrum, quod Adventoriam ſecutum eſt, tibi meo nomine offerat; non quod illa tanti æſtimem, ut à te legi debeant, ſed ne defuiſſe videar voluntati tuæ, cui & in aliis omnibus, quæ poſſim, obſequar libenter. Deum, quod reſtat, oro, ut te rei literariæ nobisque meliori utentem valetudine diutiſſimè conſervet. Pariſiis 3. Non. Sept. 1626. *Frag-*

Fragmentum Epistolæ Claudii Sarravii ad Jac. Usserium Armacanum, Lut. Nov. 9. 1648.

XXII.

COgitaverat aliquando Fronto Ducæus de recensendis Græcis Sixti Bibliis, & multa, ut aiunt, præclara in eam rem congesserat. Dum autem omnem movet lapidem, ut suam ἔκδοσιν undique conquisitis opibus locupletet, scripsit de suo consilio Romam ad Socios & ad Vaticanæ Bibliothecæ Custodes, ut se aliqua juvarent. Illi vero eximiis, quos promovere debebant, conatibus interceserunt, his fere rationibus, falsis certe & futilibus: Quod omnes istæ lectionum varietates turbarent potius quam firmarent aut instruerent Christianorum animos, quodque post Clementis Vulgatam, nihil, quod alicujus foret momenti, supereset. Nec hoc dixisse contenti, voluerunt, jusserunt, ut Romam mitteret quæcumque de eo argumento sibi paravisset. Parere autem necesse fuit misero isti mortali, cui ita omnis insumptus labor οἴχεται. Hoc de Frontone nuper didici ab ipso Sirmondo.

Fragmentum Epistolæ Christophori Carleili Angli ad Castalionem. 3. Cal. Maii 1562.

XXIII.

IN altero, qui in te invehitur tum majorem in judicando æquitatem, tum in reprehendendo modestiam desideravisem. Convicia dedecent Christianum, & immanitas hominem. Legi quidem tua omnia studiose & quotidie lego; unde uberrimum & salutarem percipio fructum. Joh. Checum Lat. Gr. & Hebraice perbene scientem, equestris ordinis virum, non nunquam sum adortus, & reperi semper tua legentem Biblia. Percontabar de tua in interpretando fide, & eloquentia: tum ille ridendo, ut erat affabilis, Mehercule, inquit, majorem percipio fructum in legendo Castalionem, quam in evolvendis omnium Scriptorum Commentariis. Oratio facilis est, explicata, dilucida, suavis, concinna & diserta: verba pura & Latina, & quæ propius naturam no-

tationemque Græcæ Hebraicæque locutionis attingunt: Martinum Bucerum audivi explanantem Psalm. 119. & cum omnia exposuisset, quæ Gr. Lat. & Hebræi Doctores de ea quam tractavit sententia præclare scripsissent, monuit audiendum Castalionem, qui, inquit, ut est tum pius, tum eruditus, ita de Hebræis tum gravius, tum diserte convertit in hunc modum, &c. Atque hoc fecit me præsente in Academia Cantabrigiensi.

Cornelii Valerii Epistola ad M. Ant. Muretum.

XXIV.

JUstus Lipsius, familiaris & idem discipulus meus, literarum & antiquitatis causa in Italiam proficiscí velle cœpit. Petiit à me, amicis quibusdam commendari, in primis autem contendit, ut ad te, cujus cognoscendi & videndi studio mirifice flagrat, literas sibi darem. Mitto igitur ad te hunc Justum Lipsium, alumnum, ut dixi, disciplinæ meæ, adolescentem ea probitate, modestia, ingenio, eruditione, judicio, quanta testari possum equidem me in alio nullo, ista imbecillitate ætatis, adhuc esse expertum, tum vero, quod apud te plurimum valet, studiosum antiquitatis & artium illarum, quas tu amas, & in quibus maxime excellis, id est optimarum. Cave autem existimes me hæc ambitiose, & supra quam res est, commendantium more, scribere: imo vero minus fortasse, quam virtus & eruditio adolescentis merentur, scribo, ne dum eum laudo, videar nos ipsos, institutionemque nostram velle extollere. Quamobrem rogo te, Murete mi, vel potius precibus omnibus oro & obtestor, adolescentem hunc omni studio, amore, benevolentia complectare atque devincias. Et quoniam is honesto quidem genere & optimis parentibus natus, ea tamen mediocritate fortunæ est, ut se in longinqua & extera regione difficulter suis facultatibus sustentare possit, verecunde etiam hoc abs te petam, (vides quantum mihi sumam) ut si qua in re commendatione & opera tua juvare eum potes, quod certe potes, ei ut ne desis.

Nobilissi-

Nobilisſimo, reverendo & ſummo viro, Joanni Forbeſio, Domino à Corſe, S. Theologiæ Doctori eximio, inque Academia Aberdonienſi ejuſdem Profeſſori, Gerardus Joannes Voſſius S. P. D.

XXV.

NOn dubium eſt quin omnibus veritatis ac concordiæ amantibus dolorem adferat maximum, quod antiquæ toties repullulent hæreſes; quandoque etiam ſuccreſcant novæ, & olim inauditæ, nec minus veteribus illis ſectis veritati adverſæ & paci. Cujus rei cauſam eſſe præcipuam arbitror, quod qui animum adplicant ad legendum S. literas, magnam id partem faciant, vel cum ſtulta ingenii ſui fiducia, vel præjudicio ab iis profecto, quos per omnia ſequi ſibi propoſuerint, vel ab animo haut aliter eas interpretandi, quam iis locis, ubi degant, conducibilius videatur, ad conſequendum, vel retinendum, mundi bona. Quomodo adfecti parum cogitant, Scripturas non eſſe Scripturas, quoties alio intelliguntur Spiritu, quam ſunt ſcriptæ. Niſi igitur de infelici horum grege eſſe velimus, quemque veritatem magis amare convenit, quam ſeipſum; ac ante omnia quidem ſcrutandum, quid Deus dicat in verbo ſuo: Sed ne perperam illud interpretemur, quando omnes ad errorem ſumus proclives, attendere etiam debemus, non modo quid unus & alter, ſed omnino quid conſtanter docuerit Eccleſia Dei. Quantopere enim repugnat perſpicuitati Scripturæ, ſi ita exaratæ credantur, ut, ab Apoſtolorum exceſſu, ne in præcipuis quidem fidei capitibus ipſi eas Eccleſiarum doctiſſimi ceperint Antiſtites! Quantum item adverſatur bonitati Dei, & amori erga nos, ſi per tot ſecula ad Scripturarum intelligentiã defuiſſe ſtatuamus Spiritum Dei, viris licet pietate & ſanctimonia præcellentibus, Eccleſiæque ſemper commendatiſſimis, atque eo melioribus, quo Apoſtolicis propiores erant temporibus! Nec ignoro, dicta hæc noſtra parum deſcendere in animos multorum, quia videant etiam ad antiquitatem provocari in cauſa deploratiſſima. Qui cogitare debebant, niſi iſti hoſpites forent in veterum

lectione, non tam futilibus motum iri. Viderent enim, bellos hoſce provocatores incaſſum jactare antiquos, præterquam apud vetuſtatis neſcios, qualibus ſe os facile ſublinere poſſe ſperant. Cæteri autem, qui hiſtoria Eccleſiæ ſunt exculti, nullo negotio cernunt opiniones eas, quas fruſtra venditant pro antiquis, ſi non heri vel nuper natæ ſint, plurimum ſaltem cœpiſſe demum ante duo, tria, vel ſummum ſex ſeptem ſecula, vel non multo amplius. Ut obducere illis liceat hoc Optati Milevitani lib. 6. *Quæ eſt iſta nova & ſtulta ſapientia, novitatem quærere in viſceribus vetuſtatis?* Quis vero non fateatur, præſcriptione iſtiuſmodi multum firmari animos noſtros in genuina Scripturæ interpretatione; validius quoque, munitiuſque hæreſes refelli? Quare hoc armorum genere ſemper pugnatum fuit à S. Patribus: qui præcipue quidem ſe tuentur Scripturæ auctoritate: nec tamen prætereunt priorum temporum conſenſum. Hoc luce clarius eſt ex iis, quæ differunt adverſus Marcionem, Valentinum & his æquales: item Samoſatenum, Arrium, Macedonium: nec minus Pelagium, Neſtorium, Eutychem: ut præteream hæreticorum cæteros. Vellem iſta adtenderent, qui territi diffuſo adeo, ut aiunt, Eccleſiaſticæ antiquitatis Oceano, propterea veteres Theologos non legunt; &, quia negligunt, neſciunt; & poſtquam ignorant, aſpernantur; ac ne temere contemnere, vel ſoli neſcire, videantur, etiam traducendo illos, complurium animos ab iis abalienant. Tanti mali fons, caputque eſt, otii amor ac laboris fuga: dum non ſatis cogitant, certiſſimum illud Ariſtotelis effatum in Nicomachiis, artem ac virtutem verſari circa id quod difficilius eſt. Et tamen difficultatem illam, de qua tantopere queruntur, multum leniat rectus ſtudiorum ordo, & hoc omni hiſtoriæ innatum, quod delectat, & aſſidua ingentis boni cogitatio, quod ex hiſtoria Eccleſiæ, veterumque Theologorum lectione ad nos redit. Fidem fecerint vel ſolius magnæ Britanniæ veſtræ, vel etiam noſtræ, tot Theologi ſummi: ante omnes κειμήλιον illud hominis Joannes Juëllus, Antiſtes Sarisberienſis. Quis enim è Conciliis, vel Doctoribus (quotquot primis fuere annis ſexcentis) non animoſius modo, ſed doctius quoque, vel felicius impugnavit adverſa-

adversarios? Non defuere quidem, quibus hoc disputandi genus minus probaretur: sed, præstantissimi etiam Whitakeri judicio, timidiores hi fuere, quam necesse erat. Poteram & alios subdere magno numero. Semper enim Britannia abundavit Theologis, ut Scripturarum, sic antiquitatis etiam intelligentissimis. Sed ut de iis pluribus dicam, brevitas instituti non sinit. Ad te itaque venio, eximie Forbesi, qui, uti habuisti antea, quem sequereris, patrem tuum, τὸν μακαρίτην Patricium Forbesium, Episcopum Aberdonien-sem, virum undecunque doctissimum; ita ipse deinceps, in hoc antiquitatis studio, patriæ præibis, ac cunctis amantibus rectam studiorum viam. Nihil me auribus tuis dare, indicio omnibus erit utraque hæc & Theologica, inquam, & Historica Instructio tua, & ille signorum tuorum adspectus adversus tot infesta hæreticorum agmina. Quem equidem nescio utrum comparare velim phalangi Macedonicæ, an aciei Romanæ. Sed huic potius, quando (quod defuisse phalangi Polybius ostendit) copiis tuis semper erit locus, sic armorum viribus, sic scientia, atque arte instructis ad nullum non pugnæ genus. Habet igitur sacrata Musis adolescentia, unde melius sapiat, dum videt eos, qui sic avocant ab antiquis, sibi semitam non sapere, licet aliis monstrent viam. Habet quoque media illa ac constans ætas, quo accendatur deinceps ad studium antiquitatis, si prius neglexit; vel si serum id putet, saltem ut alienis videre oculis adsuescat, ubi nequit suis. Habent denique etiam in veteribus Theologis subacti, unde proficiant: imo si ipsi pariter bene mereri de hoc studio volent, non deerit hinc exemplum, quod scribendo æmulentur; quo ita magis & magis glisçat historiæ Ecclesiasticæ honos ac fructus. Vides, ut quod nostrum sit de laboribus tuis judicium, non pigitum fuerit memorare! ac confido idem omnes uno ore dicturos, quorum palato antiquitas sapit. Etsi vero nunquam tam feliciter agatur cum Ecclesia Dei, ut etiam boni omnes per omnia conspirent; confido tamen, etiam ex iis, qui antea dissenserint, hisce tuis lectis, conventuros non paucos; saltem in illis religionis capitibus, super quibus in sex Conciliis universalibus, vel Africanis etiam, & Arausionensi olim con-

venit. In iis autem, quæ non ad fundamentum, sed structuram pertinent, non pacem minus consecter, quam amplectar veritatem: ut qui sciam, non modo hæresin vitandam, sed etiam schisma: ac propterea, licet ubique grata esse veritas debeat, aliter tamen cum fratribus, quam hæreticis, esse disputandum. Utinam vero, Nobilissime, ac clarissime Forbesi, hac cruda ac viridi senectute pertexere tibi detur cætera hujus operis auro magis aurei. Hoc ut contingat, rogamus omnes Dominum Deum: cui, Ecclesiæ suæ causa, curæ fore confidimus, & te, & labores tuos. Amstelodami 10. Cal. Sext. 1645.

Fragmentum Epistolæ Joh. Boisii Elienſis Canonici ad Henricum Savilium.

XXVI.

MAgno æstimassem judicium tuum, si in alio quovis auctore edendo me in societatem tuam ascivisses, & consilii tui fecisses participem: at vero quod Chrysostomum editurus, Scriptorem Græcum & Ecclesiasticum, Scriptorem non minus utilem, quam uberem, non minus uberem, quam dulcem & mellitum; quo nemo ex antiquis aut majore dexteritate Scripturas tractavit, aut populum docuit salubrius, aut hæreticos oppugnavit acrius; quo nemo aut ad virtutis studia inflammavit vehementius, aut vitia sui temporis insectatus est liberius: quod inquam, tam aureum, tam politum, tam omni omnium amore dignum auctorem luce donaturus, me inter alios, veluti optionem tibi sumpsisti, hoc si non pro summo & plane singulari beneficio haberem, insulsus certe essem, nulliusque judicii, &, ut Chrysostomus sæpiuscule loquitur, homo ἀγνώμων καὶ ἀχάριστος. Summo igitur me beneficio affectum à te esse agnosco, nec agnosco solum, sed profiteor & præ me fero, & ut meo nomine gratias tibi ex animo ago maximas, sic tuo, nostroque omnium, Deo O.M. θυσίαν αἰνέσεως offero, qui & nos voti damnarit, & tibi singulari sua benignitate concesserit, ut op⁹ lon-

ge

ge omnium difficillimum, & ut impensæ, ita laboris maximi, ad umbilicum tandem perduceres. Admirentur alii ædium magnificentiam ac nitorē, trophæa illustrissimorum Ducum, Colossorum majestatem, Pyramidum, quæ cœlum ipsum minentur, altitudinem: at mihi uniusChrysostomi integra & accurata editio, (qualem à te aut à nemine habituri sumus) omnibus Colossis, omnibus trophæis, omnibus denique quantumvis magnificis Palatiis, aut præaltis Pyramidibus, longe multumque præferenda videtur. Dicent & sentient hoc idem mecum quibuscunque Græcæ literæ curæ ac cordi sunt, maxime vero Theologi, & in his præcipue Ecclesiastæ, & Evangelii Christi præcones atque interpretes, quibus peculiari quadam ratione ita utilis & necessarius est Chrysostomus, ut semper illum oculis ferre, semper sinu gestare, nunquam de manibus deponere debeant. Post S. enim Biblia, & Paulinas inprimis Epistolas, nullum novi Scriptum, in quo, qui Concionatores sunt, & Græce non nesciunt, majore cum fructu versentur quam in B. Chrysostomi Homiliis, quas ita numerosas quidem reliquit, ut nemo plures, ita bonas, ut nemo meliores, ita disertas & dilucidas, ut nihil ne excogitari quidem possit disertum aut dilucidum magis. At ne quis temere, aut animi à me causa dictum hoc putet, intelligat velim me bonam Chrysostomi partem legisse; nec indiligenter, quas dotes habeat, quas virtutes dicendi, observasse. At nævos habet? Scio, nec possum diffiteri. Sed hi nævi adeo sunt conspicui, adeo repertu faciles, ut nullum periculum sit, ne lector paulo cordatior (quales Concionatores omnes esse par est) aliquid detrimenti inde accipiat: illis vero detractis aut detectis (audacter loquor) nō est in tanta Scriptorum Ecclesiasticorum multitudine, quem potius effingere & exprimere debeant Concionatores, quam aureum nostrum Johannem. Quocirca si alicujus essem apud homines mei loci ac ordinis auctoritatis, hortarer eos omnes, & quantum vox & latera permitterent, clamando instigarem, ut Chrysostomum tanquam Concionatorum ducem ac coryphæum, vel potius ut Christianum Ciceronem, aut Demosthenem intuerentur, ut vestigiis ejus insisterent, ut pro absolutissimo Christianæ eloquentiæ exemplari, ad imi-

tandum

tandum sibi proponerent: præterea ut quotidiana eum lectione familiarem sibi facerent, & Opera ejus omnia, quantumvis iniquo pretio, primo quoque tempore sibi compararent. Nullam enim in re tam eximii usus impensam formidandam. Cæterum hic mirari subit hominum nostrorum præposteram parsimoniam, qui, si parandus sit equus, aut toga paulo elegantior, aut amici vocandi ad cœnam, non adeo magnam sumptuum habent rationem: at si liber sit emendus, præ quo cœnam vel lautissimam etiam Ethnicus Philosophus contemneret, præ quo togam conculcaret, & aspernaretur equum, hic certe dici non potest quam sint tenaces, quam sordidi, quam plane Eucliones! Si pro jugo boum dependendæ sunt octo minæ, aut etiam decem, non metuis sumptum: at si pro Johanne Chrysostomo solvendæ sunt minæ totidem, aut fortasse pauciores, pretii magnitudine deterreris? O cor! O cerebrum! Si tanti vitrum, quanti margaritam? Sed reprimo me.

Magnifico Domino Andr. Dudicio Petrus Carolinus, Concionator Varadiensis.

XXVII.

GRatiam & pacem à Deo Patre & Domino nostro J. C. unigenito à Patre ante tempora secularia, & in plenitudine temporis ex muliere nato precatur, suaque officia commendat. Quanquam virtutis, sapientiæ & humanitatis tuæ, in omnes propemodum Orbis Christiani plagas pervulgata fama, me quoque tui nominis desiderio inflammatum jamdudum impulit, Magnifice & clarissime Domine Dudici, ut aliquas notitiæ saltem tecum ineundæ fores meis literis aperiam, hactenus tamen, accusantibus etiam amicis timiditatem meam, nihil hujusmodi tentare ausus sum. Nam etsi insigni tua pietate, quam uno omnium ore prædicari ubique audio, & in summo tuo ingenio liberalibusque disciplinis cultissimo, cui profecto nihil agreste aut asperum inesse potest, conquiescens, futurum omnino sperabam, ut meam interpellationem

nem non moleſte laturus eſſes: meus tamen pudor quodammodo frænum mihi injiciens, animum ſcribendi cupidum retrahebat. Virum enim tam illuſtri loco & excellentis eruditionis faſtigio poſitum, cujus amicitiam magni quique & præſtantes viri certatim & cupide expeterent, ab homine in obſcurum angulum projecto, nec literis ſatis, ut oportet, munito, qualem me eſſe fateri non dubito, ſine aliqua temeritatis nota, interpellari non poſſe judicabam. Quin etiam literæ tuæ ad Petrum Melium, quem ego fratris in loco habeo, cultiſſimæ & ornatiſſimæ, ſuperioribus menſibus perſcriptæ, materiam timori meo ſuppeditabant, quibus tu, quod importunitate neſcio qua moleſtiam tibi attuliſſet, paulo acerbius & ſtomachoſius, ut bona tua pace dicere liceat, eum perſtrinxiſſe videris. Verum enimvero his dubitationum fluctibus, quibus me agitatum fuiſſe non inficior, emergere mihi cupienti, hunc nihilominus portum tenendum eſſe ſtatui, quem & magna de tua eximia humanitate ſpes, & meus erga tuas virtutes amor incredibilis, ſtudiumque perpetuum promerebant. Quapropter patere obſecro, præſtantiſſime D. Dudici, in ſcribendis ad te literis ſola nominis tui obſervantia incenſum, ſummaque tua humanitate fretum, audacius manum admoviſſe, eoque, ut meam hanc, ſi quæ eſt, importunitatem placide tollens, mihi quoque tuis occupationibus obſtrepenti, veniam des vehementer peto. Neque ego nunc ut in album tuorum amicorum recipias, abs te contendo, quod certe magnæ temeritatis & impudentiæ foret. Sed nunc me ex eorum numero eſſe agnoſcas, qui tuas virtutes ad omnem poſteritatem immortales admirantur & obſervant. Etſi enim (dicam enim ſicut mea fert natura ingenue) ſubobſcuri & ambigui rumores, præſertim ab adverſariis noſtris circumferuntur, te relicta Orthodoxa de Deo doctrina, profeſſione renovata, Serveti opinioni favere cœpiſſe: Nunquam tamen ut in hanc de te opinionem venirem perſuaderi mihi paſſus ſum, neque patiar eo uſque, donec aut ſcriptis publicis, aut literis tuis mens tua mihi perſpecta fuerit. Virum enim te iſta pietate, ſapientia & eruditione, cujus exemplum in utramque partem plurimum valet, non exiſtimo temere

quippiam commissurum, quod magno universæ Orbis Christiani Ecclesiæ detrimento futurum sit. Videre te etiam certo scio, principia quibus isti nituntur, tam absurda & infirma esse, ut sine magno labore colligere liceat, nihil nisi acuti ingenii famam captare voluisse, qui ab aliis dissentiendo παράδοξα hæc opinionum in Ecclesiam invexerunt, de quibus, si per te liceat, erit alius commodior disputandi locus. Quin etiamsi verum sit id, (quod omen Deus avertat!) quod tui nominis parum amantes disseminant: summum tamen tuum ingenium, summam sapientiam, eruditionem & eloquentiam studiose colere non desinam, quibus tu certe non solum tuæ gentis homines longissimo intervallo post te reliquisti, sed eos etiam, qui ingeniosissimi censentur, eruditorum omnium judicio, æquasti. Nec id modo, sed incredibilem etiam humanitatem attulisti, quæ, etsi mihi coram perspecta non est, sermones tamen nostrorum popularium mirifice eam extollentium, sic mihi fidem fecerant, ut vel tantillum de ea ambigere summa mihi religio sit. Neque vero extimesco, Magnifice & præstantissime Domine Dudici, ne gratiam tuam immodice assentando aucupari nonnullis videar. Quidni enim tuas ego virtutes admirer, admirando colam, quas eximii & summi viri ad cœlos usque laudibus evehunt? Nec tu his tuis laudibus faves, scio, ac fortasse etiam animus tuus vehementer hisce offenditur, sed nos ingrati sumus, si præclara hæc ornamenta, quæ divinitus in te collata agnoscimus, turpi silentio sepeliamus. Non igitur vereor ne hæc assentatio sit, à qua profecto meum ingenium abhorret summopere, sed officio potius me adductum sentio, ut meam in te gratitudinem hic saltem declararem, idque in optimam te partem accepturum, pro tua humanitate non dubito. Quod si hanc voluntatis meæ significationem, gratam tibi, quemadmodum spero, sensero, dabo equidem operam, ut reipsa cognoscas me unum esse ex præcipuis, qui tuis ornamentis præclarissimis favent, quique diutissime florentem te esse cupiunt. Bene vale, seculi nostri ornamentum. Datum Varadini 12. Cal. Quint. 1572.

Petri

Petri Molinæi Epistola ad Jac. Montacutium, Bathonienſem Epiſcopum Anno 1610.

XXVIII.

Cunctantem me, Præſul ampliſſime, & metuentem tuas graviſſimas occupationes intempeſtiva ſcriptione interrumpere, impulit tandem Eccleſiæ utilitas, ſuaſitque ea tibi exponere, quæ mihi videntur ad Eccleſiæ veſtræ & noſtræ communem utilitatem pertinere: neque enim quiſquam eſt, apud quem melius & tutius hæc deponam quam apud te, quem ſcio Dei zelo tangi & apud Sereniſſimum Regem plurimum poſſe gratia. Cauſa mihi ſcribendi Iſ. Caſaubonus, cujus ad vos profectio mihi non parvam injicit ſolicitudinem. Vir eſt ſane cordatus, pius & probus, ſed quem metus & iracundia tranſverſum egerunt. Abhinc triennium cœpit de Religione male ſentire & inclinare in Papiſmum, paucis capitibus exceptis, quæ eum in Religione nutantem à manifeſta defectione cohibuerunt, qualis fuit Communio ſub una ſpecie, Tyrannis Pontificia, Liturgia lingua ignota, Imaginum Cultus, Opera Supererogationis. Hos errores ille nondum concoquit, & in iis adhuc nobiſcum ſentit. In cæteris capitibus controverſiarum non obſcure præ ſe fert, ac palam profitetur odium noſtræ Religionis, quam inter Pontificios traducit contumeliose, & quaſi novitiolum Calvini commentum odiose exagitat. Me vero, quo ſemper uſus amico & familiari, monentem amice non tulit. Initium mali, odium in Genevenſes, quos in lite pecuniaria, quam Genevæ moverat, expertus eſt ſibi adverſos, quibuſque interceſſoribus ait ſe excidiſſe cauſa & uxoris dote exutum fuiſſe. Ex eo cœpit miniſtros omnes acerbe inſectari, & in cujuſvis obvii ſinum virus hoc effundere. Hominem ita perturbatum & impotentis iracundiæ adortus Cardinalis Perronius ingenium inſtabile loco facile movit, & pene peſſum dedit. Ibi tum Caſaubonus Cardinale impulſore legere Patres, & clam cum Cardinale habere colloquia; quæcunque vero in Patribus inveniret in ſpeciem nobis adverſa mordicus apprehendere. Vir ſane in philologis & linguis doctiſſimus, ſed circa

rerum cognitionem non perinde diligens, & in quo acrimoniam judicii desideres : quippe qui plus memoriam quam judicium exercuit, & quē insita facilitate sequacē quamcunque in partem impuleris. Tantum malum in viro tantæ doctrinæ, & quem colo & facio maximi, tuli sane graviter, & quod potui conatus sum ad pristinam mentem revocare ; sed frustra fui, hactenus incalescente in dies ejus odio in Genevenses, & Cardinale altrinsecus instante, & suasiones pollicitationibus condiente. Inter hæc commodum accidit, ut Rex vester Serenissimus, impulsore D. Archiepiscopo Cantuariensi, eum ad se evocaret. Ea res me recreavit aliquantulum, & in spem erexit fore, ut tuis colloquiis & suasionibus, aliorumque, quos habet Anglia doctissimos, in rectam viam reducatur, ejusque iracundia detumescat, mollita locorum & temporis intervallo : quam ad rem ut quod potes industriæ conferas, Vir magne, etiam atque etiam rogo. Quod si nullatenus potest à sententia dimoveri, commodissimum & tutissimum erit, eum honestis præmiis obstrictum occupare circa Historiam Ecclesiasticam & refutationem Baronii, ad quod Opus jam multa congessit: Est enim, ut dixi, Papæ Tyrannidi adversus : ac in hac parte nobiscum sentit : quocirca quicquid in hoc argumento scripserit, cedet in Ecclesiæ ædificationem. Denique oro, obtestor, facite, ut quocunque modo vester sit ; nam si ad nos redierit, certa est defectio. Unde ingens Ecclesiæ scandalum & offensio infirmorum : Vivimus enim inter adversarios, qui nostrorum lapsu incredibiliter triumphant, & ejusmodi Circenses pompas speciose circumducunt. Ille quidem Reginæ nostræ valedicens promisit reditum : unde necesse habet datam fidem liberare: Sed si apud vos meliorem conditionem invenerit & otium cum honore, redibit procul dubio ad vos, postquam hic convasaverit supellectilem & Bibliothecam, quam habet amplissimam : Nec mediocre erit Angliæ ornamentum, homo rei literariæ facile princeps, & nos liberaveritis magno metu, & animam jam pronam in ruinam servaveritis vestra industria. Avertat Deus hoc malum, & vos faciat tam boni operis instrumentum. Sed de his

κατακίρως.

Joh.

Joh. Baptista Folengius Nicodemo fratri.

XXIX.

ET tu, frater, me in nemoribus latitantem interpellas? Méne tam alta scribere opinantur amici? Cæcum id prorsus est amoris genus, quod in amicis eam videt excellentiam, quam ne statam quidem virtutis formam appellarent semidocti. Ego enim quid de me meisq; scriptis sentiam, non raro hisce in Commentariis (*in Psalmos scilicet*) tum dico, tum, ne erret Lector, ad ravim usq; clamo: sincerum me scilicet tantummodo esse Scriptorem, nempe cui pro scopo Dei sit honor, & susque deque religio: nihil præterea. Quare meis in monumentis nihil aliud in primis quærere debent amici, quam amplam erga omnes charitatem, atque in Deum fidem. Tantum eruditionem in re sacra non ostento. Quæ tamen, si in me aliquam esse judicant, ea tandem est, quæ meam ubique præ se fert, ut tu eam vocas, mediocritatem, non grandiora illa Sophocleo, ut aiunt, digna cothurno, quæ tu frater alioqui mihi charior oculis propriis de me æque prædicas, ac de incognito omnino hospite quis rudis prorsus ac expers judicii prædicaret. Amor enimvero te in me audaculum aliquantisper facit. Verum ego interea meo me spithamo metiens, adeo ex superfluis amicorum laudibus non efferor, quin me esse Folengium cogitem, hominem nimirum natum Hyadum tempore, idcirco ab aquis illis non abhorrentem, quas Christus in Davide usque ad animam suam intrasse queritur. Hæc est crux vitæ, hæ proborum deliciæ, id duri cum mundo certaminis theatrum, forsan & trophæum: cujus quidem labores etiam tu mecum experiris Nicodeme. Experitur & Theophilus noster, (*alter Folengii frater, qui sub Merlini Cocaii nomine Carmina quædam edidit*) cujus ingenium nostro ævo rarum atque insolens, semper infensum fuit ranis. Sed cum edentulæ sint, nihil aliud quam coaxant: qua quidem re non tam iram quam risum viatoribus excitare solitæ sunt. Sed ad propositum redeo. Ain'tu meas expectari lucubrationes? En habeant qui expectant: en nostri exilii fructus, (quo enim alio appellabis nomine hanc vitam?) En nemorum partus,

tus, en meæ fidei confessio, en quid tandem meus toties instipulatus à mundo animus responderit. Vale. Albanetæ, ibid. Decemb. 1542.

Fragmentum Epistolæ Johannis Slechtæ Costelecii ad Erasmum, ex Arce Costelecensi 10. Octob. 1519.

XXX.

TErtia Secta est eorum, quos vocant Pyghardos; hi denominationem à quodam transfuga ejusdem gentis acceperunt, qui huc veniens ante annos 97. eo tempore quo Johannes Zizka, homo sacrilegus & sceleratus, bellum hic Ecclesiasticis & omni Clero indixerat. Hi de Summo Pontifice, Cardinalibus, Episcopis & cæteris personis Ecclesiasticis non aliud sentiunt quam de manifestis Antichristis, Pontificem ipsum nunc bestiam, nunc meretricem illam Apocalypticam appellantes. Episcopos & Sacerdotes ipsi sibi eligunt Laicos rudes & literarum expertes, uxores & liberos habentes, fratres se & sorores invicem vocant, & salutant: autoritatem tantum V. & N. T. ex Scripturis recipiunt. Doctores omnes veteres & neotericos & libros eorum contemnunt, nec doctrinæ eorum quidquam tribuunt. Sacerdotes eorum, cum Officia Missarum celebrant, absque ullis id vestibus Sacerdotalibus faciunt, nec ullis circa hæc preculis vel orationibus utuntur, præter solam Dominicam Orationem, qua panem fermentatum consecrant. De Sacramentis Ecclesiæ vel parum, vel prope nihil credunt & sentiunt: qui ad hæresim eorum accedunt, coguntur singuli in aqua simplici rebaptizari, nec salem nec aquam benedicunt, nec de oleo consecrato quicquam tenent, in Sacramento Eucharistiæ nihil esse divinitatis credunt, sed solum panem & vinum consecratum, signis quibusdam occultis mortem Christi representantem affirmantes: & propterea in idololatriam cadere omnes quotquot coram illo genua flectunt & incurvant, vel illud adorant: cum in alium finem à Christo Sacramentum illud institutum

tutum non sit, nisi ad memoriam passionis ipsius recolendam, & non ut hinc & inde circumferatur, aut elevatum à Sacerdote videndum ostendatur: quoniam Christus ipse, qui adorandus & cultu latriæ honorandus est, sedet ad dextram Dei patris, sicut in Symbolo fidei Christiana confitetur Ecclesia. Suffragia Sanctorum & Orationes pro mortuis, rem vanam & ridiculam arbitrantur: similiter Confessionem auricularem, & pœnitentiam pro peccatis à Sacerdotibus injunctam. Vigilias & Jejunia, fucum & tectorium esse hypocritarum: Festa D. Virginis Mariæ, Apostolorum & reliquorum Divorum, inventa esse otiosorum affirmant: Dies tamen Dominicos, & festum Natalis Dominici, Paschæ & Pentecostes celebrant. Multa essent alia illorum portentorum pernicioſa dogmata commemoranda, si non rationem meliorum & graviorum studiorum tuorum haberem. Si tamen superiores duæ factiones ad concordiam reducerentur, posset & ista nefaria Secta (quam vis jam plurimum aucta, maxime vero propter vitam Sacerdotum nimium dissolutam) opitulante Rege exterminari, vel in meliorem fidei & religionis formam reduci.

Erasmi Responsio.

XXXI.

Factionem Pyghardicam longius abesse à regula pacis Evangelicæ, minus mirandum est, quum, ut scribis, ab autore scelerato profecta sit. Nam si ideo Antichristus est Pontifex quia impius, aut si ideo meretrix est Ecclesia Romana, quod aliquoties habet Cardinales aut Episcopos aut alioqui ministros improbos, eadem opera, nullis Episcopis, nullis Pastoribus, nullis Regibus obtemperaremus, ut ne dicam interim, quod hac fenestra aperta, ut cuique hic aut ille esset invisus, ita impius haberetur. Quod si illi, refractis omnis pudoris repagulis, pergant palam esse sceleroſi, ut aliqua ratione coërcendi sunt, ita neque cujuslibet est illos incessere, nec armis rem geri placet, ne semel admissum exemplum violentiæ sæviat

viat in innoxios, Quod sibi sacerdotes &Episcopos eligunt, non abhorret à consuetudine Veterum. Sic electus est S. Nicolaus,sic Ambrosius, sed nondum edita formula electionis canonicæ, quemadmodum olim & Reges à populo designabantur. Deinde crebri tumultus populares effecerunt,ut res paucorum arbitrio transigeretur. Cæterum quod indoctos eligunt & literarum expertes; tolerabilius esset, si vitæ pietas pensaret eruditionis inopiam. Nunc gemina calamitas est populi, si non minus impii sunt, quam indocti. Jam quod se vicissim fratres & sorores appellant, non video cur debeat reprehendi. Atque utinam eadem appellatio mutuæ charitatis perseveret apud omnes Christianos, sic uti mores non dissentirent à verbis. Quod minus tribunt doctoribus quam divinis voluminibus, hoc est plus deferunt Deo quam hominibus, recte sentiunt: Sed quod horum auctoritatem ubique rejiciunt, tam iniquum est quam si ubique reciperent. Jam tametsi non adhorret à vero, Christum & Apostolos in quotidiano vestitu consecrasse, tamen impium est contemnere, quod non absque salutari consilio post à Patribus est institutum. Ceremoniæ sunt, sed his ceremoniis commendantur populo divina mysteria. Et si nihil aliud, quorsum attinet in ea re dissentire, quæ citra negotium potest observari? Nisi Pontifex Romanus hoc illis permitteret, ut ad antiquitatis memoriam suis ritibus uterentur, quemadmodum Græcis & Mediolanensibus suos concedit ritus, à nostris multum diversos. Quod si istis tantopere placet Dominica precatio, ea & nostri Sacrificii pars est. Ut stultum est nihil admiscere Sacris præter unã precationẽ, ita nõ recte faciunt qui quaslibet quorumlibet nænias admiscent. Jam quæ de Sacramentis sentiunt absurdiora sunt, quam ut aures piæ ferre possint, nisi quod è tantis malis hoc boni possumus excerpere, ne nos rebus bene institutis ad quæstum aut inanem gloriam, aut etiam tyrannidem abutamur. Vigilias ac moderata jejunia demiror qua fronte contemnant, cum ea nobis toties Apostolicis verbis commendentur, quanquam ad hæc malim hortatu duci homines, quam imperio trahi. Porro de festis diebus non multum abest istorum opinio, à seculo Hieronymi. Nunc immensum accrevit festorum turba, quum nullis diebus plus scele-

ſcelerum committat vulgus : &, quod eſt inhumaniſſimum, coguntur eſſe otioſi totos dies, qui non aliis reditibus alunt uxores ac liberos, fortaſſis etiam parentes, quam opera diurna. His indicere ferias, nec dare quicquam, quid eſt aliud, quam eos ad famem adigere? Sint crebra feſta, ſed in Templis, ad quæ divitibus liceat accedere, ſed ita ut pauperibus liceat vivere. Saltem illud concederetur, ut peractis ſacris redeant ad ſanctos labores. Quid enim ſanctius quam manuum labore proſpicere liberis ac familiæ? Nunc ad cujuslibet ſuperſtitioſum affectum inſtituitur feſtus dies, imo fere videmus hoc ſtudio eſſe quibuſdam Epiſcopis, ut ſinguli ſingulos feſtos dies addant Calendario, quo vel hoc monumento ſuum nobilitent Epiſcopatum.

Ben. Ariæ Montani Epiſtola ad Philippum II. Hiſpaniæ Regem, ex Hiſpanico ſermone Latine verſa.

XXXII.

Sacra Catholica Regalis Majeſtas,

TAnquam fidelis & obligatus ſervus ſecundum ſimplicitatem Chriſtianam & pro fide in omnibus illis debita, quæ ad Dei veſtræque Majeſtatis ſervitium & ad rectam Rerump. ipſi ſubjectarum adminiſtrationem pertinent, ut eo nomine quantum in me eſt faciam, teſtor ac moneo, unam illarum rerum, quas Majeſtas V. Gubernatori ac Miniſtris, qui in Belgio ſunt aut poſt hac erunt, ſeveriſſime debet injungere, eſſe iſtam, ut caveant Jeſuitis commiſceri, nec quicquam negotiorum cum illis communicent, neque ad id, quod nunc habent auctoritatis vel opum in his provinciis, ullam acceſſionem faciant : in ſpecie autem ut Gubernator Belgii nemine illorum pro Prædicatore vel Confeſſario uti audeat, Deo enim & conſcientia teſte perſpectum habeo, tam hoc, quam quicquam aliud referre ad rem M. V. & ad liberam exe-

cutionem boni regiminis harum provinciarum. Et M. V. pro certo habeat, perpaucos in Hiſpania inveniri, extra ipſorum Societatem, qui pluribus & certioribus quam ego, argumentis perſpectum habeant, quæ ſint illorum prætenſiones ſeu ſtudia, qui fines, quantoque ingenio & conatu ad fines ſibi propoſitos connitantur; ſimiliterque de multis eorum rebus particularibus, quibus obſervandis non ab uno, ſed jam inde à quindecim annis animum adverti. Albanum Ducem in iis, quæ ipſo Gubernatore affectarunt, aliquanto trepidiorem fuiſſe accepi; neque dubito quin eum ad id impulerint cauſæ ad rem M. V. pertinentes: quo nomine prius privatim, poſt etiam publice, de illo dolentiſſime queſti ſunt. Nunc ipſum vero ob allatum de novo Gubernatore nuncium triumphant, & glorioſe jactitant ſe apud illum plus, quam vellent ac poſtularent, commoditatis habituros. Totus enim noſter eſt, aiunt illi, ſolemni inter illos loquendi formula, Neque vero dubium habeo, quin enixe facturi ſint quicquid poterunt, ut voto potiantur. Viſum mihi eſt pro eo ac debeo ejus rei M. V. peculiari Epiſtola certiorem facere, quam Gaſtelo perferendam credidi, etſi ille argumentum ejus ignorat: nec enim me præterit, quos paſſim exploratores habeant, ut quicquid de ſuis & alienis negotiis agatur, reſciſcant, quantique nocumenti, & quam tectas exerceant inimicitias contra minoris auctoritatis homines, quos quovis modo rerum ſuarum quicquam non ſatis ex ſua libidine attingere intelligunt. Negotia particularia literis perſcripta M. V. tædium afferrent. Ego aliud nec deſidero nec poſtulo, quam M. V. inſervire, nec quicquam ei moleſtiæ aſpergere, cujus regiam perſonam & coronam Deus longum proſperet, ad ſancti ſui nominis gloriam. Antuerpiæ 18. Feb. 1571.

S. C. R. M.

beſa les pies de V. M. ſu Capellan y criado
Ben. Arias Montano.

Hope-

Hoperus Calvino S.

XXXIII.

NOn dubito, vir præstantissime, quin res Angliæ & regni status per amicorum literas hactenus intellexeris. Et quod Rex pientissimus noster (*Edvvardus* VI.) fatis concesserit, dubio procul propter nostra peccata. Illius mortem subsecuta est turba calamitatum miserrima Passim in regno eriguntur altaria, privatæ Missæ in pretio habentur, pluribus in locis, omnia in Ecclesiis Latine aguntur. Pii viri sibi metuunt. Ecclesiarum proceres, & omnes qui Christum pure docuerunt, extrema expectant. Ecclesiæ vestræ & omnium piorum preces supplices rogamus, ut alacri & infracto animo Christi gloriam quæramus, & mortem ipsam glorioſissimam pro nomine illius sustineamus. Londini ex carcere, 3. Sept. 1553.

Tuæ pietatis studioſissimus Joh. Hoperus Vigorn. Episcopus.

Eximiæ pietatis & eruditionis Viro Georgio Cassandro.

XXXIV.

SIomnia humanitatis tuæ officia erga me enumerare pergerem, frustra equidem laborarem, chariſsime in Christo Cassander. Interim in pectoris mei adyto reposita ea esse scias, utpote quorum nulla me unquam ceperit oblivio. Postquam visum fuit Domino nostro, de cujus providentia semper pendemus, nos in patriam revocare, cumprimis ipse Wormacia discessi, & Coloniam veni, ibi meum Cassandrum Corneliumque salutaturus, eisque valedicturus. Neutrum reperi. Illinc recta in Angliam. Ibi pacata omnia, sit Deo gratia, mortua Maria. Regnat Elisabetha, pietatis amatrix & fautrix. Per hanc pulsa superstitio Papistica, restauratum Evangelium Christi, pulsi ministri Papistici, restituti Pastores

Christi. Det Dominus, ut Evangelii Christi professionem vita Evangelio digna exprimamus, ne scilicet posthac deterius nobis contingat. Non contentio est, sed neque integra inter nos consensio de imagine Crucifixi in Templis erigenda, quemadmodum hactenus usurpatum fuit. Alii existimant licere, modo absit cultus aut veneratio ipsi imagini exhibenda. Alii putant ita in universum omnes imagines prohibitas, ut nefas sit ullam omnino in Templis perstare, propter periculum ita inseparabiliter annexum. In hoc autem statu nunc sumus, ut nulla hodie in Ecclesiis extare cernatur. Hac in re quoniam judicio tuo plurimum semper detuli, te vehementer rogatum velim, ut animi tui sententiam paucis mihi explicare digneris. Vale in Christo charissime Cassander. E civitate Londino in Anglia, ex ædibus meis Holburnensibus, 4. Martii 1560.

Tui Studiosissimus Richardus Coxus Elien. Episcopus.

Josiæ Simlero, S. Theologiæ Professori Joh. Juellus Sarisburiensis Episc.

XXXV.

SEmper amavi, doctissime Josia, humanitatem, suavitatem, amorem tuum. Quis enim non amet hominem hoc ingenio, hac comitate, istis literis, amici memorem, ita denique amabilem. Verum cum ad amorem erga te meum nihil videretur addi posse, tu tamen tuo merito facis, ut quotidie videar ardere, ut si amor maximus major esse posset, magis amem. Recepi à te Eicona argenteam, & vitam atque obitum optimi illius senis Petri Martyris. In Eicone quidem etsi multa egregie conveniant, tamen erat etiam aliquid nescio quid, in quo artificis solertiam requirerem. Et quid mirum in illius hominis similitudine erratum esse, cujus equidem cum omnia circumspicio, vix quicquam puto fuisse simile? Libellum autem tuum avidissime & summa cum voluptate perlegi. Videre

dere enim mihi videbar illum ipsum Senem, quocum antea suavissime vixeram, eum nescio quo pacto propius etiam & penitius videre, quam cum una cum illo viverem. Stancarum autem obscurum & insolentem Scurram, quem ego nunquam natum audieram, & argute & pererudite, neque, uti spero, sine magno Ecclesiæ commodo confutasti. Parcius ad te ista, mi Josia, de te præsertim. Auribus enim tuis dare non est nec amicitiæ nostræ, nec pudoris mei. Equidem libenter illa legi, ut soleo, tua omnia. Erant enim scripta de rebus jejunis plenissime, de obscuris splendidissime. De omni ista tua humanitate agnosco & fateor atque etiam profiteor me esse in ære tuo. Ecclesia nostra Dei beneficio immunis est ab istis monstris. Tantum res nobis est cum satellitibus quibusdam Pontificiis. Illi turbant, quantum possunt, in angulis, atque etiam hoc tempore impediunt, quo minus ea possim pertexere contra Ubiquitarios, quæ cogitaveram: sed de ea re ad D. Bullingerum scripsi plenius. Si Scripta D. Martyris edideris & Ecclesiæ consulueris, & multorum bonorum expectationi, qui ea cupiunt, satisfeceris. Commentaria autem in Genesin, quoniam de illis quærere videris judicium meum, equidem ea, mi Josia, nunquam legi: tamen non dubito esse ejusmodi, ut, si edantur, videri possint Petri Martyris. Ego tuus, mi Josia, totus sum, sive scribo, sive taceo.

Illustri & erudito viro Joachimo Vadiano, Consuli apud S. Gallum in Helvetia, Thomas Cranmerus Cantuariensis Antistes.

XXXVI.

TAndem à negotiis conciliisque publicis missionem vel verius respirationem nactus, & inter cæteros doctos viros, quorum Epistolis responsa jamdiu debueram, tibi quoque, Vadiane, vir illustris doctissimeque, nunc demum vertente anno respondere incipiens (utpote cujus literas superiore hyeme acceperim una cum munere literario, quod genus quidem so-

leo vel inter pretioſiſſima numerare) illud inprimis mecum reputare pudibundus occepi, vererique, ne forte ſuſpicionem aut etiam opinionem mihi aliquam ſiniſtram apud animum tuum ſilentio meo tam diuturno contraxerim, qui ſciam apud vulgus hominum fieri plerumque ſolere, quum hoſpes hoſpitem ſalutat, ut in primo maxime aditu reſponſum ſollicite expectent. Quod ſi differatur, vel ſuperbiam aliquam, vel neglectum ſui, vel, ut minimum, oblivionem intervenire ſuſpicantur, qualemque in primo illo acceſſu invenere, talem in univerſam reliquam vitam erga ſe fore præjudicant. Cum qui cito reſpondit, libenter & gratanter id facere judicatur, eumque proinde humanum, facilem, gratumque interpretantur: contra qui tarde, faſtuoſus, difficilis, & incivilibus ac inamœnis moribus præditus exiſtimatur; uſque adeo bis facit, quod cito facit, quicquid quis cito facit. Verum ego de tua neutiquam vulgari prudentia & humanitate meliora mihi polliceor, confidoque te hanc meam non ſpontaneam torditatem aut ceſſationem, ſed neceſſariam dilationem benigne accepturum, eamque non tam moribus quam negotiis meis imputaturum. Quæ qualia & quanta fuerint, puto rumores ad vos uſque jampridem pertuliſſe, & ego de eiſdem nonnihil ad Grynæum meum imo noſtrum ſcripſi, cum quo pro amicitiæ jure omnia tibi communia futura eſſe non ambigo. Ad illum igitur te remitto, ſi quid hac re offenderis, qui me tibi reddat excuſatiorem. Tuam erga me voluntatem & promptitudinem animi ad contrahendam mecum ſanctiorem neceſſitudinem in literis tuis perſpicio, & libens amplector oſculorque. Virum enim dignum te judico, quem ego propter eximiam eruditionem, qua me quoque adjutum profeciſſe neutiquam diſſimulavero, & propter morum probitatem multorum graviſſimorum virorum teſtimoniis comprobatam, omni amore, favore, ac veneratione proſequar. Verumtamen, ut animi mei ſenſum (ſicuti inter bonos viros fieri oportet) ingenue tibi profitear, argumentum, quod tractas, in ſex illis libris (*Aphoriſmorum de conſideratione Euchariſtiæ*) quos mihi dono dederas, in totum mihi diſplicet, vellemque vigilias tuas tantas felicius collocaſſes, & mecum ineundæ amicitiæ melioribus

ribus aut certe minus improbatis auſpiciis fuiſſes uſus. Nam ego, niſi certiora afferri videro, quam hactenus videre potui, ſententiæ illius veſtræ nec patronus, nec aſtipulator eſſe volo. Et plane mihi vel ex eo maxime perſuaſum eſt, cauſam eſſe non bonam, quod eam viri tam ingenioſi, tam diſerti, tamque omnibus artibus & diſciplinis inſtructi, non videamini ſatis valide tueri ac ſuſtinere. Vidi pleraque omnia, quæ vel ab Oecolampadio, vel à Zuinglio ſcripta ſunt & edita, didicique omnium hominum omnia cum delectu eſſe legenda. Et fortaſſe illud D. Hieronymi de Origene elogium in illos quoque non abſurde aliquis detorſerit: *Ubi bene, nemo melius*, &c. Noſti enim quod ſequitur. Quatenus quidem Papiſticos & Sophiſticos errores & abuſus indicare, convincere, corrigereque ſunt conati, laudo & approbo. Atque utinam intra fines illos conſtitiſſent, neque fruges una cum zizaniis conculcaſſent, hoc eſt veterum Doctorum, primorumque in Eccleſia Chriſti Scriptorum authoritatem una violaſſent. Nam ut ingenia veſtra quantumcunque verſaveritis, mihi tamen certe nunquam approbaveritis, nec cuiquam opinor æquo lectori, veteres illos authores in hac controverſia pro veſtra facere ſententia. Fuiſtis nimirum in inveſtigandis erroribus plus ſatis curioſi, & dum omnia purgare ſtudetis, illic quoque errorem ſubeſſe putaviſtis, ubi nullus fuit. Quando hic certe ſi error eſt, jam inde à primordio Eccleſiæ ab ipſis Patribus & viris Apoſtolicis nobis fuit propinatus. Quod quis pius ſuſtinuerit vel audire, nedum credere? Ut ne quid interim dicam, quod bonus Dominus noſter unice dilectam ſponſam ſuam in tam pudenda cæcitate tam diu nunquam dereliquiſſet. Quamobrem cum hæc, quam tenemus, Catholica fides de vera præſentia corporis tam apertis ac manifeſtis Scripturis fuerit Eccleſiæ ab initio promulgata, & eadem poſtea per primos Eccleſiaſticos Scriptores fidelium auribus tam clare tamque ſtudioſe commendata, ne quæſo, ne mihi pergatis eam tam bene radicatam & ſuffultam velle amplius convellere aut ſubruere. Satis, jam, ſatis tentatum eſt hactenus. Et niſi ſuper firmam petram fuiſſet firmiter ædificata, jamdudum cum magnæ ruinæ fragore cecidiſſet. Dici non poteſt, quantum

tum hæc tam cruenta controversia, cum per universum orbem Christianum, tum maxime apud nos bene currenti verbo Evangelii obstiterit. Vobis ipsis affert ingens periculum, & cæteris omnibus præbet non dicendum offendiculum. Quocirca, si me audietis, hortor & suadeo, imo vos oro, obsecro & in visceribus J. C. obtestor & adjuro, uti concordiam procedere & coire sinatis, in illam confirmandam totis viribus incumbatis, pacemque Dei tandem, quæ superat omnem sensum, Ecclesiis permittatis, ut Evangelicam doctrinam unam, sanam, puram & cum primitivæ Ecclesiæ disciplina consonam junctis viribus quam maxime propagemus. Facile vel Turcas ad Evangelii nostri obedientiam converterimus, modo intra nosmetipsos consentiamus, & pia quadam conjuratione conspiremus. At si ad hunc modum pergimus adinvicem contendere & commordere, timendum erit, ne (quod dicens abominor) juxta comminationem Apostolicam ad invicem consumamur. Habes, optime Vadiane, meam de tota controversia illa neutiquam fictam sententiam, una cum admonitione libera ac fideli. Cui si obtemperaveris, non modo inter amicos, sed etiam vel inter amicissimos mihi nomen tuum ascripsero. Bene vale.

Anno 1537.

T. Cantuarien.

Hæc tunc temporis Cranmerus, qui, à Ridleio persuasus, postea sententiam mutavit.

Henrico Bullingero Nicolaus Partrigius Anglus.

XXXVII.

Religio apud nos pulchre procedit. Regis jussu missi sunt in omnes partes Angliæ, qui sincere Christum concionentur. De Walsingamica Virgine ac aliis Idolis comminutis puto te jamdudum audivisse. Æstuans ille Purgatorii ignis apud nos nunc extinguitur. De Missa privata magna conturbatio est. Agunt adhuc Londini Legati Ducis Saxoniæ & Lantgravi

Lantgravii Heſſiæ, qui in Lambeth Palatio Cantuarienſi quotidie fere interſunt diſputationibus de Religione inſtitutis. Pollicentur nobis optimi optima, nec poſſumus nobis non optima polliceri.

Eidem Thomas Schlidhurſtus Anglus.

XXXVIII.

JAmdudum Romanenſis monſtri caput dejectum eſt. Evertuntur nunc undique præcipuæ, quibus hoc innitebatur Regnum, columnæ, ne reædificandi in poſterum ullis ulla ſuppeditetur occaſio. Otioſa enim illa Monachorum turba è domiciliis ſuis truditur, non tamen ſine honeſto ſtipendio, quo ſibi victum quærat. Conſultant nunc & deliberant prudentiſſimi viri, quomodo ſine turba omnis in univerſum impietas aboleatur. Nos è Principibus, Magnatumque noſtrorum Conventu expectamus determinatam & abſolutam omnium rerum & opinionum expeditionem.

Thomas Othlæus Anglus.

XXXIX.

CUcullatum Papæ Satellitium in dies decreſcit. Monachi ac Fratres pauci apud nos ſunt reliqui, brevi nulli omnino in tota Anglia erunt. Peregrinationibus nullus relinquitur locus. Dii Deæque omnes, quas imperitiores per univerſam Angliam inviſebant, nunc Londini ſunt.

Johannes Hokerus Meidſtonenſis Anglus.

XL.

RUit hic paſſim Azoticus Dagon, Bel ille Babylonicus jamdudum confractus eſt. Repertus eſt nuper Cantianorum Deus ligneus, penſilis Chriſtus, qui cum ipſo Prometheo concertare potuiſſet. Nam & capite nutare, minari oculis, barbam concutere, incurvare corpus, adeuntium averſari

& recipere preces ſcitiſſime noverat. Hic, cum picales Monachi ſua cauſa caderent, repertus eſt in eorum Templo, plurimo cinctus anathemate, linteis, cereis, agricis, urbicis, exteriſque ditatus muneribus. Subodoratus eſt fucum cordatus vir Nicolai Partrigii noſtri frater. Affixum ergo parieti è veſtigio ſolvit; apparent artes, apparent impoſturæ, mirus ac Polypeus præſtigiator deprehenditur. Erant foraminoſo corpori occultæ paſſim fiſtulæ, in quibus ductile per pinnulas ferrum à myſtagogo trahebatur, laminis nihilominus meatus artificioſe celantibus. Hinc factum eſt, ut populum Cantianum, imo Angliam totam, jam ſæculis aliquot magno cum quæſtu dementarit. Patefactus, Meidſtonenſibus meis ſpectaculum primitus dedit, ex ſummo ſe culmine confertiſſimo oſtentans populo, aliis ex animo, aliis Ajacem riſu ſimulantibus. Delatus hinc circulator Londinum eſt. Inviſit Aulam Regis. Regem ipſum novus hoſpes novo ſalutat more. Conglomerant apum ritu Aulici, Barones, Duces, Marchiones, Comites, adſunt è longinquo, circumſtant, intuentur & vident penitius. Agit ille, minatur oculis, averſatur ore, diſtorquet nates, mittit deorſum caput, incurvat dorſum, annuit & renuit. Vident, rident, mirantur, ſtrepit vocibus theatrum, volitat ſuper æthera clamor. Rex ipſe incertum gaviſuſne magis ſit ob patefactam impoſturam, an magis doluerit ex animo tot ſæculis miſeræ plebi fuiſſe impoſitum. Quid multis opus? Res delata eſt ad Conſiliarios. Hinc poſt dies aliquot habita eſt Londini Concio, prædicabat è ſacra Cathedra Epiſcopus Roffenſis, *(Johannes Hilſey)* ſtat ex adverſo Danieli Bel Cantianorum ſummo erectus pulpito, ita ut commode videri poſſet ab omnibus. Hic denuo ſeſe aperit, hic denuo Comœdus fabulam ſcite agit. Mirantur, indignantur, ſtupent, pudet ab Idolo tam turpiter fuiſſe deluſos. Cumque jam incaleſceret Concionator, & Verbum Dei occulte operaretur in cordibus auditorum, præcipitio demolitus eſt ligneum truncum in confertiſſimos auditores. Hic maximus auditur diverſorum clamor, rapitur, laceratur, fruſtillatim comminuitur, conſcinditurque in mille confractas partes, tandem in ignem mittitur, & hic tulit exitus illum.

Nobiliſſi-

Nobilisſimo & clarisſimo viro D. Gulielmo Bellaio Langæo, Patrono ſuo S. D.

XLI.

Illuſtrisſime Domine,

CEſſi morem voluntati tuæ, & collegi præcipuos articulos (*Lutetiæ A. 1607. editos curâ Jac. Aug. Thuani*) de quibus ſunt controverſiæ, & oſtendi quandam in his moderationem, ut mihi quidem videtur, non inutilem Eccleſiæ. Nec dubito quin de omnibus illis articulis facile conveniri poſſet, ſi Monarchæ aliqui efficerent, ut aliquot boni & docti viri amanter & libere inter ſe colloquerentur: ſunt enim controverſiæ non ita multæ: ſed ineruditi non vident quibus de rebus agatur, & interdum præter rem tumultuantur. Nam in utraque parte diſcordia publica, ut fit, locum præbet multis indoctis. Atque hos articulos, quos mitto, eo congeſſi libentius, ut magis perſpici poſſet, proprie de quibus rebus agatur. Non hoc agitur, ut Politia Eccleſiaſtica, aut Poteſtas Pontificum aboleatur. Non hoc agitur, ut veteres ordinationes ſine diſcrimine mutentur. Præcipui ex noſtris maxime cupiunt uſitatam Eccleſiæ formam conſervare, quantum poſſibile eſt. Conſenuerunt etiam pleræque controverſiæ mollitæ tempore. Quare, rogo ut quod facit Celſ. tua propter Chriſti gloriam, hortetur ſummos Monarchas ad concordiam pie conſtituendam, dum locus eſt moderatis conſiliis. Qualia impendeant tempora, ſi nemo præſentibus diſſidiis medicinam faciat, quanta diſſipatio Reip. & Eccleſiæ futura ſit, ſi res ad arma deducitur, melius videt Celſitudo tua quam ego. Illud autem dignum officium eſt magno ac tui ſimili viro, in tantis periculis non deeſſe ſaluti Reip. & Eccleſiæ. Sed nihil opus eſt te currentem, ut dici ſolet, adhortari. Illud tibi polliceor, me conſilia mea ad tuam & cæterorum bonorum virorum voluntatem ſumma fide accommodaturum eſſe, & effecturum ut intelligas, me tranquillitatis publicæ cupidiſſimum eſſe. Bene ac feliciter vale. Cal. Aug. 1524.

Celſitudini tuæ deditiſſimus
Ph. Melanchton.

Reverendisſimo Viro D. Marco Ant. de Dominis Archiepiſcopo Spalatenſi.

XLII.

NOli gravate ferre, Reverendisſime Præſul, candidam hanc & animi & calami (devotiſſimi tibi utriuſque) libertatem. Sane expreſſit mihi, vel renitenti, verba hæc prius ſincerus quidam & Religionis zelus & tui. Fama eſt, te diſceſſum à nobis meditari, neque tam loco cedere velle quam fide. Strenua profecto ſuſpicione non caret hoc ipſum proficiſci; neque enim cujuſquam ſubire mentem poteſt, hominem ſenem velle hoc ætatis, corpore tam male ad moleſtum iter comparato, animi cauſa peregrinari. Deferbuit procul dubio jamdiu juvenilis ille ardor relictas pridem oras curiose reviſendi: nec ita craſſi ſumus inſulares, ut credere poſſimus, cœlum te mutare velle, niſi animum prius quadantenus mutare decreviſſes; multo vero minus ſeptem illos inviſos cœlo totieſque tuo fulmine ictos colles repetere. Novimus & nos ſat bene ingenium Romæ. Ecquem latere poteſt, nedum hominem cordatum, quam infida ſit illa ſtatio ſuperbæ Hierarchiæ expugnatori? Moneat te olim veſter Fulgentius, quam nihil ita tutum ſit Pontificiæ Majeſtatis tantillo violatori, etiam poſt fidem (ſi qua famæ fides) ſancte datam, poſt promiſſa munera, poſt benigniſſimæ invitationis blanditias. Viderit tua prudentia, ut te vel propudioſisſima palinodia tactæque, quas dejeraſti prius, aræ liberaverint. O tuam, ſi (quem modo profiteris) ſanus & Orthodoxus Romam remeare audeas, miram animi confidentiam, piamque Martyrii ſitim! dignam ſtupore noſtro, dignam immortalitate! Quin nobis iſtic liceret & hanc tibi gloriam invidere, & gratulari felicitatem: ſed quam te parum provehat ambitio, eſt quod non immerito timeamus. Quid ergo? Ægre profecto monuero, opus eſſe novas profectionis ſuæ rationes exponat Reverentia veſtra. Quas vero tandem illas? Si ex faſſis liceat (uti plebeiis ſemper ingeniis licuit) conjectare, fortaſſis ſanctum quoddam Uniendæ Eccleſiæ ſtudium te Romam, diſcordiæ hujusce ſacerrimam ſedem, propellit; machinaturum demum

mum aliquid, quo funeſtiſſimæ Chriſtiani orbis lites aliquando ſopiantur: ad quod quidem opus inſtructiorem te aliis omnibus produxiſſe viſus eſt ille pacis author; animus certe quam non deſit, memini te alicubi palam profiteri. Dignam ſane piiſſimo Præſule lapſoque è cœlis pacis φιλοτιμίαν! Quis non hunc una & animi candorem & ardorem zeli pronus exoſculetur. Pereat certe quiſquis eſt, pereat peſſime, qui diſcerptiſſimæ Eccleſiæ redintegrationem ſuo ipſius ſanguine redemptum ire noluerit. Sed parce, ſi me audis, Colendiſſime Præſul, parce huic labori. Novimus nos iſtic, quid poſſint humanæ vires: votis nos una tecum, ſi lubet, uſque contendemus, ut Dei beneficio beet aliquando Chriſtianam Remp. pax alma, reſpicienſque ab alto diſſipet tandem omnes errorum inimicitiarumque procellas, quibus hodierno die miſerrime conflictamur. Sed mortalium quiſquis ſe hoc effectum dare poſſe ſperat, nimio quam fruſtra eſt: aut enim exuat ſe prorſus oportet Romana Eccleſia, (quod quis hominum ſuadere ſe poſſe autumet?) aut hoc profecto nullo modo fieri poteſt. Non negarim equidem (dedimus enim & nos ſtrenue, quantum potuimus, operam huic inſtituto) penes utramque litigantium partem, eſſe ſacra pacis limina, quæ aliquanto propius liceret, abſque ullo fidei damno, ſalutare. Nam & levicula quædam ſunt, quæ tuto liceret alterutrique (ſi opus foret) indulgere, neque quid impedit quo minus in tractandarum, quæ neceſſario obveniunt, controverſiarum modo, plus utrinque moderationis Chriſtianæ poſſit adhiberi: ſed ut unanimem in ſummis Religionis Capitibus, quæ nunc eſt Romæ indoles, concordiam ineamus, (dolens edico) haud minus impoſſibile eſt, quam lucem tenebris, Beliali Deum conſociari. Quam infamis audit hodie Joannis Sturmii media, non ſecus ac lata illa, qua ad imum uſque Barathrum tenditur, via! Quam vapulat etiamnum bonus ille Caſſander, Friciuſque, & quiſquis moderatioris ingenii Theologus, pacis auſus eſt meminiſſe! Quin & tepidos Hæreticis ſuis connumerandos cenſuit pridem non nemo Gallicanorum Patrum Gualterius. Quis vero te melius novit, quam mordicus olim tenuerunt Tridentini Patres vel minimas quaſque quiſquilias, ſtipulamque ſuæ (quam vocant) fidei? quibus orbem Chriſtianum penitus

nitus conflagrare maluerunt Romani rerum domini, quam ut tantillum ſuo qualicunque jure cedere viderentur? Ecqua nunc ſpes eſt, poſt tot annorum pertinaciam, profuſiores veri Pontificios chariſſimis erroribus ultro abrenunciaturos? Nimia profecto fide ſit oportet, qui iſtud crediderit. Eat nunc quis probus monitor, & ſuggerat iſta (cujus in pectore concluſa delitescit Eccleſia) Pontifici Summo: Sine modo ſuaderi tibi, obſecro, Sancte Pater, ut faſtuoſum hunc Papatum, Monarchicumqne in Eccleſias Dei imperium abdicare velis: noli Cathedram tuam, quod ſoles, ἀναμάρτητον venditare: deſine tibi, poſt tam apertam tuorum hominum erubeſcentiam, arrogare gladium illum alterum poteſtatis ſecularis: cave tui ipſius præcepta divinis æquiparanda cenſeas, edicaſque: inſigne illud commentum Tranſubſtantiationis, Sacrificii Miſſatici, Purgatorii ignis, fatere tandem & exſibila: noli Eccleſiam Chriſtianam deinceps ludos facere, lucroſis Indulgentiarum nundinationibus: jubeas ne Sanctorum effigies reliquiæve in Idola convertantur. Quid, quæſo, aliud à magno Romuli nepote, niſi facem crucemve reportabit? Quid ergo? Ubi ſteterit palam errorum parentibus ſimul & patronis quidvis aut agere aut pati potius, quam ut à ſententia ſua, quamlibet impia ac prodigioſa, diſcedere velint: quid à nobis tandem putat, Paternitas veſtra, primævæ veritatis aſſeclis, poſſe expectari? Ut conclamatiſſimis erroribus dare manus, & plus quam ſervili jugo Pontificiæ Tyrannidis colla ſubdere, jam ſero animum inducamus? Non ita ſane & Deum & hominem exuere poſſumus, ut hac tam inſana lege pacem colere malelimus. Alterum profecto horum (ſi quando convenire lubitum) plane neceſſe erit, ut aut illi errare, aut nos recta ire deſinamus: Illud, ipſi valde nolunt, hoc, Deus. Quod ſi (qui olim Cæſari animus fuiſſe dicitur, non niſi difficillima quæque obeundi) idem hodie ſacratum Deo pectus tuum inſideat promoveatque: cave tibi, Tyrrhenum mare ingreſſuro, à *Duodecim Scopulis*, plebi quidem nautarum forſitan incognitis, tibi vero peritiſſimo Naviculatori exploratiſſimis. Minitantur illi ſcilicet exitium non cymbis modo quotidianis, ſeu onerariis, ſeu actuariis: ſed

ubi

ubi eo transfretaveris, ſane aut impingat navis tua neceſſe eſt, aut ſubſidat. Dicam planius, nec te ſalus ipſa ſervare poterit, ubi Romam acceſſeris, quin aut damnatos à te pridem errores, mutata velificatione revoces reſorbeasq;, aut damneris vivicomburio. Durum utrumque omen, nec ulla alia ratione, niſi prudenti, quod cautus uſque feciſti, profugio avertendum. Poteſtne fieri ut adeo ſis prodigus totius tui, horum uti alterutrum, tuto placideque vitam iſtic agenti arrideat? Certa mors imminet utrinque reduci: corporis quidem, ſi verum fateri audes; ſi dejerare, animæ. At at, ſi quidem animo jampridem diſceſſum à nobis anteverteris, non erit ut de diuturniore aliqua molis extimæ retentione ſoliciti ſimus. Nolo ego de te, tanto Theologo, mali quicquam opinari: levis cujusdam inconſtantiæ, ſi te tuum ipſius factum palam alligarit, eſt quod tibi ſuccenſeas. Dic mihi vero, per Deum immortalem, Magne Præſul, quid tandem eſt, quod te nobis poſt aliquot annorum moram, jam de ſubito abripere, Romamque pellicere potuit? Nunquid inhoſpitâ tibi viſa eſt gens noſtra? Minuſve quam forte ſperaras, virtutibus tuis indultum? Cauſari profecto iſtud non potes, in quem larga benignisſimi Regis manus, tam ampla, tam opima congeſſit ultro munera, majora inſuper, ſi foret opus, largitura: quem Aula, Urbs, Academia utraque, plebs denique univerſa ita ſuſpicere ſolita eſt & venerari. Quin & hæc ipſa, qua jam Sereniſſimi Regis beneficio frueris, diſcedendi libertas, quam ingenue tecum iſtic actum fuerit, ſatis clamitat. Non ea patet ubique nobis pleniſſima eundi qua lubet, redeundique facultas. Fuere é noſtris quibus Romam vidiſſe capitale pridem fuit: ſunt qui ubi ſævæ Urbis limina infelici pede tetigerint, ceſſerint illico Lictori, jamque ſeptemdecim plus minus annos (modo uſque ſupereſſe licuerit) carcere Inquiſitorio crudeliſſime detenti ſunt. Non ita nos tractamus hoſtes, non perduelles noſtros, nedum advenas. Æquo patent iſtuc cœlum & terra; peſſimeque de Britannia noſtra meriti, hoſpitium nimis hercle benignum ſibi pollicentur. Num tibi ergo parum placuere mores noſtri? Paulo forſan depravatiores ſolutioreſque, quam par eſt, vivendi rationes? Obrepent certe vel ſanctiſſimo populo ſeculi ſui vitia: neq; noſtros

omnes

omnes immunes venditamus ab illa malorum illuvie, cujus bonos quoſque & piget & pudet ſerio. Venient ſcandala, vetus verbum eſt Servatoris. Atqui teipſum appello teſtem, judicemque; quicquid ſumus, non adhuc Italiam impietate exæquavimus. Cedemus profecto non inviti genti Pontificiæ, neque illi diram hanc inhoneſtamque palmam invidebimus. Finge nos, ſi placet, multo adhuc improbiores, juſtificabit nos tamen Roma, ipſa Delos Pontificii Apollinis, Itali vice Dei cœlum. Etiam inter Purpuratos Eccleſiæ illius Moderatores comperies, à quibus turpiſſimi inter noſtros ganeones facile ſe victos fatebuntur. Quid ergo demum? Num diſplicet, quam nos iſtic profitemur, religio? Abſit, abſit, ut grandævus Antiſtes, tam eximiis animi dotibus imbutus, recidivam patiatur. Apage mendacem famam! Non poſſum ego tam iniquis rumuſculis aurem præbere: quicquid ogganniat vulgus, nolo iſtoc credere, nolo ſuſpicari. Quod ſi quis, tui ſimilis, tam male conſuleret & ſuæ & aliorum ſaluti, eum ſic audacter compellare non dubitarem. Diſplicetne ergo Religio? Non ea nunc primulum innoteſcit: diu eſt, ex quo utriuſque Eccleſiæ dogmata ſerio ſoliciteque penſiculaveris, ac trutinatam à te probe ſententiam noſtram denique amplexus, ſolam veritati divinæ conſonam, Orbi propinaveris, veracique calamo palam conſignaveris. Ecquod vero nunc novi luminis tibi improviſo obortum ſic illuſtravit oculos, ut quæ ſolertiſſima viginti fere annorum indagine fruſtra perquiſiveris, clariſſime demum cerneres? Res eadem eſt; Tu, ſi ſis alius, videris quod te Numen mutarit. Certe qui Religionem noſtram odio habent plus quam Eteocleo, fatentur nos verum dicere, ſed totum non dicere criminantur. Quicquid eſt poſitivæ, quam appellant, apud noſtros Theologiæ, etiam adverſariis perplacet: negationum ſolummodo quarundam, paulo atrociorum, graviter accuſamur. Nempe audacem illam impiamque novæ fidei farraginem ferre nec poſſe nos nec debere profitemur. Nihil quicquam addidimus, nihil immutavimus: non aut formoſior eſt, quam fuit olim, Romanæ Eccleſiæ facies, aut Reformatæ turpior. Dic mihi nunc, cur, quæ intoleranda tibi primum viſa ſunt Religionis aſſumenta, placere

cere incipiant ? Cur jam ſero primigenia noſtræ ſimplicitatis forma tibi ſordeſcere videatur ? Obſecro te , Ampliſſime Domine, imo adjuro per D. N. J. C. redeas ad cor tuum, veliſque animæ tuæ miſereri. Senex nunc es; moneant te cani tui (flores illi Cœmeteriales, qui nunc caput tuum gravi quodam decore obtegunt) non longe abeſſe fatalem illum diem , quo tremendo Summi Iudicis Tribunali ſiſteris , rationem demutatæ ſententiæ redditurus. Cogita jam ſerio, quid reſponſi daturus ſis illi, illi falli neſcio , vivorum mortuorumque Arbitro. Quicquid certe fiat cæcæ plebeculæ (cui, fœda doctorum Tyrannide, cœleſtis doctrinæ jubar intercludi ſolet) fieri non poteſt quin ut tu , quem tam inſigni eruditione rerumque omnium ſcientia inſtruxit Deus , ſeveriſſimum judicium à veritatis agnitæ prius abnegatæque acerrimo vindice reportes. Aſſurgent contra te in illo verendo die Scripta tua egregia, ὀρθοδοξίας quondam tuæ monumenta æviterna, teſtabunturque & quis olim fueris, & quam ſolidis rationum nixus firmamentis ad noſtras partes acceſſeris , turpemque tibi lapſum coram Deo & Angelis exprobrabunt. Interim vero cœlum & terra nobis atteſtentur , ecquid ſit in quo nos ſacris indubiiſque Dei eloquiis non firmiſſime adhæreamus; ecquid in quo SS. Patrum Conciliorumque authoritate deſtituamur ; ecquid in quo nos à Romanis diſceſſionem fecerimus, niſi ubi illos à ſe, à Deo diſceſſiſſe conſtiterit. O pios ſalutareſque noſtros errores ! Ecquis bonus eſt, qui cum beatiſſimis Patribus, cum glorioſis Martyribus, cum SS. Apoſtolis, cum Deo denique ipſo errare dubitaverit. Aliam profecto ſemitam qui ſibi calcandam elegerit; erret, cadat, pereat neceſſe eſt. Fige ergo , ſi ſapis, Venerande Præſul , fige iſtic pedem ; mane uſque nobiſcum , & fruere Deo , fruere Evangelio, fruere ſuaviſſima bonæ conſcientiæ pace. Quod ſi te iſta parum moveant, age, orna hanc modo & accipe, quandoquidem ita vis , fugam ab hoc Aſylo pacis ſimul & religionis, daque aurem noctuis illis (ſi quæ ſint) Loioliticis , quæ tibi iſtæc ſuaſerint : olim (vivit Dominus) ſera duceris facti pœnitentia , Britanniamque noſtram aut nunquam vidiſſe,

aut nunquam dereliquisse frustra exoptabis : quod ex animo deprecor

Reverentiæ vestræ humillime deditissimus
Josephus Hallus Archipresbyter Vigornienſis.

Edmundus Grindallus H. Zanchio Salutem in Christo.

XLIII.

GRatulabaris mihi proximis tuis literis novam dignitatem, (*Archiepiscopi scilicet Cantuarienſis*) seu potius, ut tu vere scribis, officium & onus, cui me valde imparem ingenue agnosco. Ego vero tibi gratulor, Clarissime D. D. Zanchi, istam tuam magnanimitatem, & constantiam in optima causa defendenda. Audivimus enim quot & quantos labores ac certamina sustinueris in vera sententia tuenda de Eucharistia ac Prædestinatione. Est hoc quidem veri Doctoris tenacem esse fidelis illius sermonis, qui ad doctrinam facit, atque à veritate ne latum quidem unguem discedere. Equidem non dubito quin Magistratus vestri, pro ipsorum prudentia, satis moderate judicabunt, etiamsi multa, ut nosti, quorundam importunitati concedere cogantur. Sed si ad extrema ventum fuerit, Dominus ubique ostium satis amplum aperit. Nos hic, Dei beneficio, utcunque pacatam habemus Ecclesiam : habemus Episcopos in vera doctrina consentientes, non otiosos, sed in vinea Domini laborantes. Augetur etiam indies numerus fidelium, etiamsi non desunt, ut fit, hostes clanculârii, sed hi angulos quærere coguntur, palam virus suum prodere non audent. Faxit Deus & motus Gallici felicem habeant exitum, quod hostibus nostris omnem spem præcideret. In Scotia etiam hactenus summa Procerum contentione bene successit. Sola Regina apud illos sacra Papistica admittit,

tit, quæ alioqui Senatusconsulto per totum regnum haberi non permittuntur. Quanquam autem dubium non est, quin Antichristi satellites in illo regno huic libertati insidiabuntur, præsertim si Guisiani, ex quorum familia est Scotiæ Regina, superiores evadant: tamen speramus Dominum causæ suæ non defuturum, & optimis illis regni Proceribus non solum animos, sed & vires suppeditaturum, ut hoc tam sanctum negotium perficere possint. D. Coocus, D. Urollius, D. Hetonus, cæterique amici & noti vivunt, valentque, ac te plurimum salutant. Vale. Londini A. 1576.

Quirino Reutero Mosbacensi, tanquam filio suo charo, Andr. Dudithius.

XLIV.

Quid dicam? si tempora utriusque nostrum, vel tua potius tempora ita tulissent, ut una semper vivere potuissemus, equidem vitam longe jucundiorem ducerem. Quid enim? In pietatis & bonarum literarum studiis, ut hoc biennio fecimus, reliquum tempus omne transigendo, ego cum liberis meis, atque adeo familia tota, in tua doctrina, pietate, modestia, humanitate, benevolentia conquievissemus: sed te alio tua fata vocant. Nobis quidem magnum tui desiderium relinquis, quod omnibus officiis lenire, mutuumque amorem conservare mihi certum deliberatumque est. Par ut pari referas, multis abs te verbis contenderem, nisi tua mihi virtus & constantia plene perspecta esset. Nunc, quoniam abeundum tibi est, quo te Deus vocat, i pede fausto, nostri memor: ac creberrimis dolentem abitu tuo animum meum literis recrea, si me vere amas, ut certe amas. Vale, & feliciter vive, atque inter vivendum bene mori disce, quæ est ars artium omnium difficillima, simulque præstantissima. Uratislaviæ, ex ædibus nostris 13. Junii 1582.

Fragmentum Epistolæ Ph. Melanchtonis ad Joach. Camerar. Erphordiæ Anno 1543.

XLV.

ETsi res in Ubiis actas narrabo, tamen interim summam significandam esse duxi. Postquam Bucerus & ego Librum (*Reformationem iutellige Hermanni Colonienſis Archiep. Bonnæ* A. 1545. *exeuſam in folio*) absolvimus: Episcopus senex adhibitis Coadjutore, (*Adolpho*) ut vocant, & Decano Comite Stolbergio, ingenioso homine, & aliis quibusdam præcipuis viris, & me, legi sibi totum librum jussit, attentissime audivit, multa de plerisque locis graviter differuit, quædam suo judicio recte mutavit, interdum nostras sententias re disputata suæ opinioni prætulit. Huic labori dies sex tribuit, ac quotidie matutinas horas quaternas continuas. Miratus sum senis assiduitatem & diligentiam, ac animadverti serio hanc rem tantam ab eo agi, quod, quantum referat, intelligis. Et has controversias pene ut artifex dijudicat. Continet autem Liber initio doctrinæ summam. Postea politica de Collegiis, ut teneant ἀξιώματα, ac tantum corrigant doctrinæ & ceremoniarum vitia. Cum de Libro statuisset Episcopus ipse, postea conventum indixit; delecti sunt qui legerent & expenderent. Tandem igitur Comites, Ordo Equester, & Legati Civitatum magno consensu Librum comprobant, & pollicentur se ad eam formam Ecclesias instauraturos esse.

Literæ à Patriarcha Alex. ad Archiep. Cantuariensem, ex Ægypto in Britanniam transmissæ, ex autographo Cyrilli Græco Latine versæ, Archiepiscopi jussu, à Daniele Featleyo eidem Archiepiscopo à Sacris.

Beatis-

Beatissimo & magnificentissimo Domino Archiep. Cantuariensi, totius Angliæ Primati & Metropol.

GEORGIO ABBATI, *mihi multis nominibus colendissimo, officiose cum honore & debita reverentia in Britanniam tradantur istæ.*

CYRILLUS *Dei gratia Papa & Patriarcha magnæ urbis Alexandriæ, & Judex Oecumenicus.*

XLVI.

Beatissime & amplissime Archiepiscope Cantuariensis, totius Angliæ Primas & Metropolitane, Domine Georgi, Domine & frater charissime,

EXopto amplitudini vestræ prosperam valetudinem, ad emolumentum & coagmentationem concrediti tibi gregis. Cum jam Christi gratia Ægypto nostræ redditi, pace fruamur Ecclesiastica, res postulat ut fidem per literas B. vestræ astrictam liberemus. Nusquam siquidem magis quam hac in nostra Christus Ecclesia altam agit pacem, nulla de fide lite aut contentione inter nos glisscente, idque adeo inimicis Christiani nominis acerrimis & infestissimis habenas moderantibus. A quibus etiamsi variis exagitemur exerceamurque modis, nobis tamen pro Christi nomine, quem spiramus, cujusque stigmata in corpore circumferimus, ab istiusmodi hominibus perquam volupe est affligi, vexari, &, si necesse est, durissima atque ultima sustinere, ut hac exploratione fides nostra magis magisque splendescat, & Dei gloria illustretur. Ab his igitur nihil nobis timemus, sed à canibus potius & operariis subdolis, Hypocritis dico, quibus solenne est aliud clausum ha-

bere in pectore, aliud promptum in lingua; qui Deum ipsum projecta audacia impetere haud erubescunt, dummodo Romani Pontificis tyrannidi quoquo modo velificentur: hi emissarii terrorem mirum in modum nobis incutiunt, nostræque imponunt simplicitati, cui mancipandæ varias admovent machinas, maximè freti eruditionis fuco, & spinosarum disputationum aculeis, cum nos interea eruditorum penuria laboremus, qui cum sciolis istis æquo Marte congrediantur. Etenim propter peccata nostra despicabiles facti sumus præ omnibus gentibus, & cum imperio artes quoque liberales amisimus. Hæc cum crebo animum feriret cogitatio, negotium tandem cum charitate vestra contulimus vestrumque consilium & auxilium imploravimus. Ac ex responso vestræ B. maximum cepimus solatium: quo, non sine mandato Principis, nobis authores fuistis, ut quendam è nostratibus transmitteremus, qui sedulam SS. Theologiæ apud vos navaret operam. En igitur hominem Græcum, (*Metrophanem Critopulum, postea Patriarcham Alex.*) gradu presbyterum, Græcis literis non leviter tinctum, Ecclesiæ nostræ Alex alumnum, haud obscuro loco natum, ingenio ad reconditiorem eruditionem imbibendam probe comparato. Cujus progressus non pœnitendos fore speramus, Gratiæ divinæ aura cœlitus aspirante, & B. vestra dextram auxiliatricem porrigente. Ac quia, ut ex te audio, allubescit hoc consilium nostrum Serenissimo & à Deo coronato Regi Jacobo primo, gratiæ debentur ipsius humanitati, qua ad cœlestis Regis bonitatem & misericordiam proxime accedit. A quo certe nec aliud expectari poterat, utpote cui Deus cœlitus benedixerit, & uberrimis eum gratiæ donis locupletaverit, & ex speciali providentia tanti talisque Imperii gubernaculis admoverit. Quapropter primo à B. vestra petimus, ut, nostro nomine, summa cum reverentia, & humillima corporis inclinatione, celsissimam ipsius Majestatem venerabunde salutet, cui ex intimis nos sensibus vitam prolixam & senectutem productam comprecamur. Deinde ab ipsius humanitate submississime petimus, ut pro innata & prope dixeram immensa benignitate, scintillulam beneficentiæ aliquam huic nostro Metrophani jubeat affulgere. Ad extremum,

extremum, si quid in hisce literis nostris, quod ad hunc hominem instruendum, perpoliendum pertineat, desideretur, id omne tua facile assequetur, supplebitque prudentia, quem DEus extulit, & tanquam facem clarissimam in edito loco constituit, ut & aliis solatio esse possis, nec tuis tantum Britannis, sed & Græcis nostratibus lucem porrigas. Vale, vir Beatissime: largiatur tibi Dominus DEus diuturnam & felicem vitam, unaque vires submministret, quibus & regni negotiis & Ecclesiæ curis par sis subeundis. Ex Ægypto Cal. Martiis, æræ Christianæ Anno 1616.

GEORGIUS ABBAT *divina providentia Archiep. Cantuariensis, totius Angliæ Primas & Metrop. Sanctissimo Domino & Fratri*

CYRILLO, *Papæ, & Patriarchæ Alex. & Judici Oecumenico, in Christo S.*

XLVII.

Cum multa sint, quæ universalis Ecclesiæ in membris sympathiam, suavissimamque conspirationem loquantur: tum eandem vel hinc maxime in hoc tempore persentisco, quod mihi fraternitatem vestram de facie nunquam cognitam, longissimisque adeo terræ marisque spatiis disitam, tanquam præsentem ambabus datur ulnis amplexari; utrumque nempe fidei unitate colligante, & communi charitatis vinculo constringente, per unum eundemque spiritum: Quo Christum, quem uterque spiramus, meritis celebramus laudibus, vobisque pacem Ecclesiasticam, nullo, ut affirmas, schismate, aut malo intestino turbatam ex animo gratulamur, nec non externam tranquillitatem haud quidem omni ex parte inviolatam & halcyoniam, stupendam tamen, qua etiam inter hostes Christiani nominis acerrimos infensissimosque fruimini, juxta illud Prophetæ Regis de Christo vaticinium, *dominare in medio inimicorum tuorum.* Vestram & nos vicissim rogamus

mus pietatem, ut nobiſcum una lætetur de variis Dei donis in Eccleſiam Britannicam affatim effuſis. In qua (quod olim de noſtris Inſulis veſter Chryſoſtomus) *audire eſt ubique populum è Scripturis ſacris philoſophantem, voce quidem peregrina, fide domeſtica, lingua barbarorum utentem, moribus ſanctorum.* Etenim, quod in Eccleſiis Romano Pontifici dicatis obtineri nequit, populus Chriſto colendo addictiſsimus in clariſsima Evangelii luce verſatur, & aquæ vivificæ rivis limpidiſsimis, arcente nemine, ſitim abunde explet. Ac, ad diſciplinam quod ſpectat, (quod in aliis Eccleſiis, etiam à fæce Papiſmi repurgatis, aliter habet) antiquiſsimam Eccleſiaſtici regiminis formam, diſtinctos Miniſtrorum gradus retinemus. Hæc nobis æternum ſervet bonorum omnium largitor Deus, ut nos; quæ naturæ noſtræ eſt pravitas, propter peccata noſtra, maxime labem animi minus grati jamdiu meruimus, ut Candelabrum noſtrum aureum ſuo dimoveretur loco, noſque omni S. Scripturarum luce penitus deſtitueremur. Nec enim hæc quibus fruimur bona, noſtris, quæ nulla ſunt, meritis, accepta ferimus, ſed divinæ primum miſericordiæ, deinde ſingulari, qua electum ſuæ gloriæ organum complectitur, charitati, Regem dico Sereniſsimum Jacobum, qui laudatiſsimæ Eliſabethæ, tum regni tum religionis hæres, utraque & firmat legibus, & illuſtrat exemplo. Etenim non ſolum aſſiduum ſe præbet ſacrarum concionum auditorem, & ad tremendam menſam Dominicam in celebrioribus præſertim Eccleſiæ feſtis convivam, ſed etiam, quod exemplo majus, & in Rege magno maximum,

Qui tot ſuſtineat, qui tanta negotia ſolus:

de abſtruſiſſimis Scholæ myſteriis cum Epiſcopis in palæſtra Theologica exercitatiſſimis nervose diſſerit. Imo & de re Theologica multa calamo regio accurate exaravit, quæ nuperrime typis mandata ſunt, ad fidem orthodoxam ſtatuminandam, & errores præſertim Pontificios convellendos. Talem tibi tantumque Regem perquam gratulor amicum, qui lectis veſtræ Sanctitatis ad me literis, veſtram Beatitudinem pie reſalutat, & de vobis honorifice loquitur. Ac quo ſuam erga vos benevolentiam teſtatiorem redderet, mihi in manda-

mandatis dedit, ut delectissimus vester Metrophanes humaniter amiceque exciperetur. Quem quidem ego, ut amoris in me vestri obsidem, arrhamque pretiosissimam in sinu habebo; & quæ illi necessaria erunt, aut opportuna, omnia haud gravate impendam. Jam vero etiam generosum hunc è Seminario Græcanico surculum, quo apud nos germinet, fructusque mature proferat, horto amœnissimo inserui. Academiæ Oxonienſi, Bibliotheca instructissima, & septendecim Collegiis splendidissimis conspicuæ, in quibus studiosorum eruditorumque gens numerosa tanquam in Prytaneo publice alitur. Horum Catalogo vester inscriptus jam est Metrophanes, qui cum maturuerit, & fructus uberes exeruerit, prout vestræ prudentiæ visum fuerit, & è re erit vestræ Ecclesiæ, aut apud nos fixas aget radices, aut in natale solum denuo transplantandus remittetur. Quod reliquum est, vestram, Sanctissime frater, imploramus pietatem, ut precibus ad Deum assiduis Ecclesiam Britannicam habearis commendatam, sicut & nos pro vestra Græca itidem interpellabimus: ut illa una cum tota Catholica divinæ providentiæ præsidio, ceu muro circumcincta, in veritate juxta ac pace firmetur. Nec non ut ab emissariis istis novatoribus, Christianam veritatem pariter ac libertatem cuniculis oppugnantibus, liberetur. Quos inter imprimis cavenda & averruncanda pseudomonachorum turba recens è figulina prodeuntium, intemerandum Servatoris cognomen sibi arrogantium, qui pacem sectari se profitentur, turbant tamen miscentque omnia, & veritati unice studere videri volunt, æquivocum tamen mendacium, etiam perjurio implicitum dogmatizant. Ab his vulpeculis lupisque rapacibus universis gregem suum tueatur magnus ille ovium Pastor, unaque vestram pietatem in gratia perpetuaque felicitate conservet. Londini 17. Novem. 1617.

De Metrophane, de quo supra, Addenda quædam.

METrophanes Critopulus scripsit, antequam ad Sedem Alexandrinam esset evectus, Confessionem Ecclesiæ

Orientalis, puro ac eleganti ſtylo, à Joh. Herneio Latine verſam, & Helmeſtadii anno 1661. excuſam. Videatur Eraſmus Schmidius in N. T. p. 900. Metrophanem laudat Willielmus Schickardus in Proëmio Regum Perſiæ pag. 80. *Jeſu nomen*, inquit, *Turcis ita eſt honorabile, ut eo tanquam adverſus omne infortunium efficaciſſimo in ſuis Chamailis abutantur. Sic vocant Amuleta per ſuos Taliſmanlar, ſive Sacrificos, magica devotione confecta, & in ſchedis circumvolutis deſcripta, quæ preculis quibuſdam, circulis aliiſque characteribus conſtant. Ea ſacculo ſerico incluſa de collo ſuſpendunt, aut in ſinu ſub pectore geſtant; unde ἐγκόλπια nominantur ab hodiernis Græcis, ut mihi prodidit Hieromonachus ille Berrhoenſis Macedo, Dn. Metrophanes Kritopulus, amicus & non ita pridem hoſpes noſter.*

Beatiſſimo Patri, Georgio, prudentiſſimo Archiep. Cantuarienſi in Anglia.

XLVIII.

BEatiſſime Pater Archiepiſcope, poſt fraternam ſalutem & pacem à Domino noſtro J. C. Non capiunt præſentes literæ ut de dilatione mea ad B. veſtram reſponſionis prolixius exponam: quoties enim reſcribere proponebam, toties diſtractus, à variis rerum generibus, (quæ me indies obruunt) differebam. Verum eſt, quod tempus interfluxit, ſed recens in cordis intimo remanet vinculum Chriſtianæ charitatis, quam ſerio una mecum B. veſtra colit. De ſuis occupationibus nemo eſt cui non conſtet, multis publicis, multis privatis, prudentiam veſtram detineri: plures ſine dubio fuerunt in exceſſu Sereniſſimi quondam Regis Jacobi beatæ memoriæ, de cujus obitu doluit quisque bonus. Vixit enim ille in hoc ſeculo, non minus Philoſophus quam Rex. At nunc feliciſſimus Regni cœleſtis Aulicus, auguſtiori & excellentiori fruitur vita & lumine in ſempiternum. Chriſtiana Reſp. maximum bonum amiſit: Sed Majeſtatis & Regni & virtutum dulciſſimi parentis hæres, Sereniſſimus & Chriſtianiſſimus Carolus, vivam undequaque imaginem paternam redolens, dat ſperare majora,

majora. Ejus Regiæ Majestati ego minimus felicissimum & augustissimum auguror Imperium in florentissimo M. Britanniæ Regno, Deumque patrem Domini nostri J. C. genuflexus supplico, ut Regiam S. M. diutius conservet, Spirituque S. suo regat, omni benedictione ornet, atque augeat cumulatissime. Ista precor S. R. M. & rogo summopere vestram B. ut nomine meo velit referre, & humiliter manus S. R. M. osculari, obnixeque rogare, ut nos sua clementi gratia prosequatur. Interim de quibus Libris scribit ad nos B. vestra, non arbitror me posse satisfacere. Cum meo tamen dulcissimo amico, fautore & patrono, Thoma Roe, Oratore in hac Aula prudentissimo, agam, si quid agere potuero. Ab illoque certior fies de successu. Profine, Deum O. M. oro, vestræ B. pro bono Ecclesiæ longos annos donet, ab omnique malo liberet. Quod ut mihi vicissim precetur à Domino vestra B. per suas orationes opto, si est possibile, possim evadere, ne me absorbeant indiscreti veritatis persecutores. Bene valeat B. vestra. Datæ domi meæ Patriarchatus $\frac{16}{26}$. Januarii 1627.

Vestræ Beatitudinis in Christo
observantissimus

Cyrillus Patriarcha Constantinopolitanus.

Illustrissimi Principis Electoris Palatini Brevis Fidei Confessio, exhibita Rudolpho 2. Imperatori, Ratisbonæ A. 1594.

XLIX.

Fredericus 4. Palatinus Rheni Elector.

A Religione Parentis optimi (*Ludovici, Frederici 3. filii*) non defeci: cujus religio scriptis Propheticis & Apostolicis

nitebatur. Qui, dum vixit, non in Martinum aut Jacobum, sed in Christum credidit, & in ejus invocatione expiravit. Illam in Christum fidem, idem Symbolum, eadem fidei fundamenta ego constanter tueor & tuebor. Arianos, Nestorianos, Eutychianos, Anabaptisticos furores detestatus est Pater, detestor & ego filius toto corde. Sacramentarios errores (quorum duo sunt genera; eorum qui ex Sacramentis Idola faciunt, & signa ut rem signatam venerantur, nec sacramentales locutiones agnoscunt: item qui pro nudis signis ea habent) detestatus est Pater, detestor & ego filius. Progredior longius. Calvinismum, & Zuinglianismum detestatus est Pater, detestor & ego filius, si tale quippiam esset, quale Ubiquitarii & Flaciani fingunt; si scilicet vel veritas, vel Christi omnipotentia, vel omnis ejus in terris præsentia negaretur. Sed hoc nomine ego sum Patre beatior, quod agnovi sub nomine Calvinismi deformari ab inquietis & ambitiosis per Germaniam veritatem religionis orthodoxam. Quod ipsum procul dubio agnovisset Pater, si ipsum diutius superesse voluisset Deus: quemadmodum illam fraudem agnoscere cœperunt potentissimi duo Saxoniæ Electores, Pater Augustus, Filius Christianus, magnanimi & magni judicii Principes, laude & memoria Scriptorum dignissimi. D. Lutheri autem Scripta non minoris ego facio, quam Pater laudatissimus. Sed illos merito pro stolidis habeo, qui omnia, quæ aliquando illi, ut homini, exciderunt, tanquam aurum & gemmas, exosculantur.

Clarissimo Viro Conrado Rittershusio J. C. Jacobus Bongarsius.

L.

DE Bodino quid cognoverim, paucis accipe. Libros de Republica, cum primum ederentur, legi avide, anno, nisi fallor, 1576. recens tum à Germania. Ingenium hominis arridebat; placebat multa illa lectio; sed quoties attingebat

res

res Germanicas, videbam hominem errare turpiter, & judicium passim desiderabam. Venio inde ad audiendum Cujacium. Inaudierat is tangi se à Bodino; Librum requirit; is nullus erat apud Bibliopolas: Mittit ad me, quem Historiarum studiosiorem noverat quam Juris Tribonianici. Librum à me accipit, & aliquot post dies, data occasione, in hominem publica in lectione insurgit per duas horas & quod excurrebat oratione perpetua. Recitatio illa à quibusdam ad Bodinum mittitur. Is in altera editione Epistolam præmittit operi, inscriptam Pibracio, qua in Cujacium atrociter invehitur, sed eorum, quæ Cujacius notaverat, in ista altera editione nec volam reliquit nec vestigium. Anno 1583. venio inde in Daniam. Principes & magnos viros convenio. Quærunt quod sit de Bodino judicium? Ego ignorans scripsisse illum, quod eos morderet, respondeo, haberi pro homine magni ingenii, judicii ullius. Tum hi, scripsisse illum de gente & moribus Danicis falsissima. Consulo inde Carolum Danzæum, Regium in Dania Legatum, virum & doctrina & usu rerum & pietate insignem. Is mihi statim paginas aliquot profert inscriptas ipsi Pibracio, quibus querebatur Bodinus factam sibi injuriam, qui falsa & inepta scribens de Danicis rebus, laudasset literas scriptas ab ipso Danzæo tanquam visas & lectas: sed sibi ista scribere, aperte & crasse conficta, nunquam venisse in mentem, petere ut sequenti editione retractentur: alias accusaturum hominem apud Regem. Excerpserat Danzæus mendacia illius de Danicis omnia, quæ cum exscribere ego cuperem, nec vacaret discedenti, dicebat Danzæus, non esse exscriptione opus, nam ne nominare quidem unquam Daniam aut Sueciam, aut alium Septentrionis illius locum sine mendacio. Idem in Polonia mihi de suis rebus multi confirmarunt. Et erat mos Bodini, quæcumque de exteris à circumforaneo quolibet audiret, ea absque alia cura notare & publicare. Jam edidisse illum Lectiones Turnebi in Oppianum pro suis, nemo nostrorum ignorat. Sed in Libris de Rep. monitus, pleraque mutavit in melius. Ego primam tantum editionem legi, secundam inspexi leviter. Sit non inutilis ejus opera; ea certe non est, ad quam deduci debeat adolescens, tanquam ad fontem aut purum rivulum.

Sed

Sed de his plus satis. Vale, vir clarissime, & me ama. Francofurti 4. Apr. 1600.

Anniani Celedensis Diaconi Præfatio in Chrysostomi Homilias de D. Pauli laudibus à se Latine versas, auctior ac emendatior quam in Chrysostomi Operum editione à Frontone Ducæo curata.

LJ.

DOmino Sancto Evangelo Presbytero Annianus. Recenti experimento didici, quam sint utilia obsequentibus imperia bonorum, qui, rectiore quadam ingredientes benignitatis via, beneficia deferunt sub specie jussionis. Quid enim mihi jucundius, quid fructuosius imperare potuisti, quam ut ex beati viri Joannis Operibus in nostram linguam aliqua transferrem, id est, septem libellos ejus, quos super Pauli Apostoli laudibus in Ecclesia aliquando disseruit? In quo mihi, etsi in sermone peregrino admodum rudi, plus evenit tamen voluptatis & commodi quam laboris. Secutum est enim, ut eum, dum tibi vertere conor è Græco, pressius ipse combiberem, pleniusque tam insignis doctrinæ veritate perfruerer; maxime cum ubique dives ingenium in materia locupletiore versetur. B. enim hic Paulus exprimitur, non fucatæ alicujus laudis adumbratus coloribus, sed inviolabili virtutum suarum veritate formatus; quem tam integre ubique, tam solide, nunc ex magnitudine operum, nunc ex illuminatione dictorum, modo ex consilio vario, modo ex dispensationum profundo, tum ex tolerantia passionum, tum claritate signorum eximius laudator asseruit, ut eum non depinxisse solum, verum quasi ad præbendum rursus perfectionis exemplum quodammodo resuscitasse videatur. Nam cum ab aliis cæterorum merita laudantur, usitatum quiddam solet atque exile resonare, & velut in superficie circumvagante sermone virtutes ipsæ nominibus magis suis ad commemorationem videntur venire quam rebus. Beatus autem Joannes Paulum

Paulum altius iuuendo, dilicudeque in medium proferendo, ipſas mihi videtur inſpexiſſe venas, ac medullas virtutum expreſſiſſe. Quæ ita omnes in iſta laudatione vivunt, ita floribus ſuis decorantur & fructibus, ut eas prope non minus ab hoc tam ſublimiter explicatas, quam ab Apoſtolo fortaſſe miremur. Quod quidem Opus eo eſſe apud te amabilius debet & gratius, quod de S. Scripturarum luce rutilans clariſſimi ſyderis vice noctem Manichæi erroris exagitat. Quantum enim nobis conſolationis exoritur, cum cernimus tam erudito tamque illuſtri Orientis magiſtro, eam, quam in nobis Traducianus (S. *Auguſtinus*) oppugnat, adſtrui veritatem? quam certe B. Joannes, ut in omnibus libris ſuis, ita hic quoque, ab omni munitam latere, cuſtodit, armat, accendit, ut videatur non tam præſentes informaſſe diſcipulos, quam nobis contra veræ fidei oppugnationem auxilia præparaſſe. Quantus enim ille adverſus neceſſitatem, quantus pro libero ſurgit arbitrio, quam noſtrorum libris ubique concinens, voluntatis jure ſervato, divinæ gratiæ præſidia commendat, quam contra omnium vitiorum tenebras, quam pro cunctarum ſpeculo virtutum ſplendidiſſimum vas electionis opponit? Primo, B. Paulum libello, & omnibus præferendo Sanctis & Angelis conferendo: Secundo, ex virtutib⁹ ejus atq; ſententiis bonum aſſerendo naturæ: Tertio, ej⁹ charitatem pro cunctorum ſalute ferventiſsimam comprobando: Quarto, de vocatione ejus & confirmata ubique ab ipſo Evangelii veritate dicendo: Quinto, de paſſionibus ejus & diſpenſationum varietatibus differendo: Sexto, ſolvendo omnes illas quæſtiones, quibus Traducianus innitens B. Paulum vitiorum obfuſcatione commaculat, ut ſcilicet fidelibus ſuis Apoſtolico exemplo peccata conciliet: Septimo, ignem zeli ejus in Chriſtum, & ante honorem quoque Apoſtolatus fervorem docendi ſupra cæteros efferendo; ut ſatis liquido clareat extinctam eſſe peccandi neceſsitatem, quam adverſus Manichæos & doctrina Apoſtoli depræliatur & vita. Verum nos, in tam egregii interpretatione Operis, etſi nihil ut puto de ſenſuum veritate, non tamen parum de eloquii venuſtate perdidimus; ſplendorem tam nobilis ſtyli & elocutionum gratiam exprimere non valentes. Sed ne ſic quidem

quidem te istud imperasse pœniteat; neque enim verendum tibi est, ne forte asperitate translationis offensus, lectionis hujus careas voluptate, cum quidquid nobis ex cultu defuit ornatuque verborum, id totum illius quem transtulimus magnifica inventa compensent. Est enim S. Joannes tam clarus totus ac fulgidus, ut facile possit sententiarum suarum lumine etiam inter nostri sermonis nubila coruscare.

Fragmentum Epistolæ Beati Rhenani ad Fridericum Nauseam, Viennensem Episcopum, Selestadii postr. Cal. April. 1546.

LII.

POntifex (*Paulus* III.) nepotem suum Horatium (*Farnesium*) in Galliam misit, in aula Regis versaturum annuo stipendio quatuor millium coronatorum. Scribitur è Tridento, sibi illum à Concilio metuere, propter reformationem: à qua Summorum Pontificum animi, proh dolor! diutissime fuerant alienissimi. Sed metu liberabitur, si ea pars adulatorum vicerit, quæ Papam supra Concilium statuit: qua de re nunc aiunt agi, summa animorum concertatione. Et miramur fatalem istam in Ecclesia dissensionem, quæ se magis atque magis in dies propagat & munit armis, etiam invitis Principibus à Deo immissam, ut de emendatione tandem Ordo Sacerdotum cogitet, luxum superbiamque fugiat, frugalitatem ac sobrietatem amplexetur. Sane Colloquium illud Ratisbonense ita abruptum esse doleo, nisi forte Cæsar, Princeps sapientissimus, meliorem aliquam componendi negotii rationem demonstrabit.

Is. Casauboni Judicium de Ecclesiæ Anglicanæ Ritibus ex ejus Ephemeridibus MSS.

PRidie Cal. Novemb. anni 1610. Diem sacrum non male posui Dei beneficio. Sum enim invitatus hodie, ut interessem

essem sacris, quæ facta sunt ad consecrandos duos Episcopos Scotos, & Archiepiscopum Scotiæ. Vidi illos ritus & impositionem manuum, & preces in eam rem. O DEUS! quanta fuit mea voluptas. Tu, Domine Jesu, serva hanc Ecclesiam, & Catharis, qui ista rident, da bonam mentem.

Pridie Non. Jan. anni 1611. Gratias tibi, Domine, quod hodie ad sacram mensam sum admissus, & Corporis Christi Sanguinisque factus sum particeps in Ecclesia Anglicana, cujus formulam heri diligenter meditatus admodum probavi, & Ordinem agendi mire laudavi, præ recepta apud alios consuetudine.

M. Ant. Muretus M. Ant. Ciofano.

LIII.

ET ad literas tuas & adversus suavissimi adolescentis Julii Roscii citius respondissem, si habuissem, per quem arbitrarer literas meas ad vos perlatum iri. Cepi tandem hoc consilium: ut eas mitterem ad amicum quendam, qui mea causa eas perferret in seminarium ad Roscium, à quo spero has quoque tibi redditum iri. Eadem causa est, cur nihil scribam ad literas Germani illius, (*Nathanis Chytræi, cujus Epistola inter Mureti Epistolas occurrit*) quas tu à Manutio tibi datas ad me misisti. Scribit enim ad me Rostochio, cujus ego oppidi nomen nunquam antea audiveram, neque ubi terrarum sit scio. Et alioqui, ut verum tibi fatear, non admodum libenter scribo, ad homines ignotos, præsertim ortos in eis regionibus, ubi vulgo à recta & vera religione homines desciverunt. Vereor enim ne imprudens ad aliquem τῶν μεμιασμένων literas dem: cum quibus ego nihil mihi esse aut familiaritatis aut commercii volo. Nec causa quidem ulla est, cur hoc quidem tempore, præsertim occupatus, respondeam ad literas fratris tui, quibus mihi gratias agit, quod se Episcopo Sulmonensi commendandum curaverim. Ego semper quæ ad te, quæque ad illum pertinebunt, studiosissime procurabo, neque in tanta nostra conjunctione ullus unquam gratiarum

actionibus futurus est locus. Manutium, si adhuc istic est, meis verbis salutes velim, eique adfirmes invaletudinem ipsius mihi summo dolori esse; qui, si forte animum induceret, huc ad nos secedere, & nobiscum transigere hos æstivos calores, fortasse perciperet eandem utilitatem è salubritate cœli Tiburtini, quam multi alii capiunt: à me certe expectare posset ea omnia officia, quæ vetustissimæ inter nos amicitiæ & summis ipsius erga me beneficiis debentur. Salutabis etiam meo nomine optimum & eruditissimum hominem Fulvium Cardulum: eique, quod adductus mea commendatione rationibus tuis consulere conetur, ex me quoque gratias ages. Plura scriberem: sed avocor. Vale 11. Cal. Sextil. 1570. Romæ.

Joh. Quistorpius V. Cl. Bernardo Taddelio.

LIV.

COntendis à me, amicissime Taddeli, ut perscribam, quomodo, mundo huic valedicturus, Literatorum Phœnix Hugo Grotius se gesserit. En, paucis id habe. Conscenderat ille Stokholmiæ navim, qua Lubecam ferretur: vehementibus per triduum in mari jactatus procellis, naufragium patitur, & æger ad Cassubia litora appellit. Inde perquam incommodo curru, pluvia tempestate, per sexaginta & plura milliaria, tandem Rostochium nostrum devehitur. Divertit ad Balemanniam. D. Stocmannum Medicum advocari curat, qui ætate, naufragio, incommodis itineris fractas vires advertens, vitæ terminum imminere præsagit. Secundo ab ingressu in hanc urbem die, (qui scilicet veteri erat 18. Augusti) me hora nona vespertina ad se vocat. Accessi; propemodum in agone virum constitutum offendi: compellavi, & me nihil maluisse affirmavi, quam ut mihi cum ipso incolumi sermones sociare licuisset. Regerit ille: *ita Deo visum fuit.* Pergo: ut ad beatam emigrationem se componat, peccatorem se agnoscat, super commissa doleat, moneo; quumque inter loquendum Publicani peccatorem se fatentis,

&

& ut Deus ſui miſereretur precantis, meminiſſem : Reſpondet, *Ego ille ſum Publicanus !* Progredior, ad Chriſtum, extra quem nulla eſt ſalus, ipſum remitto. Subjicit ille, *In ſolo Chriſto omnis ſpes mea eſt repoſita.* Ego clara voce precationem illam Germanicam Germanice recitabam, quæ incipit, *Herr Jeſu*, &c. Ille complicatis manibus, ſubmiſſa voce me inſequebatur. Quum finiviſſem, quæſivi an me intellexiſſet: Reſpondet, *probe intellexi.* Pergo illa recitare ex verbo Dei, quæ jamjam morituris in memoriam revocari ſolent. Quæro, an me intelligat? Reſpondet, *vocem tuam audio, ſed quæ ſingula dicas difficulter intelligo.* Quum hæc dixiſſet, plane conticuit, & brevi poſt ſpiritum exhalavit, in puncto duodecimæ nocturnæ. Habes cataſtrophen vitæ, ab Grotio ſummo viro actæ. Cadaver Medicis poſt commiſſum eſt. Inteſtina lebeti aheneo impoſita, ut in Templi apud nos primarii Mariæ Virgini ſacri locum honoratiſſimum reponerentur, à Templi Præfectis facile impetravi. Molliter cineres cubent! Vale. Dabam Roſtochii, propridie Michaëlis, Anno 1645.

Fragmentum Epiſtolæ Lud. Crocii ad Ger. Joh. Voſſium.

LV.

ADfuit mihi non ita pridem Baro quidam a Wolzogen, (*Joh. Ludovicus Wolzogenius, poſtea inter Socinianos haud poſtremus*) profectus in Poloniam, qui ſpem mihi fecit Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ de Myſterio SS. Trinitatis, manu tua conſcriptæ & edendæ in morem Hiſtoriæ Pelagianæ. Imple ſpem noſtram & votum, ſi pote, & matura. De poſteritate ut es meritiſſimus, ita meritis tuis hanc coronidem impones. Sic vive, virorum ſumme, & Crocium tuum redamare, quod facis, perge. Bremæ 19. *Octob.* 1646.

Singularum Epistolarum INDEX.

I. Eubulus Cordatus (*f.* Ulricus Huttenus) *Montesio suo* S. D. pag. 503
II. *Johannes Calvinus Lælio Socino.* 504
III. *Hugo Grotius Johan. Crellio.* 505
IV. *Justus Lipsius Franc. Villerio.* 506
V. *Fragmentum Epistolæ Hug. Grotii ad Ger. Vossium A.* 1630. 507
VI. *Fragmentum Jac. Sadoleti Epistolæ ad Joh. Sturmium A.* 1539. 507
VII. *Hieronymus Grotius Jacobo Lectio.* 507
VIII. *Fragmentum Epistolæ Jacobi Bongarsii ad Joachimum Camerarium, Joachimi filium.* 508
IX. *Armandus Cardinalis de Richelieu Casp. Barlæo.* 509
X. *Sanctissimo D. Domino nostro Pio. 4. Pont. Max. Hospitalius.* 509
XI. *Fragmentum Epistolæ Cælii Calcagnini ad Jac. Zieglerum.* 510
XII. *Johannes Bona R. P. Lucæ Acherio.* 511
XIII. *Fragmentum Andr. Masii Epistolæ ad Geor. Cassandrum A.* 1565. 513
XIV. *Fragmentum Epistolæ Cornelii van Drebbel ad Isebrandum à Rietvvick.* 513
XV. *Reverendissimo Patri D. Lancelloto Andrevves, Episcopo Wintoniensi, Petrus Molinæus.* 514
XVI. *Episcopi Responsio.* 515
XVII. *Fragmen. Epistolæ Rob. Scheilderi, Canonici Atrebatensis, ad Seb. Tengnanelium, Biblioth. Cæsareæ Præfectum, Sept. 6.* 1614. 517
XVIII. *Andreas Schottus Jesuita Is. Casaubono.* 517
XIX. *Inclytæ Academiæ Cantabrigiensi Th. Beza.* 518
XX. *Fragmen. Epistolæ Sam. Petiti ad Sam. Sorberium Nepotem.* 519

XXI.

XXI. *Jacobus Sirmondus Seb. Tengnagelio.* pag. 519
XXII. *Fragmentum Epistolæ Claudii Sarravii ad Jac. Usserium Armacanum, Lut. Nov. 9. 1648.* 521
XXIII. *Fragmentum Epistolæ Christophori Carleili Angli ad Castalionem. 3. Cal. Maii 1562.* 521
XXIV. *Cornelii Valerii Epistola ad M. Ant. Muretum.* 522
XXV. *Nobilissimo, reverendo & summo viro, Joanni Forbesio, Domino à Corse, S. Theologiæ Doctori eximio, inque Academia Aberdonienſi ejusdem Professori, Gerardus Johannes Vossius S. P. D.* 523
XXVI. *Fragmen. Epistolæ Joh. Boisii Elienſis Canonici ad Henricum Sevilium.* 526
XXVII. *Magnifico Domino Andr. Dudicio Petrus Carolinus, Concionator Varadienſis.* 528
XXVIII. *Petri Molinæi Epistola ad Jac. Montacutium, Bathonienſem Episcopum, Anno 1610.* 531
XXIX. *Joh. Baptista Folengius Nicodemo fratri.* 533
XXX. *Fragmen. Epistolæ Joh. Slechtæ Costelecii ad Erasmum, ex Arce Costelecenſi 10. Octob. 1519.* 534
XXXI. *Erasmi Responſio.* 535
XXXII. *Ben Ariæ Montani Epistola ad Philippum II. Hispaniæ Regem, ex Hispanico ſermone Latine verſa.* 537
XXXIII. *Hoperus Calvino S.* 539
XXXIV. *Eximiæ pietatis & eruditionis Viro Georgio Cassandro Richardus Coxus.* 539
XXXV. *Josiæ Simlero S. Theologiæ Professori Joh. Juellus Sarisburienſis Epiſc.* 540
XXXVI. *Illustri & erudito viro Joachimo Vadiano, Conſuli apud S. Gallum in Helvetia, Thomas Cranmerus Cantuarienſis Antiſtes.* 541
XXXVII. *Henrico Bullingero Nicolaus Partrigius Anglus.* 544
XXXVIII. *Eidem Thomas Schlidhurſtus Anglus.* 545
XXXIX. *Thom. Othlæus Anglus.* 545
XL. *Johannes Hokerus Meidſtonenſis Anglus,* 545
XLI. *Nobilissimo & clarissimo viro D. Gulielmo Bellaio Langæo, Patrono ſuo S. D. Philippus Melanchthon.* 547
XLII. *Reverendissimo Viro D. Marco Ant. de Dominis Archiepiſcopo Spalatenſi Josephus Hallus.* 548

XLIII. *Edmundus Grindallus H. Zanchio Salutem in Christo.* pag. 554
XLIV. *Quirino Reutero Mosbacensi, tanquam filio suo charo, Andr. Dudithius.* 555
XLV. *Fragmentum Epistolæ Ph. Melanchthonis ad Joach. Camerar. Erphordiæ A. 1543.* 556
XLVI. *Beatissimo & magnificentissimo Domino Archiep. Cantuariensi, totius Angliæ Primati & Metropol.* Georgio Abbati, *mihi multis nominibus colendissimo, officiose cum honore & debita reverentia in Britanniam tradantur istæ.* Cyrillus *Dei gratia Papa & Patriarcha magnæ urbis Alexandriæ, & Judex Oecumenicus.* 557
XLVII. Georgius Abbat *divina providentia Archiep. Cantuariensis, totius Angliæ Primas & Metrop. Sanctissimo Domino & Fratri* Cyrillo, *Papæ, & Patriarchæ Alex. & Judici Oecumenico, in Christo S.* 559
De Metrophane, de quo in præcedentibus duabus Epistolis, quædam. 561
XLVIII. *Beatissimo Patri, Georgio, prudentissimo Archiep. Cantuar. in Anglia, Cyrillus Patriarcha.* 561
XLIX. *Illustrissimi Principis Electoris Palatini Brevis Fidei Confessio, exhibita Rudolpho 2 Imper. Ratisbonæ A. 1594.* 563
L. *Clarissimo Viro Conrado Rittershusio J. C. Jacobus Bongarsius.* 564
LI. *Anniani Celedensis Diaconi Præfatio in Chrysostomi Homilias de S. Pauli laudibus à se Latine versas, auctior ac emendatior quam in Chrysostomi Operum editione à Frontone Ducæo curata.* 566
LII. *Fragmentum Epistolæ Beati Rhenani ad Fridericum Nauseam, Viennensem Episc. Selestadii postr. Cal. April. 1546.* 568
Is. Casauboni Judicium de Ecclesiæ Angl. Ritibus, ex ejus Ephemeridibus MSS. 568
LIII. *M. Ant. Muretus M. Ant. Ciofano.* 569
LIV. *Joh. Quistorpius V. Cl. Bernardo Taddelio.* 570
LV. *Fragmentum Epistolæ Lud. Crocii ad Ger. Joh. Vossium.* 571

FINIS.

PAUL

PAULI COLOMESII OBSERVATIONES SACRÆ.

Editio Secunda Auctior & emendatior.

Accedunt ejusdem

PARALIPOMENA DE *Scriptoribus Ecclesiasticis*,

ET PASSIO

S. VICTORIS MASSILIENSIS

Ab eodem Emendata.

Ad Editionem Quartam & Ultimam quæ prioribus longe auctior & emendatior

Prodiit

LONDINI,

Impensis *J. Adamson*, ad Insigne Angeli & Coronæ in Cœmeterio D. *Pauli*. 1688.

Imprimatur

Liber cui Titulus, *Pauli Colomesii Observationes Sacræ, &c.*
Guil. Needham RR. in Christo P.
ac D. D. Wilhelmo Archiep.
Cant. à Sacris Domest.

Ex Ædibus Lambeth. Martii 1.
A. D. 1687.

REVEREN-

REVERENDISSIMO

IN CHRISTO PATRI,

Ac Honoratisſimo Domino,

D. HENRICO,

LONDINENSI EPISCOPO,

Regiæ Majeſtati à Conſiliis Sanctioribus.

INiquus ſim, ILLUSTRISSIME ac REVERENDISSIME ANTISTES, ſi, in literis diu verſatus, te literatorum parentem ac fautorem non ſuſpiciam, venererque. Munuſculum proinde hocce literarium ad te defero, meam

tibi obſervantiam demiſſè teſtaturus. Animum addidere eruditio tua planè Chriſtiana, & ſingularis illa comitas, qua exteros omnes, in hisque Gallos noſtros, quotidie proſequeris. De aliis dotibus tuis quid dicam? Præluces omnibus vitæ ſanctitate, paſcis aſſidue gregem ampliſſimum curæ tuæ demandatum, ac eos ordinas Presbyteros, qui morum innocentiâ, qui ſacrâ doctrinâ, & Eccleſiam tuam ornent, & apud populum vices tuas obire queant. Taceo gentis tuæ claritudinem, cujus haud minimum decus HENRICUS COMPTON, à Sereniſſima Eliſabetha, Reginarum prudentiſſima, ad Baronis dignitatem ante ſæculum evectus. Has igitur Obſervationes accipe, PRÆSUL SAPIENTISSIME, ſuâ quidem naturâ tibi debitas, ab illo autem oblatas, qui virtutum admiratione, quæ etiam invitos ac nolentes rapere poſſint, ſe tibi devinctum

ctum esse profitetur. Quòd si tu favoris tui aurâ vel leviſſimâ hanc qualemcumque operam afflare dignaberis, aliorum neque plausus ambitioſe aucupabor, neque criminationes vehementer extimeſcam.

Rarus honos, ſummo ſe præſide poſſe tueri;
Rarior, à ſummo præſide poſſe legi.

Faxit DEus, VIR MAXIME, ut ad Angliæ ac literarum pretium augendum quàm diutiſſimè ſuperſis, ſeraque ſit illa dies quæ Olympo te redonabit.

Paternitati tuæ

Rupellæ Kal. Mart. 1679.

devotiſsimus

P. COLOMESIUS,

LECTORI.

IN tibi, Lector Candide, *Observationes nostras, tum Latinas, tum Gallicas, ad loca quædam utriusque Fœderis. In iis celebratissimam illam Septuaginta Interpretum Translationem aliquoties defendimus vel illustramus. Quo successu, tu, pro captu tuo, judicabis. His Observationibus subnexam habes Epistolam nostram ad D. Claudium, Theologum, de Gallica Bibliorum Genevensium Versione. Bene vale*, Mi Lector, *&, sicubi à veritatis tramite devios nos deprehenderis, benigne, quæso, moneto. Si vero non inutilis videbitur hæc opera nostra; pro gratia non aliud rependas oro & obtestor, quàm ut me miserum peccatorem (quid enim à me dici verius potest?) piis precibus Christo Optimo Maximo commendes. Iterum vale.*

ANDREAS

ANDREAS DOUNÆUS

Linguæ Græcæ apud Cantabrigienſes olim Profeſſor, ad Chryſoſtomum, pag. 588. editionis Savilianæ.

QUid mirum ſi Septuaginta Pſalm. XXIV. ſic reddiderunt, paucis quibusdam immutatis, ut non poſſet aliter quam de Chriſti in cœlos aſcenſione intelligi? (Patres quidem ſic acceperunt omnes ad unum) Num in eo ſunt vituperandi, quod relicta figura veritatem ſecuti ſunt? Illud quidem ἄρατε πύλας οἱ ἄρχοντες ὑμῶν καὶ ἐπάρθητε πύλαι αἰώνιοι, &c. non prorſus cum Hebræa convenit veritate. Sed an idcirco minus verum eſt, ſi illi Chriſtum intuebantur & cœlum? David ita locutus eſt, ut nihil niſi de templo & arca cogitaſſe videatur. An in typo veritas erit, in re non erit? Atque hoc in multis Septuaginta fecerunt, ut multa de Chriſto typice dicta plane dicerent ſine figura. Quo fit ut multa habeant (auſim dicere) εὐαγγελικώτερον, quam ipſa Hebræa veritas. Quod οἰκονομικῶς divina providentia factum videtur, jam adventante Chriſto, ut via Gentibus ad accipiendum Evangelium paratior muniretur.

Idem Ibidem pag. 657.

APoſtoli, maxime Petrus & Paulus, cum juſſi ſunt, ſe convertere ad Gentes, εἰκότως καὶ οἰκονομικῶς ſemper uſi ſunt Græca Translatione vulgari. Quo magis irridendi ſunt, qui nunc etiam, ſi Diis placet, nihil niſi Hebræa ſapiunt, ad Hebræos fontes in omnibus redeundum cenſent, alias verſiones omnes, quamvis vetuſtiſſimas, nihili faciunt.

Joh. Boiſius, Elienſis Canonicus, Notis in Evangelia p. 307.

UNde melius diſcamus, quæ ſit vis multarum dictionum & locutionum in N. T. quam ex Septuaginta Interpretibus, quos conſtat tanto fuiſſe in pretio apud Apoſtolos & Evangeliſtas, ut in teſtimoniis ex Vetere Fœdere citandis ne latum quidem unguem ab illorum verbis & veſtigiis diſceſſerint. Quare, mea ſententia, qui volet recte judicare de Evangeliſtarum & Apoſtolorum ſermone, ab illo nullo modo committendum eſt, ut ſit hoſpes in Græcis τῶ ἑβδομήκοντα Bibliis.

Iſaacus Voſſius in limine Apologiæ pro 70. Interpretum Tralatione.

DE hujus tralationis ſanctitate nihil hoc loco ſumus dicturi, cum plena ſint Patrum monumenta, & complures argumentum iſtud copioſe pertractarint: hoc ſaltem nunc dico, cum omnes Judæi, qui ante Chriſtum aut everſas Jeroſolymas vixere, Ariſteas inquam, Eupolemus, Philo & Joſephus, omnes præterea omnium locorum & temporum Chriſtiani uſque ad noſtram fere ætatem: ipſi denique Evangeliſtæ & Apoſtoli veritatem hujus translationis agnoverint; mirifice mihi animatos videri, qui ſeptuaginta Interpretibus omnibuſque antiquis Judæis, hodiernos opponunt Rabbinos: qui unum Hieronymum cum univerſa committunt Eccleſia; qui paucos neſcio quos ſeculi noſtri homunciones, Chriſtianos quidem, ſed nimium ῥαββινομάνεις, ipſis Apoſtolis & Evangeliſtis præferendos eſſe contendunt.

OBSER-

OBSERVATIONES SACRÆ.

Hebr. XI. 37.

Ἐπειράσθησαν.

CLariſſimi Ludovici Molinæi, Petri filii, Petri, Cantuarienſis nuper Canonici digniſſimi, fratris, verba, hæc ſunt pag. 180. Characterum: *Magno viro*, (Joſ. Scaligero in Epiſtolis p. 808.) *qui jam abiit ad plures, & cujus ne nomen ponam verecundia impedior, excidit id δοκησισοφίας ſpecimen ad Amicum ſcribenti: Multa paſſim in textum Evangelicum ab ultima vetuſtate vitia admiſſa ſunt, quæ nemo præter me indicabit.* Ex locis magni illius viri judicio antiquitus vitiatis, quin unus fuerit, quem ſub manibus habemus, nullus ambigo. Quis enim non ſtatim advertat, illud ἐπειράσθησαν iſtic locum non habere? Retinendum tamen cenſet p iſſimus Theologus Daniel Dike cap. 27. Libri inſcripti, *The Myſtery of Self-Deceiving*, ad vitam chriſtiane degendam ſumme neceſſarii, ac de exploratione promiſſis facta exponit. Paulo argutius; Nos, ut Bezæ pro ἐπειράσθησαν, ἐπυρώθησαν legentis conjecturam non improbamus, ita lubentiſſime ſequimur Thomam Gatakerum, ἐπρήσθησαν legentem Miſcell. cap. 44. h. e. *cremati ſunt.* Haud ſileam tamen illud ἐπειράσθησαν Euſebio omiſſum Præpar. Evang. lib. 12. cap. 10. &, quod jure ſuſpiceris, Clementi Alexandrino Strom. lib. 4. cap. 6. Omiſit etiam Origenes in Epi-

Epistola MS ad Julium Africanum Emmauntium: quanquam Origenes idem illud agnoscat lib. 7. contra Celsum. Ἐπηρώθησαν, *truncati sunt*, legendum conjicit v. c. Tanaquillus Faber in Epistolis, & ad Justinum p. 60. D. Nortonus Knatchbull, vir doctus ac ingeniosus, Animadversionibus in N. T. p. 168. editionis tertiæ, scribendum putat ἐπέρθησαν, *transfixi sunt*.

3. Matth. VI. 11.

Τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον.

Ἄρτος ἐπιούσιος est *panis quotidianus*, ut rectissime transtulit vetus Interpres, cujus eruditionem, fidem ac judicium miror. Huic interpretationi favet versio Gotthica Ulphilæ, à viro doctissimo & in linguis Borealibus versatissimo Francisco Junio F. F. vulgata; hæc enim habet *thana sinteinan*, h. e. *panem continuum*, ut in Observationibus exponit Thomas Mareschallus, Anglus, vir cumulatissimæ eruditionis, & inter cœli literarii Atlantes jure connumerandus. De voce ἐπιούσιος sic Origenes in Libello de Oratione MS. Ἡ λέξις ἡ ἐπιούσιος παρ' ἐδεινί τ ἑλλήνων ἐδὲ τ σοφῶν εὑρέσθαι, ἐδὲ ἐν τῇ τῶν ἰδιώτων συνηθείᾳ τέτρεπται, ἀλλ' ἔοικε πεπλάσθαι ὑπὸ τῶν εὐαγγελιστῶν.

4. 2. Tim. IV. 10.

Κρήσκης εἰς Γαλατίαν.

Pro Γαλατίαν, Γαλλίαν legunt Eusebius Hist. Eccles. lib. 3. c. 4. & Epiphanius contra Anoëtos sive Alogos, hæresi 51. quæ, opinor, vera lectio. Quanquam Galatiæ nomine Galliam nostram signarunt Veteres. Lege Dionysium Petavium ad Julianum Imperatorem p. 273. & Jacobum Gothofredum ad Philostorgium, p. 411.

Joh. XIII. 23.

Ἦν δὲ ἀνακείμενος, &c.

Recubuisse in ea Cœna Dominum nostrum existimo, non in medio, stipantibus latera hinc inde Apostolis, ut Pictores vulgo effingunt, sed in Sigmate, hoc est in Stibadio seu lecto semirotundo, cujus duo primi loci erant duo cornua, dextrum

dextrum ac sinistrum. Ad dextrum sedebat Christus, ut ostendit musivum Capuæ Opus à Desiderio Casinensi Abbate, qui Victor tertius postea fuit, dedicatum. Quod quidem si ad veram imaginem expressum est, (nec certe apparet cur videri non debeat) haud difficile fuerit intelligere, cur aut Johannes, qui per ætatem forte ultimus erat, Christo proximus accubuerit, aut Petrus, qui remotior, innuisse Johanni dicatur. 5.

Act. X. 13.

Θῦσον καὶ φάγε.

HInc sæcularem gladium Papæ tribuunt Pontificii, in hisque Cæsar Baronius, Cardinalis. Adversus quem inter ipsos Pontificios fuse ac erudite disputat Gaspar Scioppius, Criticus & Philologus insignis, in Epistola Italice scripta ad Patrem Fulgentium Servitam, quam ex apographo v. c. Antonii Keyser à Bolland, Amsterodamensis, hic exhibemus:

Al Reverendisſimo Padre 6.

Signor mio Oſſ.mo il Padre

MAESTRO FULGENTIO,

Teologo della Ser.ma Republica di Venetia.

REVERENDISSIMO PADRE

Signor mio Oſſ.mo,

TEngo per certo, che almeno in una di quelle quatre Copie del Dandolo (che il Conteloro dice trovarsi nella Vaticana) si trovino le medesime cose che contiene l' essemplare del Illustrissimo S. Vincenzo Grimanno; perche il Cardinale Santa-Susanna mi disse à me che nel suo essemplare,

che lascio alla Vaticana, trovava che Federigo Barbarossa doppo essere i riconciliato col Papa per opera de Venetiani, *Immunes eos reddidit â datione quaranteſimi , & pluribus piis locis*
7. *onerum exemptiones tribuit.* La qual cosa, secondo il suo giudicio, non deveva haver trovato l'autor del Squitinio (*de hoc libro & ejus authore Gaſſendus in Vita Peireskii ad An. 1612.*) nel suo essemplare, che altrimente non l'haurebbe passato con silentio, per provare che Venetia era suddita all' Imperatore, dal quale hebbe immunitadi ed essentioni. Dove jo non fo caso di questa consequentia per quello che V. P. Rever. ma mi disse che queste immunitadi s'intendono di quelli beni che erano situati nelle terre di giuridittione Imperiale: Ma solo considero che sendo questa narratione congionta con l'altra della vittoria navale è riconciliatione di Federigo col Papa Alessandro, non possa essere quel essemplare sia differente da quello del S. Vincenzo. Importa pero che *de hoc conſtet ex oculati teſtis affirmatione.* Perche con ogni franchezza si potrebbe rinfacciar al Conte loro la malignità sua : Mentre che vuol dar da intender à tutti, che la narratione dell' Obbone sia cosa modernamente inventata dopo il Sabellico, havendo pur nel suo Dan-
8. dolo trovato che gia trecento anni sono era à Roma tenuta per vera ed indubitata. Hauro caro di sapere in che luogo (*locus extat Annalium Tomo 8. Anno 604. ſect. 50.*) il Baronio dica la Vaticana esser la Sagena che congrega ogni sorte di pesci buoni e cattivi; So bene che egli per ignoranza ed inadvertenza scrisse molte cose falsissime ; di tal maniera che un Padre di San Benedetto, mio allievo, dice di haver raccolto due mila errori di suoi Annali, ed io giudico che importi non poco, che quest'huomo sia discreditato, come nemico della giuridittione di tutti i Sourani Principi, li quali volse ancora *in temporalibus* soggettare al Papa non facendosi scrupulo di tassar d' heresia il S. Cardinale Pietro Damiani, per haver detto che non conviene al Papa di defendersi contro li persecutori con arme seculari, ma solo con arme spirituali; è che quelli Papi li quali per difesa della Chiesa entrarono in guerra, hanno negato Christo come S. Pietro, fatto adulterio ed homicidio come il Santo Rè David ; *Huic* (dice Baronio l'anno 1103. n. 14.) *Catholica*

tholica dogmata penitus adversantur, quibus hæresis errore notantur 9.
omnes, qui Romanæ Ecclesiæ non nisi spiritualem gladium concedunt. E pure haura letto le parole di Papa Nicolao cap. *Inter hæc 33.* Quæst. 2. *Sancta Dei Ecclesia mundanis nunquam constringitur, gladium non habet nisi spiritualem.* E di Papa Giovanni ottavo cap. *Porro* 16. Quæst. 3. *Ecclesiæ corporalia nescientes arma, solum Dominum & propugnatorem suum, quando ei misereri placuerit, patienter expectant.* Donde si vede che Baronio contro la conscienza adultera la dottrina Christiana con sommo preiudicio di tutti i Sourani Principi, essortando il Papa à servirsi contro di loro della spada secolare, secondo che à S. Pietro fu detto, *Occide & manduca*; laqual dottrina jo tengo per maggiore è piu pestilente heresia, che tutte quelle che furono detto da Lutero, Calvino, ed altri heresiarchi, è mi basta l'animo di far toccar con le mani, che questa heresia a cagionato tutti li mali che la Christia- 10.
nità a patito da otto cento anni fin hoggidi. Si che S. Bernardo hebbe à dire che l' ancarezza di S. Chiesa non fu tanto sotto li Imperatori Gentili, ne sotto li Imperatori e Rè heretici (come Ariani, Monotheliti, ed Iconoclasti) quanto sotto li Papi pretendenti d' haver insieme l' Apostolato e'l Dominato, e sono queste le sue parole formali: *Petrus quod non habuit tibi Papa dare non potuit, quod habuit hoc dedit, sollicitudinem super Ecclesias, nunquid dominationem? Audi ipsum, Non dominantes, ait, in Clero, sed forma facti gregis. Et ne dictum putes sola humilitate, non etiam veritate, vox Domini est in Evangelio, Reges gentium dominantur eorum, vos autem non sic. Planum est, Apostolis interdicitur Dominatus. Ergo tu, & tibi usurpare aude aut Dominus Apostolatum, aut Apostolus Dominatum, plane ab alterutro prohiberis, si utrumque simul habere voles, perdes utrumque. Alioqui non te exceptum illorum putes numero, de quibus DEus sic queritur: Ipsi regnaverunt & non ex me, Principes extiterunt & ego non cognovi eos.* Cosi secondo la dottrina di questo Santo, stampata ed approvata à Roma col privilegio di Papa Clemente ottavo, il Papa non ha da Dio *utriusque gladii potestatem*, e se vuol la Signoria 11.
di Principe secolare, perde l'Apostolato, e Dio non lo conosce. L'istesso Padre dice altrove: *Fidem habetis, sed ad opem vos invito, vos maximè qui estis Pastores animarum, & præire debetis docen-*

do & operando. Multi sunt Catholici prædicando, qui sunt hæretici operando. Quod hæretici faciebant olim per prava dogmata, hoc faciunt plures hodiè per mala exempla, seducunt scilicet populum & in errorem inducunt, (ut credant rebellionem erga Principes, avaritiam, ambitionem, &c. non esse peccata) & tanto graviores sunt hæreticis, quanto prævalent opera verbis; heu, heu Domine DEus, ipsi sunt in persecutione tua primi, qui sunt Vicarii tui, qui videntur regere populum tuum. Misera eorum conversatio, miserabilis est plebis tuæ subversio. Ed in un Sermone al Clero: *Ministri Christi sunt, & serviunt Antichristo, (seu Satanæ) honorati incedunt de bonis Domini, cui honorem non deferunt. Olim prædictum est & nunc tempus impletionis advenit, Ecce in pace amaritudo mea amarissima, amara prius in nece*
12. *Martyrum, amarior postea in conflictu hæreticorum, amarissima nunc in moribus domesticorum, non fugari, non exterminari possunt, ita invaluerunt, ita multiplicati sunt super numerum, intestina & insanabilis est plaga Ecclesiæ, & ideò in pace amaritudo ejus amarissima.* E Sermone 6. sopra Psalm. 90. *Nunc quidem est pax à Paganis, pax ab hæreticis, sed non est pax à falsis filiis.* Io per difender l' Apostolato del Papa ho scritto tanti libri, quanti forse niffun altro, e fui perseguitato da Protestanti, che mi tirarono delle archibugiate, e stoccate, e mi lasciarono per morto. Ma Dio mi guardi che non mi metta mai à dir una parola sola in defesa del Dominato, con che mi farei maggior hereticò che Lutero è Calvino, si come piu volte con vostra D. Rever.ma mi sono dichiarato, e spero di morir buon Catolico Romano à dispetto della Corte Romana e di tutti i suoi adulatori, con che per fine le baccio le mani. Di Padoua alli 9. di Giugno 1636. Di V. Paternità Rever.ma

Partialissimo Servitore
Gasparo Scioppio.

---

13. Psal. XLV. 13.

Πεποικιλμένη.

LEgendum ex Eusebio Hist. Eccles. p. 160. editionis Valesianæ, πεποικιλμένοις. Firmat Latinus Interpres.

Act.

Act. XXVII. 9.

Διὰ τὸ καὶ τὴν νηστείαν, &c.

Νηστεία est Jejunium celebratum medio die θεσμοφορίας, h. e. Pyanepsionis vel Novembris nostri decimo sexto, quod peculiari quodam modo νηστεία dicebatur. De eo legendi Plutarchus in Demosthene, & Athenæus, lib. 7.

Psalm. CVI. 41. 14.

Ἐχθρῶν.

Lege ἐθνῶν. Huic lectioni suffragantur Hebræus Codex & Latinus Interpres.

1. Joh. V. 7. 8.

Ἐν τῷ οὐρανῷ, ὁ Πατὴρ, ὁ Λόγος, &c.

Hæc verba & quæ sequuntur in Curcellæi editione his duobus uncinulis [ ] inclusa, desiderantur in multis vetustis Codicibus Græcis & Latinis, tum editis, tum manu exaratis; desunt etiam in Versionibus Syriaca, Arabica & Æthiopica; nec agnoscuntur à multis Patribus, ut fuse probatum inexhaustæ lectionis viro Johanni Seldeno, lib. 2. de Synedriis Hebræorum p. 134. & seq.

Marc. XI. 13. 15.

Οὐ γὰρ ἦν καιρὸς σύκων.

Iniquum sane, aut saltem indecorum videtur, ficum esse maledictionis ictu à Christo sideratam propter infœcunditatem, etiam tunc cum non aderat tempus ficuum. Itaque ambabus ulnis amplector (salvo aliorum judicio) acutissimam conjecturam Danielis Heinsii, qui, pro ὃ γὰρ ἦν καιρὸς σύκων, legit in Exercitationibus Sacris, ὅ γὰρ ἦν, καιρὸς σύκων, *ubi enim erat, tempus erat ficuum.* Cui fere succinit Interpres Anglo-Saxo, vertens, *erat enim tempus fici*, particula ὅ neglecta. Porro legendo cum Heinsio ὅ γὰρ ἦν, καιρὸς σύκων; hæc verba erunt referenda ad ἦλθεν εἰ ἄρα εὑρήσει τι ἐν αὐτῇ, non ad εὗρεν εἰ μὴ φύλλα. Similis trajectio occurrit in hoc ipso

Evangelio, c. 16. v. 4. Plura de Marci loco si voles, adi doctissimi ac ingeniosissimi Johannis Lightfooti Elienſis Canonici Horas Hebraicas, ad Matt. 21. 19.

Psalm. LXXVIII. 25.

16. Ἄρτον ἀγγέλων.

Sic etiam vocant author libri Sapientiæ 16. 20. & author 4. Esdræ I. 20. quem Græcos sua lingua habuisse vel illa arguunt, quæ ex cap. 5. v. 35. à Clemente Alexandrino Strom. lib. 3. Græce referuntur.

1. Cor. V. 7.

Καὶ γὰρ τὸ πάσχα ἡμῶν, Χριστὸς, &c.

Alludere videtur Apostolus ad Esdræ locum è Bibliis à Judæis expunctum, quem nobis servavit Justinus Martyr in Dialogo cum Tryphone, quemque ita Latine versum legas apud Lactantium, lib. 4. c. 18. *Et dixit Esdras ad populum, Hoc Pascha Salvator noster est & refugium nostrum*, & quæ sequuntur.

17. Act. XIX. 28.

Μεγάλη ἡ Ἄρτεμις Ἐφεσίων.

Magni appellationem variis olim tributam doctissime probat Ezechiel Spanhemius, in Dissertationibus de præstantia & usu Numismatum, pag. 420. & seq. Exemplis in hanc rem allatis unum addemus, de Areta Aristippi Philosophi filia; de qua in hæc verba Tomaso Tomai nel Giardino del Mondo, in Venetia 1607. pag. 44. *Un' Historico Greco per nome Giarco scrive, che Aretha figlivola d' Aristippo Filosofo fu di tal intelletto e dottrina, che lesse publicamente la Filosofia naturale e morale nell' Academie d' Athene trenta cinque anni continui. Costei scrisse quaranta otto libri in diverse materie, hebbe cento Filosofi per discepoli; mori di settanta sette anni, e gli Athenieſi missero questi versi sopra la sua sepoltura:*

Qui

Qui giace la grande Aretha Greca, ſplendor di tutta Grecia, qual hebbe la bellezza d' Helena, l' honeſtà di Tirma, la penna d' Ariſtippo, l' anima di Socrate, e la lingua d' Homero. 18.

Quæ, licet ruſpando te defatiges, non alibi, opinor, legas.

Zach. XII. 10.

Εἰς ὃν ἐξεκέντησαν.

ITa legendum cum D. Johanne 19. 37. Apocalypſeos authore 1. 7. Juſtino, Irenæo, Tertulliano & aliis; non vero, ἀὐθ' ὧν κατωρχήσαντο, ut habent Biblia Græca Romæ excuſa. Editionem hanc, non omnino quidem puram, cæteris tamen corruptam minus, recenſendam aliquando ſuſceperat Fronto Ducæus, Jeſuita, vir omnigena eruditione pollens; multaque in eam rem præclara jam congeſſerat: Dum autem omnem movet lapidem, ut ſuam ἔκδοσιν locupletet, ſcripſit de ſuo conſilio Romam ad Socios & ad Vaticanæ Bibliothecæ Cuſtodes. Illi verò eximiis, quos promovere debebant, conatibus interceſſerunt, his fere rationibus: Quod omnes iſtæ lectionum varietates turbarent potius quàm firmarent aut inſtruerent Chriſtianorum animos, quodque, poſt Clementis Vulgatam, nihil, quod alicujus foret momenti, ſupereſſet. Nec hoc dixiſſe contenti, voluerunt, juſſerunt, ut Romam mitteret quæcumque de eo argumento ſibi paraviſſet. Quorum mandatis paruit Ducæus. Hæc à Sirmondo edoctus illuſtris Sarravius, in quadam ad reverendiſſimum Uſſerium Epiſtola. Firmant Gaſſendus in Vita Peireskii ad A. 1618. Et Sirmondus ipſe in quadam ad Seb. Tengnagelium, Cæſareæ Bibliothecæ Præfectum, Epiſtola. 19.

1. Tim. VI. 5.

Παραδιατριβαί.

LEge Διαπαρατριβαί ex MS. Alexandrino, Chryſoſtomo, Theodoreto, Heſychio, Suida & aliis.

Luc.

20. Luc. I. 3.

Ἔδοξε κἀμοὶ.

EVangelium ſuum motu proprio ſcripſiſſe D. Lucas videri poſſit. Quod cum improbaret Ulphilas, (qui & Ulphillas & Urphilas etiam vocatur) vertit, *Viſum eſt & mihi & Spiritui Sancto;* quæ deſumpta ex Act. XV, 28. meritò exiſtimat clariſſimus Mareſcallus,

Quo minor eſt quisquis maximus eſt hominum;

Ut verbis utar Hildeberti de Lavardino in Epitaphio Berengarii.

Hebr. XII. 15.

Μή τις ῥίζα πικρίας ἄνω φύουσα ἐνοχλῇ.

EX ſeptuaginta Deut. XXIX. 18. Sic enim illi: μή τις ἔστιν ἐν ὑμῖν ῥίζα ἄνω φύουσα ἐν χολῇ καὶ πικρίᾳ. Hinc in Pauli loco pro ἐνοχλῇ legendum conjiciebam ἐν χολῇ. Hoc ante
21. me vidiſſe deprehendo egregios Scripturarum enarratores Eſtium, Riberam & Grotium.

---

1. Cor. XI. 10.

Ὀφείλει ἡ γυνὴ ἐξουσίαν ἔχειν, &c.

VIdeant eruditi annon ἐξουσία hoc loco ſit *Imperium*, qua voce uſus eſt Arculphus, Galliæ noſtræ Antiſtes, in libro de locis Sanctis, varia ornamenta muliebria recenſens: *Pendentes*, inquit, *brachialia, dextrocheria, murenæ, monilia, anuli, capitulares, cingella, irata, baltei, coronæ, imperium ex auro vel gemmis & ornamenta plurima.* Et Arculpho prior Paulus JCtus in Pandectis Florentinis, L. 3. D. tit. de ſupellectile legata: *Menſæ, trapezophora, delficæ, ſubſellia, ſcamna, lecti etiam inargentati, culcitæ, toralia, imperia.* Quam lectionem temere mutat JCtorum princeps Jacobus Cujacius, Obſervationum lib. 10. c. 13. Verti etiam poteſt vox ἐξουσία *Dominicale*, quod fuit

fuit velamen capitis mulierum, ut in Gloſſario probat vir doctiſſimus Carolus du Freſne, non vero linteolum, uti vulgo exiſtimant eruditi, in hiſque Chriſtophorus Juſtellus, Cardinalis Bona, Doctor Burnetus, ac Joh. Mabillonius. 22.

Matth. II. 15.

Ἐξ Αἰγύπτου ἐκάλεσα τὸν υἱόν μου.

DEſumpta hæc ex Num. XXIV. 8. vel ipſo fatente Hieronymo ad hunc Matthæi locum. Verba hic apponemus: *Poſſumus autem locum iſtum & aliter conſolari propter contentioſos, & teſtimonium proferimus ex Numeris, dicente Balaam, Deus ex Ægypto vocavit eum; gloria ejus ſicut unicornis.* Fugit hic locus, quod miror, virum ſummum Iſ. Voſſium, in Appendice Vindiciarum pro 70. Interpretibus, p. 114.

Exod. VI. 3. 23.

Καὶ τὸ ὄνομά μου Κύριος οὐκ ἐδήλωσα αὐτοῖς.

Hæc interrogative legenda: οὐκ enim hoc loco uſurpatur pro οὐχὶ, ut Hebraice לֹא pro הֲלֹא, & Latine *non* pro *nonne*. Res clarior fiet egregia paraphraſi Johannis Georgii Dorshei, in Diſſertatione de nomine Jehova ſect. 7. Sic autem ille: *Ego ad conteſtationem infallibilitatis meæ Patriarchis allegavi nomina mea excellentiſſima* אל שדי, *cum ad ipſos de hæreditate Canaan & amplisſimis bonis cæteris ſermocinarer: quid? ut nihil deeſſet ad plenam tantarum rerum fidem, nomen meum proprium & incommunicabile nonne etiam ipſorum animis impreſſi?* (Patet hoc ex Gen. XV. 7. & XXVIII. 13.) *ut intelligerent tam non futurum me falſum in rebus promiſſis, quam mutare nomen meum incommunicabile nequeo.* Hucusque Dorsheus.

1. Tim. VI. 19.

Ἵνα ἐπιλάβωνται τῆς αἰωνίου ζωῆς. 24.

PRo αἰωνίου, Codices antiquiſſimi, Alexandrinus nimirum & Claromontanus, habent ὄντως. Cui lectioni, quam genuinam puto, favent Interpretes Latinus & Syrus. Hanc

etiam respicit Gregorius Nyssenus in Epistola ad Eustathiam, Ambrosiam & Basilissam, dum ait, ὁ τὸ ἅγιον τῆς ὄντως ζωῆς ἴχνος ὑποδεξάμενος τόπος τῆς πονηρᾶς ἀκάνθης ἐκαθάρθη. Ubi frustra existimat Is. Casaubonus, vir magnus, & veluti Sol quidam Philologiæ, alludere sanctissimum virum ad Evangelii Johannis loca; in iis enim nunquam dicitur Christus ἡ ὄντως ζωή.

25. Exod. XXXIX. 30.

Ἐκτετυπωμμένα.

LEge ἐντετυπωμμένα cum lynceo Salmasio ad Solinum, pag. 1100. ubi omnino videndus.

Luc. VI. 13.

Οὓς καὶ ἀποστόλους ὠνόμασε.

HOc est שלוחין eos, Syriacè loquens, appellavit; quæ vox idem significat cum Græca Apostoli. Sic Gen. II. 23. αὕτη κληθήσεται γυνή, quod, si Græcè vertas, γυναῖκα sonat. Alia exempla profert Casaubonus, Exercit. 14. in Baronium, sect. 3.

26. 1. Cor. X. 10.

Μηδὲ γογγύζετε, καθώς τινες αὐτῶν ἐγόγγυσαν, καὶ ἀπώλοντο ὑπὸ τοῦ ὀλοθρευτοῦ.

AUthor libri Judith VIII. 24. apud Latinum Interpretem *Illi autem qui impatientiam suam & improperium murmurationis suæ contra Dominum protulerunt, exterminati sunt ab exterminatore & à serpentibus perierunt.* Hæc in Græcis incassum quæras. Hujus ad Corinthios Epistolæ eodem capite vers. 9. legitur, Μηδὲ ἐκπειράζωμεν τὸν Χριστὸν, ubi pro Χριστὸν reponendum Θεὸν, sic enim antiquissimus Codex Alexandrinus; vel Κύριον, ut ævo suo legebat Epiphanius, qui vulgatam lectionem à Marcione invectam esse tradit. Alludit nimirum Apostolus ad Deut. VI. 16. ubi Κύριον ac Θεὸς simul occurrunt. Hinc meo quidem judicio factum est, ut hoc in loco alii Codices Κύριον, alii Θεὸν habuerint. Porro in hac ipsa Epistola vers. 47.

verſ. 47. & 49. cap. XV. duas alias lectiones invexit idem Marcion, Tertulliano teſte, ὁ κύριος nimirum & φορέσωμεν. 27.

---

1. Cor. XV. 33.

φθείρουσιν &c.

SEnarius hic Menandro adſcribitur à Sophronio, Euſebio, Hieronymo ad Tit. 1. Ex ejusdem Thaide deſumptum exiſtimat Græcus Scholiaſtes. ἰαμβεῖον τραγικὸν vocat Clemens Alexandrinus Strom. lib. 1. Euripidi tribuit Socrates Hiſtoricus, lib. 3. cap. 16. Quod miror latuiſſe reipublicæ literariæ proceres, Grotium Prolegom. in Stobæum, ut in Voto pro pace Eccleſiæ, Seldenum Præfatione prima in Syntagm. de Diis Syris, Heinſium Prolegom. in Exercitationes Sacras, & Voſſium libro de Poëtices natura; qui omnes, Hieronymum ſecuti, verſum hunc Menandro tribuunt.

Pſal. LXXIX. 1. 28.

ὁ θεὸς ἦλθοσαν ἔθνη, &c.

COmpleta hæc ſunt Antiochi Illuſtris temporibus, ut ex 1. Maccab. VII. 16. & ſeq. diſcimus; ubi & Pſalmum iſtum ſub Aſaphi nomine laudatum reperias, uti quidem ſcribit Euſebius Demonſtrationis Evangelicæ lib. 10. nam in vulgatis Maccabæorum libris Aſaphi nomen deſideratur.

Matth. II. 6.

Ὀυδαμῶς ἐλαχίστη εἶ.

IN Micheæ loco 70. Interpretum editiones hodiernæ habent ὀλιγοστὸς εἶ absque negativa; quæ, ſi Evangeliſtam cum Vate componere volumus, ἐρωτηματικῶς proferenda ſunt, hoc modo: *At tu Bethleem num es minima inter Chiliadas Judæ?* Haud ſilendum tamen, Tertullianum, * Taſcium, Cyprianum, Origenem, Chryſoſtomum, Auguſtinum & alios, Græcam verſionem negativa interſita laudare. 29.

* Taſcium Victorianũ memorat Sidonius, l. 8. ep. 3.

2. Tim. IV. 2.

Κήρυξον τὸν λόγον.

PRædicatio munus Episcopale. Augustinus Confessionum lib. 6. c. 3. de Ambrosio : *Et eum quidem in populo verbum veritatis recte tractantem omni die Dominico audiebam.* Possidius, Calamensis Episcopus, Augustini Vitæ c. 4. *Potestatem dedit Valerius coram se in Ecclesia Evangelium prædicandi, ac frequentissime tractandi, contra usum quidem & consuetudinem Africanarum Ecclesiarum.* Sangallensis Monachus, lib. 1. de Gestis Caroli M. c. 20. apud Henricum Canisium Antiq. Lect. tom. 1. *Præcepit religiosissimus Carolus Imperator, ut omnes Episcopi per latissimum regnum suum, aut ante præfinitum diem, quem iste constituerat, in*
30. *ecclesiasticæ Sedis Basilica prædicarent, aut quicunque non faceret, Episcopatus honore careret.* His adde Bourzeyum Abbatem, Præfatione nupera in Homilias Gallicas in Episcopos non concionantes facundissimè perorantem. De vera autem concionandi ratione optime, si quis alius, Antonius Maria Gratianus, de Ochino verba faciens, in Commendoni Cardinalis Vita; quam Gallico idiomate donavit Flecherius Abbas, quadraginta virorum, qui linguæ nostræ veneres in alto sole collocant, facile princeps.

Joh. XII. 13.

Τὰ βαΐα τῶν φοινίκων.

CUr τῶν φοινίκων? cum τὰ βαΐα Græcis sint Palmarum rami, ut vel ex 1. Maccab. XIII. 51. liquet. Græci videlicet quandoque sic loquuntur. Herodotus verbi gratia, (ut alios nunc præteream) lib. 3. florentissimi Operis, dixit σκύμνον λέοντος & σκύλακα κυνὸς; cum tamen, Polluce teste,
31. lib. 5. cap. 2. σκύμνοι proprie dicantur ἔκγονα leonum, ut σκύλακες, canum. Hinc corrigendus Vossius in Etymologico, voce *Badius*. In quo Opere, ut in aliis ejus Scriptis, non pauca sunt, quæ miram properantiam arguunt, ut in nostris ad Gyraldi Poëtas Animadversionibus ὀφθαλμοφανῶς ostendimus. Hæc tamen in quibusdam festinatio, viri illius existimatio-

mationem haud minuit, dignissimi sane, quem, ob tot præclara in vulgus emissa, omnis amet & admiretur posteritas. Alia de voce βαΐς vel βαΐον doctissimè congessit Salmasius, omnigenæ eruditionis apex, ad Achillem Tatium, p. 621. & seq.

Matth. XXVII. 9.

Διὰ Ἱερεμίου.

HOc testimonium in Jeremia non occurrit; in Zacharia vero quædam similitudo fertur; & quanquam sensus non multum discrepet, tamen & ordo & verba diversa sunt. Proinde cum Origene ad hunc locum, lubens suspicor, vel errorem esse scripturæ h. e. scriptionis, vel esse aliquam secretam Jeremiæ scripturam, in qua hoc scriptum sit. Posterius hoc firmat Hieronymus his verbis: *Legi nuper in quodam Hebraico volumine, quod Nazarenæ sectæ mihi Hebræus obtulit, Jeremiæ Apocryphum; in quo hæc ad verbum scripta reperi.* Et sane si Epimenidis, Arati & aliorum Gentilium dicta laudare Apostoli non dubitant, cur vereantur iidem ex piorum libris, licet ἀκανονίστοις, quædam depromere? *Illud palam est* (ait Origenes in Canticum Canticorum) *multa vel ab Apostolis vel ab Evangelistis exempla esse prolata & Novo Testamento inserta, quæ in his Scripturis, quas Canonicas habemus, nunquam legimus, in Apocryphis tamen inveniuntur, & evidenter ex ipsis ostenduntur assumpta. Sed ne sic quidem locus Apocryphis dandus est: non enim transeundi sunt termini, quos statuerunt patres nostri. Potuit enim fieri, ut Apostoli vel Evangelistæ sancto Spiritu repleti scriverint, quid assumendum ex illis esset Scripturis, quidve refutandum: nobis autem non est absque periculo aliquid tale præsumere, quibus non est tanta Spiritus abundantia.* Quæ tacite exscripsit Alexander Morus, ὁ μαχαίρης, Exercitationum Genevensium de Scriptura, pag. 50.

32.

33.

---

1. Cor. XV. 29.

Οἱ βαπτιζόμενοι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν.

HIc agit Apostolus de resurrectionis probatione ex constanti piorum

omnium per cædes & ignem testificatione, qua, freti spe promissionum Evangelicarum, martyrium nullum effugerint, ut se consortes per Baptismum Christi esse ostenderent. Nam propterea dicit, Alioqui quid facturi sunt ii, qui baptizantur super mortuis : *scilicet qui patiuntur potius sua corpora cadaveribus contumulari, quam ut negent spem ullam in cœlis sibi esse repositam & communicatam Baptismo Christi.* Hæc in loco δυσνοήτῳ probabiliter satis Franciscus Junius, Biturix, in Quæstionibus MSS. Aliam sententiam ei affingit vir eruditus Ludovicus de Dieu, Animadversionibus in eum Pauli locum. Desiderius Heraldus ad Martialem, p. 202. & seq. respexisse putat Apostolum ad Ethnicorum libationes, quas mortuis effundebant. Quam interpretationem legere non memini in Johannis Verderii, Theologi Montalbanensis Thesibus de illo loco, à populari nostro D. Isaaco Francisco propugnatis anno 1659. Aliter Gerardus Vossius, in Thesibus Theologico Historicis, p. 180. & seq. quas Theologiæ Candidatis unice commendamus. 34.

Matth. XV. 27.

Ναὶ Κύριε.

TO ναὶ hoc loco idem valet ac *Esto* apud Latinos. Sensus est, *Sit sane, ut dicis, Domine, te ob Judæos venisse ; ad eos solos tamen immensam tuam bonitatem non restringi, pro certo obtineo.* Ventos venantur, qui aliter exponunt. Adi accuratissimum Pricæum ad hanc Matthæi περιοχὴν. 35.

Psal. CXIX. 136.

Ἐφύλαξα.

SIc interpretes Arabs & Æthiops. Sed legendum haud dubie ἐφύλαξαν. Firmat Latinus Interpres.

Esa. LIV. 1.

Ῥῆξον.

APud Optatum in Collatione Carthaginensi, lib. 1. c. 55. vox ista, juxta priscam illam versionem, quæ ante Hieronymum

nymum obtinuit, redditur, *eo incipe.* Ubi nemo non videt locum in mendo cubare. Restituendum censet solertis vir ingenii Franciscus Juretus ad Symmachum, pag. 202. *Jo incine.* Ingeniose quidem, nec tamen recte. Legendum ex Cypriano, libro 1. adversus Judæos, *erumpe.* Mendum istud haud sublatum miror Gabrieli Albaspinæo, Aurelianensi Episcopo, in sua Optati editione. 36.

Psal. XXII. 14.

Ἐξεχύθη.

LEgendum ex Eusebio Demonstr. Evang. lib. 10. & Latino Interprete ἐξεχύθω. Vide Gen. XLIX. 4.

Eph. IV. 9.

Εἰς τὰ κατώτερα τῆς γῆς.

PEr κατώτερα τῆς γῆς intellige cum Paulo Fagio (quem tacite innuit Beza ad hunc locum) Annot. in Onkeli Paraphras. Sanctissimæ Virginis uterum, ex Psalmo CXXXIX. 15. ὐκ ἐκρύβη ἡ ὑπόστασις μὲ ἐν τοῖς κατωτάτοις τῆς γῆς, h. e. in matris utero.

Matth. XXVI. 15. 37.

Τριάκοντα ἀργύρια.

EXtant hodieque variis in locis (si Pontificiis fides) hujusmodi nummi. Gulielmus Budæus in elaboratissimo Opere de Asse, p. 151. versa editionis 1527. *Scio hodie in æde D. Johannis Lateranensis Parisiis ostendi argenteum unum, qui ex illis triginta esse dictitatur, quos Judas in Templum abjecit, characterem diversum à denario Romano habentem. Habet enim effigiem hominis non luscam eminente altera mala, ut Romana numismata visuntur, sed adversam & integram, & à tergo flosculum, utrique nullo indice. Pondus, ut conjicere licet, non enim attrectatur, sed trans vitrum cernitur, didrachmum esse potest, si satis commemini.* Antonius Piso in Dissertatione de Numismatibus, pag. 29. edit. 1579. *Que si quelqu'une de ces pieces d'argent ou bien semblable se voyoit, on pourroit*

38. *pourroit asseurement juger de leur prix & valeur. Car celles que l'on montre en quelques endroits pour deniers (ainsi parle le vulgaire) dont Jesus-Christ fut vendu, sont pieces & monnoyes faites à Rhodes long-temps-a, ayans d'un costé une Rose, pource que* Rhodes *en Grec signifie* Rose; *aucunes avec l'inscription* Rhodion, *autres sans icelle, comme les deux que j'ay, dont l'une se peut dire un didrachme Rhodien, qui à d'un costé la face du Colosse d'Apollo, qui estoit au port de la ville de Rhodes. Au revers est remarquée la Rose Grecque, conformement au nom de la ville* Rhodos. *La plus petite est presque semblable à l'autre, si non qu'il y à quelque difference au revers, à sçavoir d'un petit Caducée de Mercure, & de ces deux lettres Grecques* P, O, *qui font le commencement du mot Rhodos.* Antonius Augustinus, vir recondita eruditione & Insularum ornamentis conspicuus, Dialogo 2. de Numismatum antiquitate, interprete Schotto; B. (h. e. Rodericus Zapata Antonii Augustini sororis filius) *Scire aveo veréne illud dicatur, ostendi Romæ denarium unum de triginta, quibus*

39. *Judas Christum Dominum vendidit ac prodidit, & cujusmodi denarius sit?* A. (h. e. Antonius Augustinus) *Illud certum; in Templo S. Crucis in Jerusalem titulus nummusque asservatur, pondere ac valore duplicis hodie denarii, quem Regalem vulgo nominamus. Quem vidimus ipsi, & expressum inde asservo. B. Placet quod narras. A. Verum enim-vero non ille cujus nummus est Hierosolymis, nec in Judæa, nedum in Syria. B. Quid narras? A. Dicam. Quandoquidem Græcæ literæ sunt, cusum arguunt in Rhodo Insula, quæ Græcis* PΟΔΙΟΝ. *Ultima litera O parvo, ut antiquissimis illis temporibus pingere pro Ω Græci solebant. In altera parte facies est radiis undique cincta, ut Solem demonstret; repræsentatque Colossum sic in Rhodo nominatum; Aversa vero parte flos spectatur, quam Rosam quidam opinantur,* (Florem hunc Rosam non esse, sed Florem Mali Punicæ, seu Balaustium, quo ad tingendas lanas utebantur olim Rhodii, ex Alciphronis loco à se emendato probat Is. Vossius, ὁ μέγας, apud virum ingenio ac eruditione præcellentem Ezechielem Spanhemium, in lectissimis Dissertationibus de præstantia &

40. usu Numismatum, p. 273. & seq. editionis secundæ) *alii Heliotropium, nonnulli Rosolaccium interpretantur. Verum de hoc quidem certi nihil pronuncio. Est & alterum nomisma argenteum, & item æreum ejusdem Insulæ, eisdemque characteribus & flore insigne. B. Pos-*

setne

set ne fieri, Judæ proditori vario nummorum genere satisfactum esse, & in his etiam Rhodiensi nummo? A. Equidem non inficior, vero tamen simile magis est, siclos illi persolutos fuisse, aliamve ejus gentis monetam, præsertim quod de publico illi sit persolutum. Andreas Favinus tomo 2. Theatri Honoris, p. 1610. & seq. *C'est une tradition, que les trente deniers dont le Sauveur du monde fut vendu, estoyent monnoye de Rhodes. Et de fait en l'Eglise Sainte Croix de Jerusalem à Rome l'on montre l'un des trente deniers du tout semblable à celui qui est en l'Eglise du Temple* (Budæo supra Ecclesia D. Johannis Lateranensis, de qua videndus Brolius in Antiquitatibus Parisiensibus, pag. 582.) *de cette ville de Paris. Il est enchassé & ne se void qu'au travers d'une vitre, & de ce costé qu'on le void ne paroist qu'une teste.* 41. *Le docte Guillaume Budè en ce Traité remarquable qu'il a fait* de Asse, *escrit avoir vû ce denier d'argent, & qu'il represente une teste comme c'est la verité: & quant à l'autre costé, le doctissime Cardinal Baronius, ny Budè* (de Budæo fallitur) *n'en ont dit chose aucune. J'ay un de ces deniers de Rhodes; que j'ay confronté par la veuë à celuy de Rome & du Temple à Paris, & tous trois sont semblables tant au visage qu'à la circonference. Le mien a d'un costé le visage du Soleil à la façon d'un jeune homme sans barbe, la chevelure longue, comme les Poëtes le depeignent. Au tour de cette teste n'y a point de legende. De l'autre costé est une Rose épanoüie plus haute & grande que les nostres, & qui ressemble à plus pres aux Roses que nous appellons de Jerico, que l'on apporte de la Terre-Sainte. En ce denier cette Rose a un bouton de chasque costé, dont l'un commence à s'espanoüir. Dessus la Rose sur le bord de la Piece est escrit en lettres capitales Grecques* POΔION, *qui signifie & veut dire* une Rose. *Au pied de laquelle est cette syllabe* ET. Abrahamus Golnitz in Itinerario Gallo-Belgico, p. 114. & seq. edit. 1631. 42. *In sacello Templi Heverleæ prope Lovaniam numus ostenditur, qui è numero dicitur eorum, quibus Salvator venditus, magnitudine bacionis, sed pondere dimidii Imperialis: altera parte caput humanum; altera flos, cum epigraphe* POΔION; *fortè quod in Insula Rhodo ex argento fuerit facta talis moneta, & Hierosolymis usurpata in quotidiano usu & mercimoniis.* Hæc sufficiant.

1. Corinth. III. 15.

Ὡς διὰ πυρός.

VErba hæc in gratiam ignis purgatorii non nuper torquent Pontificii. Quorum argutias validissimè revincit Marcus Ephesius, Græcorum, qui Concilio Florentino interfuere, cordatissimus, in Oratione Salmasii libro de primatu affixa; quam alii Nili Thessalonicensis esse, alii Nicolai Cabasilæ, frustra hactenus existimarunt. Adeundus Sylvester Syro-
42. pulus, magnus Ecclesiarcha, in Historia Concilii Florentini; quam refellere conatus est vir πολυγραφώτατος Leo Allatius, Bibliothecæ Vaticanæ Præfectus. De quo festivè sic Robertus Creygthon, Historiæ editor, ad Clarissimum Is. Vossium scribens, Uvellis 15. Kal. Maji 1664. *Si quid adhuc tibi innotuit de nostro rugiente Allatio, fac me certiorem, & an adhuc exercuit fulmen, quo nos confodiat: quod utinam non cedat in brutum, Deum precor: Utcunque, nollem me feriat incautum bidental.* Obiter nota, Historiæ Concilii Florentini autorem, Sguropulum à nobis non dici, ut vulgò, sed Syropulum, ex fide scilicet hujus & aliorum Græcorum Epistolæ ad Bohemos Thaboritas, quam è Bibliotheca Collegii Pragensis in lucem protulit Caspar à Nydbruck, vir indagandæ antiquitatis studiosissimus. Hanc appellationem firmat Philippus Syropulus, itidem Græcus, cujus Epistolæ aliquot fuerunt inter Codices Mss. Caroli de Montchal, Archiepiscopi Tolosani.

---

43. Matth. XXVI. 45.

Καθεύδετε τὸ λοιπὸν, καὶ ἀναπαύεσθε.

POnenda hoc loco, ut apud Marc. XIV. 41. interrogandi nota, ut rectissime monuit Henricus Stephanus, Roberti filius, Henrici nepos, vir incomparabilis diligentiæ. Gallicè vertas, *Dormez vous maintenant, & vous reposez-vous encore?* Hanc interpretationem firmant sequentia, ἐγείρεσθε, ἄγωμεν; quod minus perspexit, qui nihil non videbat, Hugo Grotius, ad hunc locum.

Psalm.

Psalm. LXXX. 16.

וכנרה.

Mihi dubium non est quin vox כנרה Ægyptiaca sit, plantamque significet. Hinc hedera apud Plutarchum in Iside ex Alexarcho, Ægyptiacè dicitur Κενόσιρις, id est, φυτὸν ὁσίριδος. Sic Κενχερὴς, φυτὸν Ἡλίου. Nihil certius. Vide annon etiam hinc Chenni cognomen habuerit Ptolemæus Alexandrinus, de quo Photius & Suidas. Plantæ mentio in mentem mihi revocat, quæ de herba pudica scribit vir literatissimus Claudius Joly, Ecclesiæ Parisiensis Canonicus in Itinerario Monasterienſi, p. 131. *On nous montra à Leyde, au Jardin des Simples, une petite herbe qui ressemble quasi à celle du Persil, laquelle ils appelloient* Casta, *ou* Pudica, *l'herbe chaste; mais M. Saumaise au contraire l'appelloit* Impudica, *disant qu'Herodote la nommoit ainsi. Si tost qu'on la touche, elle tombe à bas comme morte, mais elle se releve quelque temps aprés.* Herba hæc, quæ Latinè *Pudica*, αἰσχυνομένη Græcè dicitur, ut apud Plinium, lib. 24. cap. 17. testis est Apollodorus, Democriti sectator. De Herodoto, qui ipsum impudicam vocat, maximi Salmasii fidem appello; licet enim μελίγηρω hunc Scriptorem haud indiligenter pervolutarim, non adhuc tamen in ejus verba incidi. Quantivis pretii locum diligentius quærant alii. 45.

Hebr. II. 9. 46.

Χάριτι Θεοῦ.

PRo χάριτι Θεοῦ, reponendum ex Origene tom. 1. & 28. in Johannem, Ambrosio, lib. 5. de fide cap. 3. Theodoreto, Fulgentio, lib. 3. ad Thrasimundum regem, cap. 5. Vigilio Tapsitano Episcopo, lib. 2. contra Eutychen, cap. 3. & aliis, χωρὶς Θεοῦ. Gallicè, *la divinité mise à part*, ut etiam exponunt Patres modo laudati. Frustrà sunt enim, qui locum illum à Nestorio depravatum esse existimant.

---

1. Petr. III. 21.

ᾧ καὶ ἡμᾶς, &c.

IN Codice vetustissimo, qui à Thecla conscriptus fertur,

legi ajunt, ὁ καὶ ἡμᾶς ἀντίτυπον νῦν σώζει βάπτισμα. Illud ο
47. in antiquiſſimis libris Græcis & unciali charactere ſcriptis, ut ille Codex eſt, pro ω ponitur. Nec dubium eſt, veram illius loci eſſe lectionem, ὃ καὶ ἡμᾶς, &c. In veteris ſcyphi inſcriptione apud Athenæum ΔΙΟΝΥΣΟ ſcriptum fuit pro Διονύσῳ. Ita è contrario pro O litera, interdum ſcribebant ω diphthongum. Utrumque notat Athenæus. Hæc Simplicius Verinus, h. e. Salmaſius, in libro de Tranſubſtantiatione, pag. 31. & ſeq.

Prov. XXX. 31.

מלך אלקום עמו.

VOcem אלקום exponere tentarunt Edvvardus Pocock, & Samuel Bochartus, viri linguarum Orientalium ad miraculum periti; ille in Notis ad Specimen Hiſtoriæ Arabum Gregorii Abul-Faraji p. 203. hic in Epiſtola ad reverendiſſimum Morleium, nuper Wintonienſem Epiſcopum, p. 41. Ambo doctiſſime. Sed quidni 70. Interpretibus, Hebraicè intelligentiſſimis, de voce præſertim obſcuriſſima, credamus? Ii ſic vertunt, βασιλεὺς δημηγορῶν ἐν ἔθνει, *Rex apud gentem orationem habens.*
48.

Pſalm. L. 10.

Ἀγρῷ.

Ἀρούρᾳ legit Euſebius Demonſtr. Evang. libro 6. Cui concinit Latinus Interpres.

---

1. Cor. XI. 28.

Καὶ ἐκ τῆς ποτηρίου πινέτω.

POſt tam expreſſa Pauli verba, quis ferat conventum Conſtantienſem, de adimendo populis calice leges condentem? *Utinam*, (verba ſunt Petri Valerii, qui vulgo Pierius Valerianus, Pontificiorum ſuorum ἀπορίαν hac in re ut in aliis

aliis increpantis,) *utinam nostri illi majores non ita rigidi contentiosique fuissent! alii in quibusdam parvi admodum momenti ritibus æquo forsan pertinacius retinendis, alii sanciendis novis, alii inveteratis diuque observatis moribus modo abolendis, modo immutandis. Non enim tanta Gentium & Regnorum jactura facta esset. Staret Græcia, starent Ægei Insulæ tot claræ, staret Thracia, staret Byzantii Regnum, staret Asia universa, neque tanto cum nostri nominis dedecore occupata essent Hierosolyma: &, ut recentiora vulnera refricemus, non Bohemia, non Germania, Christi vicarium, atque adeo Deum ipsum, aspernarentur.* Hæc Petrus Valerii, in Apologia pro Sacerdotum Barbis, lectu sane dignissima. 49.

Rom. XI. 8.

Πνεῦμα κατανύξεως.

DEsumpta hæc partim ex Esa. VI. 9. partim ex XXIX. 10. ubi κατανύξις non est *compunctio*, ut vulgo, sed *sopor*, ut Psalm. LX. 3. Videndus hic in Opusculis, pag. 91. Nicolaus Faber, vir de quo silere præstat, quam pauca dicere, ut olim de Carthagine Sallustius.

Psalm. I. 1. 50.

Λοιμῶν.

HOc est *pestium*, ut vertit Tertullianus libro de Spectaculis, non *pestilentiæ*, ut versio vulgata. Λοιμὸς enim (ut pestis Latine) & contagium & virum pestiferum notat. Vide Act. XXIV. 5.

Tit. II. 14.

Λαὸν περιούσιον.

HAc voce usi sunt soli 70. Interpretes Deut. VII. 6. quos hic sequitur D. Paulus. Eodem sensu vocem περιουσιασμὸς usurpant iidem Interpretes Psalm. CXXXV. 4. ut ad hunc Apostoli locum monuit Hieronymus. Sic Eccles. II. 8. σωρήγαγον μοι περιουσιασμὸς βασιλέων.

51. Marc. V. 41.

Σοὶ λέγω.

HÆc non habentur in Hebræo Christi dicto. De suo addidit D. Marcus, ut Servatoris nostri jussum significantius faceret. Hac in re 70. Interpretes pulchre imitatus, qui, emphasis gratia, multas plerunque voces de suo addiderunt. Exempla attulimus ad Matth. IV. 10.

Coloss. I. 15.

Πρωτότοκος πάσης κτίσεως.

Πρωτότοκος hoc loco non est *Primogenitus*, sed *Caput* & *Princeps*. Sic etiam v. 18. & Apoc. I. 5. Hunc vocis significatum, ut alios complures, habuere Scriptores sacri à 70. Interpretibus. Vide Psalmum LXXXIX. 27.

---

25. Matth. IV. 10.

Καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις.

Illud μόνῳ à Christo suppletum putat Gatakerus ad Antoninum pag. 48. Sed fallitur. Habet Matthæi Interpres à Septuaginta: (Deut. VI. 13.) quorum authoritas tanta est, (verbis utor Augustini in Psalmum LXXXVII.) ut non immerito propter mirabilem consonantiam divino Spiritu interpretati esse credantur. Sic Gen. II. 24. suppleverunt Septuaginta vocem δύο. Esa. LXV. 2. καὶ ἀντιλέγοντα. Proverb. XXV. 21. τοῦτο ποιῶν. Exod. XVI. 33. χρυσῆ. Esa. LIII. 1. κύριε. Quas voces ab iis habent Evangelistæ & Apostoli Marc. X. 8. 1. Cor. VI. 16. Eph. V. 31. Rom. X. 21. Rom. XII. 20. Hebr. IX. 4. Johan. XII. 38. Rom. X. 16. Cur ita fecerint Septuaginta, dicet Epiphanius, libro de Mensuris & Ponderibus.

---

53. 1. Cor. I. 31.

Ὁ καυχώμενος, ἐν Κυρίῳ καυχάσθω.

Sic 70. Jeremiæ IX. 23. 24. apud B. Clementem, Apostolorum σύγχρονον, in Epistola ad Corinthios, pag. 29. editionis

tionis Oxonienſis, & Tertullianum l. 4. contra Marcionem. Secus enim Clemens Alexandrinus, Strom. lib. 1. Cyprianus, & 70. Interpretum editiones hodiernæ.

Pſalm. XL. 7.

Ἐν κεφαλίδι βιβλίου.

Κεφαλὶς βιβλίου eſt *volumen legis*, ut Ezech. II. 9. Locus à Davide ſignatus, occurrit, meo quidem judicio, Deut. XVIII. 15. 19. quem de Chriſto exponit D. Lucas Act. III. 22. 23. Vel Gen. XLIX. 10. quem locum, opinor, innuit Dominus noſter, Joh. V. 46.

Gen. XLIX. 21. 54.

Στέλεχος ἀνειμένον.

Στέλεχος ἀνειμένον non eſt *virgultum reſolutum*, ut Latine exhibet Hieronymus, ſed *arbor* vel *truncus emiſſus, diffuſus*. Johannes Belius, viciniæ noſtræ haud ita pridem illuſtre decus, ad Ronſardi Hymnos, p. 34. *Quant au mot d'*Aſtelle, *ce n'eſt autre choſe qu'une buche, qui vient du Grec* στέλεχος, *qui ſignifie le tronc d'un arbre,* στέλεχος, ſtirps, codex, *dit un vieil Lexicon*; *& retient encore ſa ſignification en quelques contrées de la France, comme en Poitou, qui diſent eſtelle pour buche.* Alia de hoc Geneſeos loco Johannes Pearſon, Canonicus Elienſis, vir doctiſſimus, Præfatione Paræneticaad lectionem 70. Interpretum, Bibliis Græcis Cantabrigiæ excuſis præfixa. Præfationem hanc (cujus uſuram debeo humanitati Danielis Henrici de Laizement, Theologi Rupellenſis) utinam legant, quotquot ſeptuaginta Interpretibus dicam impingunt! 55.

Gen. IV. 26.

Οὗτος ἤλπισεν ἐπικαλεῖσθαι τὸ ὄνομα κυρίου τοῦ Θεοῦ.

Hujus interpretationis ſenſum nemo melius exponit Hieronymo, ſæculi ſui Judæis alioqui nimis addicto. Sic autem ille ad calcem lib. 1. Comment. in Epiſtolam ad Galatas: *Quicumque credunt, benedicentur cum fideli Abraham; qui ob egregiam in Deum*

Deum fidem primus in eum credidisse narratur; sicut Enos ob principalem in eum spem & inter cæteros eminentem sperasse scribitur invocare Dominum Deum. Non quo & Abel, de quo Dominus ait, Vox sanguinis fratris tui, &c. *& cæteri deinceps, Deum non speraverint invocare, sed quo ex ea parte unusquisque appelletur quam vel maxime habet.*

---

56. Act. XV. 20.

Καὶ τοῦ πνικτοῦ.

HÆc non legit Irenæus, lib. 3. c. 12. nec Tertullianus libr. de Pudicitia, nec Cyprianus, lib. 3. ad Quirinum, nec Pacianus, Barcinonensis Antistes, in limine Opusculi de Pœnitentia. Ambrosius, sive Hilarius Diaconus, ad Gal. II. addita putat à temeratoribus Græcis. Cui an assentiri debeam, valde ambigo. In Ecclesia certe diutissime viguit prohibitio sanguinis & suffocati, ut ex Minutio, Eusebio & aliis observat Christophorus Justellus, Henrici parens, vir Ecclesiasticæ antiquitatis callentissimus, ad Codicem Canonum Ecclesiæ universæ, p. 175. edit. 1610.

---

57. Exod. XII. 19.

Ἐν τοῖς γειώραις.

ΓΕιῶραι (quæ vox etiam occurrit Esa. 14. 1.) sunt *Peregrini, Advenæ, Proselyti*, à Chaldæo גיור vel גיורא quod idem sonat. Hinc, puto, fluxit vox Turcica *Ghiaures*, qua Christianos contemptim appellant Muhammedani. Gallice dicas *Etrangers*. Vide Georgium Dousam, Jani filium, in elegantissima Epistola de itinere suo Constantinopolitano, pag. 29. 34. & 37.

Act. VIII. 39.

Καὶ οὐκ εἶδεν αὐτὸν οὐκέτι ὁ εὐνοῦχος.

EUnuchus iste, à Philippo edoctus, fidem Christianam Æthiopibus suis prædicasse legitur; quam deinde firmissime

me semper ii tenuerunt, si modo infaustum illud intervallum excipias, quo Atzhama eorum Rex, Musulmanus factus est. 58.
Quod ex Mahumede Ben Abdalbachi, Scriptore Mecano MS. pluribus exequitur Johannes Seldenus, vir maximus, pag. 533. & seq. Uxoris Ebraicæ. De hac fidei mutatione ne γρὺ quidem authores, qui de Abassinorum rebus scripsere, quales sunt Tragazaabus, qui vulgo Zaga Zabo, Episcopus Æthiops, vir omnino pius ac eruditus, Damianus à Goes, Franciscus Alvarez, Alphonsus Mindesius, Johannes à Sanctis, Ludovicus de Urreta, Nicolaus Godignus Urretæ censor, & alii. An memoret Johannes Ulricus Wildt, in Opere inscripto *Ecclesia Æthiopica*, Argentorati anno 1664. excuso, dicent alii; nos enim Librum necdum vidimus. De hac Ecclesia strictim in Historia Ecclesiæ Alexandrinæ, cap. 9. I. M. Wansleben, Dominicanus; prolixe vero clarissimus Ludolfus, in Historia Æthiopica.

Psalm. XCI. 6. 59.

Καὶ δαιμονίου μεσημβρινοῦ.

PAulus Oderbornius in Epistola ad Davidem Chytræum, de Russorum Religione, 8. Kal. Augusti 1581. *Dæmonem quoque meridianum metuunt & colunt. Ille enim, dum jam maturæ resecantur fruges, habitu viduæ lugentis ruri obambulat, operariisque uni vel pluribus, nisi protinus viso spectro in terram proni concidant, brachia frangit & crura. Neque tamen contra hanc plagam remedio destituuntur. Habent enim in vicina sylva arbores religione patrum cultas; harum cortice vulneri imposito, illud non tantùm sanant facilè, sed & dolorem loripedi eximunt.* Hæc ille. A quo diversus non abit Jos. Scaliger, cujus verba hæc sunt, pag. 95. Epist. *Quare Dæmonem verterint Septuaginta nescio. Hinc Sophistæ ariolati sunt Dæmonas in meridie vagantes. Et sane vetustas tales Dæmonas in meridie infestos esse credidit, ut Pastor ille Theocritianus,* 60.
Idyll. 1. Οὐ θέμις ὦ ποιμαῖ. Longe ante Scaligerum ita Theodoretus, egregius Scripturarum interpres, ad hunc locum: Δαιμόνιον δὲ μεσημβρινὸν κατὰ τὴν παρὰ τοῖς πολλοῖς κατέχουσαν τέθεικε δόξαν.

Matth. XXVII. 24.

Ἀθῶός εἰμι, &c.

NOn dissimilem formulam usurpant Daniel in Historia Susannæ v. 46. & Paulus, Act. XX. 26.

Apoc. XXII. 7. 8.

Μακάριος ὁ τηρῶν, &c.

DE hoc loco sic Dionysius Alexandrinorum Episcopus, Theologus & Criticus eximius, apud Eusebium, Hist. Eccles. lib. 7. c. 25. Σωτελέσας δὴ πᾶσαν, ὡς εἰπεῖν, τὴν προφητείαν, μακαρίζει ὁ προφήτης τούς τε φυλάσσοντας αὐτὴν, καὶ δὴ καὶ
61. ἑαυτόν. Μακάριος γάρ φησιν ὁ τηρῶν οὐ λόγους τῆς προφητείας ἣ βιβλίου τούτου. Καὶ ἐγὼ Ἰωάννης ὁ βλέπων ταῦτα καὶ ἀκούων. Hucusque Dionysius: cujus mentem haud assecutus est Eusebii Historiæ novissimus Interpres Gallus. Utinam hoc uno loco offendisset vir alias præstantissimus; nec Eusebii, Socratis, Sozomeni ac Theodoreti locos aliquot subleste fide vertisset! Sed hoc Pontificiis non paucis solenne esse, fuse demonstravit clarissimus Dallæus, lib. 1. de usu Patrum, c. 5. Exemplis ab eo adductis ægrè adjungo (præter virum amplissimum modo laudatum) D. Maucroix, Rhemensem Canonicum, in tersissima politissimaque tralatione Gallica Homiliarum S. Chrysostomi ad Populum Antiochenum, pag. 62. & 87. edit. secundæ. Locos vise & confer cum Græco. Pulcherrimè in hanc rem ex ipsis Pontificiis Franciscus Ogerius, vir doctissimus & eloquentissimus, in Lib. Gallicè scripto contra Garasum Jesuitam, p. 113. *Je say de bonne part que la principale raison qui a retenu ce grand Casaubon dans l'erreur où il avoit*
62. *esté nourry; ce fut d'avoir apperceu de pareilles faussetez dans quelques Docteurs modernes, qui luy firent concevoir une tres mauvaise opinion de la foy de ceux qui veulent triompher de leurs ennemis à fausses enseignes. Mais malheur à ceux qui luy en ont donné occasion; & qui ne marchent pas de pied droit en la publication de l'Evangile.*

2. Joh.

2. Joh. I.

Ἐκλεκτῇ κυρίᾳ.

ELecta hoc loco nomen eſt mulieris. Sic Sanctus, apud Euſebium Hiſt. Eccleſ. lib. 5. c. 1. nomen eſt celeberrimi illius Diaconi, qui à Præſide compluries interrogatus, quisnam & quibus ortus parentibus, cujus profeſſionis & ætatis, cujus ordinis, & an dives an pauper; ad ſingula non aliud reſpondit, quàm *Chriſtianus ſum.* Hæc ferè Euſebius, quæ aliud cogitans, Attalo tribuit vir omninò probus ac doctus Johannes Fronto, S. Genovefæ Canonicus, in Epiſtola ad illuſtriſſimum Harlæum, Pariſinæ Sedis hodiè Antiſtitem, de vita & moribus veterum Chriſtianorum. Porro Epiſtolæ ab Euſebio ſervatæ, in qua de Sancto Diacono, auctorem putat Irenæum Henricus Valeſius, vir in hiſce mire perſpicax. Cujus ſuſpicionem firmat Oecumenius ad cap. 3. 1. Petri, ubi Irenæi fragmentum adducit de Sancto & Blandina, quod ex eadem Epiſtola deſumptum videtur. Diſpiciant eruditi, imprimis verò Henricus Dodvvellus, qui novam Irenæi Operum editionem adornat. 63.

Gen. XVII. 14.

Τῇ ἡμέρᾳ τῇ ὀγδόῃ.

VErba hæc incaſſum quæras in Codicibus Hebræis. At habet Samariticus Codex. Agnoſcit etiam Juſtinus Martyr in Dialogo cum Tryphone, & Juſtino prior Philo Judæus, cujus verba Latinè tantum adducam: (Græca leges apud Cl. If. Voſſium in Appendice Vindiciarum pro 70. Interpretibus, pag. 89. & ſeq.) *Eorum qui contra voluntatem peccant, neminem reum facit lex, cum etiam eadem imprudenter commiſſam condonet. Infans vero ſi octavo à partu die non circumcidatur, quid peccat, quamobrem mortis pœna adficiatur? Noſtri itaq; dicunt, præcepti hujus interpretationem referendam eſſe ad parentes, & illos graviter puniri exiſtimant velut legis conſtitutionem negligentes. Alii vero putant, Deum contra infantem præter modum indignari quoad ſpe-* 64.

ciem solùm, ut nempe hac ratione adultis legem solventibus tanto inexorabilius pœna irrogetur: non quod opus circumcisionis sit necessarium, sed quod pactum violetur, si signum, per quod pactum cognoscitur, non impleatur. Ex Philone, uti videtur, Procopius Gazæus: *Quid peccat vel deliquit octo dierum infans, si non circumcisioni admoveatur? Aut relatio itaque ad parentes facienda est, qui sic puniuntur, ubi neglexerint circumcisionem: aut hyperbolicῶς de infante hæc dicta sunt, ut appareat quàm indigne ferat Deus, si infantes non circumcidantur;* 65. *vel ut cognoscamus, eum inexorabilem fore adultis, si circumcisionem aspernati fuerint.*

Esa. XL. 15.

Ὡς ῥοπὴ ζυγοῦ.

CUlpat hoc loco 70. Interpretes, quasi perperam verterint, Gatakerus ad Antoninum, p. 244. Sed minus advertit vir oculatissimus ῥοπὴν *incrementum* quandoque significare. Glossæ vett. Græco-Latinæ H. Stephani, Ῥοπὴ ὅτι ζυγῶ, *Incrementum.* Sic author libri Sapientiæ 11. 23. ὡς ῥοπὴ ἐκπλασίγγων ὅλῳ ὁ κόσμος ἐναντίον σου. Ubi vetus Interpres, *tanquam momentum stateræ*, quem secutus est Hieronymus in Esaiæ loco. Haud potiori jure eosdem Interpretes damnat Gatakerus Miscell. pag. 124. quasi Psaltis dicti gratiam Hymn. 9. 16. corruperint. Illic enim ἁφθορὰ non est *corruptio*, ut falso sibi persuasit Gatakerus, sed *corruptionis sedes*, fovea nimirum, ut Psal. XXX. 9. & CIII. 4. quo modo vocem istam 66. usurpat D. Lucas, Act. XIII. 34. Septuaginta secutus; quorum tralationem cum Nicolao Fullero Miscell. lib. 3. c. 12. obviis animorum ulnis amplectimur. Habet enim ἐνέργειαν incomparabilem, perpetuam veteris Ecclesiæ observationem, facillimamque & è proximo petitam derivationem.

---

1. Cor. V. 9.

Ἔγραψα ὑμῖν ἐν τῇ ἐπιστολῇ.

PEriit hæc Epistola. Spuria est enim quam extare testatur reverendissimus Usserius ad Ignatii Epistolas, pag. 29. apud Gilbertum Northum, Anglum, tertiæ D. Pauli ad Corinthios

thios Epistolæ titulum præferentem. Periit Epistola, ut ex 1. Petr. V. 12. ἐναργῶς evincitur.

---

1. Cor. XV. 32. 67.

Εἰ κατ' ἄνθρωπον ἐθηριομάχησα.

LEGE καθ' ἀνθρώπων. Gallice, *Si j'ay combatu contre des bestes, combatant contre des hommes.* Feros & præfracti ingenii viros, quibuscum sibi negotium fuit, θηρία vocat D. Paulus, quo modo Neronem 2. Tim. IV. 17. λέοντα, & B. Ignatius, in Epistola ad Romanos, decem milites, quibuscum vinctus erat, λεοπάρδους. Quod minus animadversum celeberrimo Theologo Iohanni Dallæo, qui, in Observationibus ad Ignatii Epistolas, sanctissimi Martyris locum attingit ὑμάλα ἐυσόχως; ut ante nos vidit Johannes Pearson, vir naris emunctissimæ, in Vindiciis Epistolarum S. Ignatii, part. 2. p. 91. Haud felicius pronunciat Dallæus, in Tractatu de usu Patrum p. 88. (quem utinam mitius ac dilucidius confutasset V. Cl. Matthæus Scrivenerus!) Augustini verba ista ex 30. in Johannem, *Corpus Domini, in quo resurrexit, uno loco esse potest*, à 68.
Pontificiis esse corrupta; cum *esse potest* pro *est* dicatur, ut monuit reverendus & optimus parens Johannes Colomesius, ὁ μακαρίτης. Ita loquitur non semel Fulgentius, Augustini discipulus, Ruspensis apud Afros Antistes. Sic etiam alii Scriptores, quos laudatos reperias apud Gul. Canterum, Theodori fratrem, Nov. lect. lib. 2. c. 2. & Joh. Pricæum ad Apuleii Metamorph. p. 129. & 570. Cum Dallæo errant viri magni Molinæus, Blondellus, Falcarius, Drelincurtius, & noviſſime Albertinus, in Opere de Eucharistia, pag. 735. qui itidem haud leviter lapsus est pag. 886. dum ait, præeuntibus Schotto Photii Interprete, Usserio, Sirmondo, Blondello, ac Riveto, Ephræmium Patriarcham Antiochenum libros scripsisse de sacris Antiochiæ legibus; cum Photii verba nihil aliud tinniant, quam eum fuisse Antiochiæ Episcopum. Mirum etiam Albertinum, pag. 933. Prudentium Trecensem Episcopum & Johannem Scotum sive Erigenam, in dogmate de Eucharistia, ὁμοφωνεῖς statuere; cum ex Hincmaro

69. non aliud colligas, quam Prudentium Opus ſcripſiſſe de trina Deitate, Johannem vero, de Euchariſtia.

Rom. III. 13.

Τάφος ἀνεῳγμένος, &c.

DE hoc & ſeq. verſiculis ita Johannes Cochlæus, Libro de Canonicæ Scripturæ authoritate: *In Epiſtola ad Romanos* C III. *Paulus allegat multos verſiculos ex Pſalm.* XIII. *qui apud Hebræos cernuntur omiſſi. Sed potius credendum eſſe putamus Paulo Apoſtolo, quam Judæorum Bibliis. Scio quid de hoc loco reſponderit ſacræ virgini Euſtochio Hieronymus in Prologo ſexti decimi Commentarii in Eſaiam. Sed alibi oſtendi, eum iſti quæſtioni ſalva ejus gloria & honore non ſatisfeciſſe.* Ubinam hoc oſtenderit Cochlæus, quæro qui me doceat. Ei ſane favere videtur S. Chryſoſtomus ad Romanorum locum, ut Interpretes Syrus, Arabs & Ægyptius.
70. Hieronymo vero concinit Johannes Iſaacus, Judæo-Chriſtianus, in Defenſione veritatis Hebraicæ contra Lindanum, p. 31. & ſeq. Quibus eo lubentius aſſentior, quod ſimilis locus extet 2. Cor. VI. 16. 17. 18.

Exod. XX. 10.

Τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ.

HAc die quieſcebant etiam amnes, ut de fluvio Sabbation ex Plinio & aliis in Opuſculis probamus. Reclamat unus Joſephus, Belli Judaici lib. 7. Sed locus haud dubie corruptus. Ἐπέχω tamen, donec ſententiam tulerit vir pietatis & doctrinæ gloria præſtantiſſimus Stephanus le Moyne, Leydenſis Theologus, cujus in * Joſephum Animadverſiones avide expectamus. Interim adi Caſaubonum (quem viri incomparabilis titulo mactat Joſephus Scaliger) Exercit. 15. in Baronium ſect. 20. & peracris judicii virum Petrum Cunæum lib. 2. de Republica Hebræorum, c. 24.

* Joſephum Oxonii nunc edit E. Bernardus,

71. de quo nihil tam magnificum dixero, quin id virtus ejus ſuperet.

Deut.

Deut. XXVIII. 66.

Κρεμαμένη.

POst hoc verbum, legunt Tertullianus lib. contra Judæos cap. 11. & Chrysostomus, vel quis alius, Sermone de S. Stephano, ἐπὶ ξύλου, *in ligno*. Non agnoscunt Irenæus, lib. 5. cap. 23. Novatianus lib. de Trinitate cap. 9. Cyprianus lib. 2. contra Judæos cap. 20. Lactantius lib. 4. cap. 18. & Augustinus lib. 16. contra Faustum cap. 22. apud quem & ipse Faustus cap. 5. Catholicis objicit addidisse illos *in ligno*. Cui hac in parte assentior. Idem statuendum puto de loco decantatissimo Psalmi XCVI. 10. *Dominus regnavit à ligno.*

Luc. I. 28. 72.

Κεχαριτωμένη.

VErbum istud haud fabricatus est Evangelista, ut arbitratur Angelus Caninius (de quo alibi) in Libello de locis Hebraicis Novi Testamenti. Habuit Lucas à Siracide 9. 8. apud Clementem Alexandrinum Pædag. lib. 3. Secus enim editiones hodiernæ. Firmat Siracides ipse 18. 17.

Hebr. IX. 19.

Αὐτὸ τε τὸ βιβλίον καὶ πάντα τὸν λαὸν ἐράντισε.

NOn sic Moses, qui Exod. XXIV. 7. volumen quidem accepit, sed sanguine non aspersit. Hoc itaque loco furcillandam existimo copulam καί, quæ irrepsisse videtur ex superioribus, ubi ter ab Apostolo usurpatur.

Matth. XXIV. 15. 73.

Ἑστὼς ἐν τόπῳ ἁγίῳ.

HÆc ex Dan. IX. 27. apud 70. Interpretes; quæ frustra quæras in Bibliis Gallicis Genevensibus, ut erudite monuit Fronto Ducæus, in Confutatione Errorum Phil. Mornæi, p. 141. & seq. edit. 1602. Verba hic subjiciemus: *Que diront les Calvinistes, si nous leur apprenons que nostre Seigneur mesme a allegué un*

un lieu du Prophete Daniel ſelon les Septante, qui ne ſe peut trouver en leur Bible, jettée en fonte au fourneau de la Synagogue & ſelon l'Hebreu des Maſorets? Or en prediſant les deſordres qui devoyent advenir devant la deſtruction de Jeruſalem, il a dit, Quand vous verrez l'abomination de la deſolation qui eſt dite par Daniel le Prophete eſtre au lieu ſainct, &c. *Et en quel endroit de la Bible de Geneve montreront ils qu'il aye eſté predit que l'abomination de la deſolation ſera*
74. *au lieu ſainct? On y lit ſeulement que* pour l'eſtenduë des abominations il y aura deſolation, *ce qui n'exprime aucunement le ſens que noſtre Seigneur en a tiré.* Hucuſque Ducæus.

Pſal. CXIX. 109.

Ἐν ταῖς χερσίσω.

SIc etiam Apollinaris in Metaphraſi. *In manibus meis* legit Latinus Interpres. Rectius. Adi Caſaubonum ad Athen. lib. 13. cap. 3. Sic Hieronymus in Epiſtola ad Suniam & Fretelam; qui addit omnes apud Græcos Interpretes locum iſtum ſic ediſſerere. Quod ut verum fuerit de eis, qui Hieronymum anteceſſere, quorum Scripta maxima ex parte jam interierunt; at de ſequentis ævi enarratoribus ſecus ſe habet, uti ex Apollinari, Theodoreto, Euthymio & aliis liquet.

---

75. 2. Corinth. XI. 20.

Εἴ τις λαμβάνει.

Λαμβάνειν hic ἀντὶ τοῦ ἀφαιρεῖν, ut Apocal. III. 11. & cap. VI. 4. Non male vetus Interpres, *Si quis accipit.* Gregorius in Jobum lib. 33. cap. 16. *Si quis accipit*, h. e. *ſi quis rapit: accipere enim aliquando dicimus auferre: unde & aves illæ, quæ ſunt rapiendis avibus avidæ, accipitres vocantur.* Quæ tranſcripſit Iſidorus, bonorum Scriptorum laverna, Originum lib. 12. cap. 7. A capiendo etiam Capus, teſte ibidem Iſidoro, vox à Theodulpho & aliis medii ævi Scriptoribus pro Accipitre uſurpata, ut ad Innocentii 3. Epiſtolas erudite notavit Franciſcus Bosquetus, tunc Narbonenſium Prætor, nuper Magalonenſis Antiſtes.

2. Sam.

2. Sam. I. 12. 76.

Ἐπὶ τὸν λαὸν Ἰούδα.

HIc vocem Ἰούδα tanquam mendosam sollicitat Fullerus Miscell. lib. 4. cap. 13. legendum existimans, deleta una tantum litera δ, Ισά; ut scilicet Græcum Hebræo respondeat: Sic enim textus Hebræus עם יהוה. Sed cum 70. Interpretes à distincta & aperta nominis יהוה scriptione (ut paulò ante fatetur ipse Fullerus) passim alibi abstinuerint, causæ nihil video, cur augustissimum nomen hoc uno loco voluerint usurpare. Itaque si qua medela adhibenda est, ea textui Hebræo facienda, legendo nimirum יהוה pro יהוה.

Esa. VII. 15. 77

Βούτυρον καὶ μέλι φάγεται.

APud veteres pro cibo & ante omnem cibum, infanti, ut natus erat, mel dabatur, deinde lac; ut observatum viris undecunque doctissimis, Salmasio in Libro de Transubstantiatione p. 495. & Is. Vossio in Barnabæ Epistolam, ad calcem genuinarum Ignatii Epistolarum. Hinc mellis & lactis post Baptismum in veteri Ecclesia degustatio, ad infantiæ scilicet, ut alicubi loquitur Hieronymus, significationem.

Joh. XIX. 14.

Ὥρα ὡσεὶ ἕκτη.

LEgendum τρίτη, ut Marc. XV. 25. Sic Nonnus in Paraphrasi. Sic Cantabrigiensis Codex, olim Bezæ. Sic etiam vetus Joachimi Camerarii liber. Adhæc Dionysius Petavius Operis de doctrina temporum lib. 12. cap. 19. refert, habere se Petri Alexandrini Opusculum ἀνέκδοτον, ubi testaretur in Autographo Johannis, quod Ephesi adservabatur, scriptum fuisse ὥρα ἓξ ὡσεὶ τρίτη. Opusculum illud ἀνέκδοτον, est Diatriba de Paschate, quam Uranologio suo 78.

poſtea inſeruit Petavius, cujusque fragmenta duo ante Petavium adduxerat Caſaubonus ὁ ϑαυμάσιος, Exercitat. in Baronium, pag. 410. & 590. edit. Genevenſis; in quorum altero legere eſt Petavii verbis plane conſona. Haud ſilenda hìc Ammonii Alexandrini verba in Catena Patrum in Johannem p. 436. & ſeq. editionis Corderianæ. Sic autem ille: ὁ καλλιγράφος ἀντὶ δὲ γάμμα στοιχεῖα, ὅπερ σημαίνει τὸ τελίτλω ἔγραψε τὸ ϑπίσημον ὃ καλοῦσιν οἱ Ἀλεξανδρεῖς ΓΑΒΕΞ, ὅ δηλοῖ τὸν ἕκτον, πολλὰ ἔχοντα πρὸς ἑαυτὰ τὴν ὁμοιότητα. Καὶ διὰ δὲ γραφικὸν σφάλμα γέγονεν ἡ διαφωνία.

Deut. XXXIV. 6.

79. Καὶ ἔϑαψαν Μωυσῆν ἐν γῇ Μωάβ.

VErbum Hebræum יקבר per Græcum ἔϑαψαν optime rediderunt 70. Interpretes. Ridicule Verſio vulgata, quam Theologi ſequuntur, *& ſepelivit eum Dominus*, quaſi ſcilicet Veſpillonis officio Deus erga Moſem functus ſit. Aliter Joſephus in fine lib. 4. Antiquit. Jud.

Matth. VIII. 20.

Κατασκηνώσεις.

NOn *nidos*, ut vetus Interpres, (ſiquidem & citra eos aves in ramis ſtabulantur) ſed *umbracula*, aut *diverſoria*, ut transtulit Cyprianus. De diverſorii voce pro amœno ſeceſſu, multa lectu non injucunda Juretus ad Symmachum pag. 8. edit. ultimæ.

Matth. XX. 28.

80. Καὶ δοῦναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ λύτρον ἀντὶ πολλῶν.

POſt hæc verba, in antiquiſſimo Codice Cantabrigienſi leguntur ſequentia, uncialibus literis, ut ille Codex eſt, exarata: ΥΜΕΙΣ ΔΕ ΖΗΤΕΙΤΕ ΕΚ ΜΙΚΡΟΥ ΑΥΞΗΣΑΙ ΚΑΙ ΕΚ ΜΕΙΖΟΝΟΣ ΕΛΑΤΤΟΝ ΕΙΝΑΙ ΕΙΣΕΡΧΟΜΕΝΟΙ ΔΕ ΚΑΙ ΠΑΡΑΚΛΗΘΕΝΤΕΣ ΔΕΙΠΝΗΣΑΙ ΜΗ ΑΝΑΚΛΙΝΕΣΘΕ ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΕΞΕΧΟΝΤΑΣ ΤΟΠΟΥΣ ΜΗ ΠΟΤΕ ΕΝΔΟΞΟΤΕΡΟΣ ΣΟΥ ΕΠΕΛΘΗ

ΚΑΙ

ΚΑΙ ΠΡΟΣΕΛΘΩΝ ΘΕΙΠΝΟΚΛΗΤΩΡ ΕΙΠΗ ΣΟΙ ΕΤΙ ΚΑΤΩ ΧΩΡΕΙ ΚΑΙ ΚΑΤΑΙΣΧΥΝΘΗΣΗ ΕΑΝ ΔΕ ΑΝΑΠΕΣΗΣ ΕΙΣ ΤΟΝ ΗΤΤΟΝΑ ΤΟΠΟΝ ΚΑΙ ΕΠΕΛΘΗ ΣΟΥ ΗΤΤΩΝ ΕΡΕΙ ΣΟΙ Ο ΔΕΙΠΝΟΚΛΗΤΩΡ ΣΥΝΑΓΕ ΕΤΙ ΑΝΩ ΚΑΙ ΕΣΤΑΙ ΣΟΙ ΤΟΥΤΟ ΧΡΗΣΙΜΟΝ. Eadem habet Verſio Anglo-Saxonica, ut ad eam m nuit Thomas Mareſchallus, quem & videre & mirari nobis contigit Hagæ-Comitis, apud Clariſſimum If. Voſſium, anno 1665. Sed ex omnibus Interpretibus, nulli, quod ſciam, hucusque ſuboluit, Aquilinum Gaium Vettium Juvencum, (qui Conſtantini Imperatoris ætate vixit) Hiſtoriæ Evangelicæ lib. 3. eadem in Codicibus ſuis legiſſe, ut ex his patet verſibus: 81.

At vos ex minimis opibus tranſcendere cultis,
Et ſic è ſummis lapſi comprenditis imos.
Si vos quisque vocat cœnæ convivia ponens,
Cornibus in ſummis devitet ponere membra,
Quiſque ſapit; veniet forſan ſi nobilis alter,
Turpiter eximio cogetur cedere cornu,
Quem tumor inflati cordis per ſumma locarat.
Sin contentus erit mediocria prendere cœnæ,
Inferiorque dehinc ſi mox conviva ſubibit,
Ad potiora pudens tranſibit ſtrata tororum. 82.

In hoc Matthæi (ſic enim exiſtimo) fragmento, obiter obſervetur vox δειπνοκλήτωρ, qua, præter Matthæi Interpretem, ſolus, opinor, uſus eſt Artemidorus Ariſtophanius apud Athenæum, lib. 4. cap. 21. Θεόπνευστον itidem puto locum illum, quem verbis hiſce laudat Clemens Romanus, in Epiſtola ad Corinthios, licet in Bibliorum editionibus hodiernis non compareat: εἶπον τοῖς ἡγοῦς τοῦ λαοῦ μου, ἐὰν ὦσιν αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν ἀπὸ τῆς γῆς ἕως τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἐὰν ὦσιν πυρρότεραι κόκκου, καὶ μελάντεραι σάκκου, καὶ ἐπιστραφῆτε πρός με ἐξ ὅλης τῆς καρδίας, καὶ εἴπητε πάτερ, ἐπακούσομαι ὑμῶν ὡς λαῷ ἁγίῳ. Hujus loci initium reſpicere videtur Apocalypſeos author XVIII. 5. ut medium VI. 12. Ultima verba καὶ ἐπιστραφῆτε, &c. tanquam Ezechielis laudat Clemens Alexandrinus, Pædag. lib. 1. cap.

10. ubi pro λαῷ ἁγίῳ, legitur λαοῦ ἁγίου, ut legendum conjiciebat Clarissimus Cotelerius.

Psalm. L. 21.

83. ὑπέλαβες ἀνομίαν.

ITa quoque in Epistola Clementis ad Cor. pag. 46. & apud Augustinum ad hunc locum. Sed nullo sensu. Lege ex Clemente Alex. Strom. lib. 4. ἄνομε, h. e. *inique*, ut transtulit vetus Interpres.

Matth. I. 16.

Γωσὴφ τὸν ἄνδρα Μαρίας.

QUod Josepho Maria nupserit, hoc ei sorte obtigit, si Epiphanio credimus contra Antidicomarianitas scribenti; cujus mentem minus perspexit Is. Casaubonus, Exercit. 1. in Baronium sect. 13. ut clarissime ostendit Thomas Gatakerus Miscell. p. 374. & ipso prior Seldenus (sed tacito Casauboni no-
84. mine) Libro de successionibus in bona defunctorum, cap. 18. Post Casaubonum lapsi sunt Hugo Grotius ad hunc locum, ut ad Luc. III. 23. & Frid. Spanhemius Dub. Evang. Part. I. pag. 70.

Marc. XIV. 72.

Καὶ ἐπιβαλὼν ἔκλαιε.

HOc est, vertente Salmasio l. 2. de Fœnore Trapezitico, pag. 272. & in prolixa Epistola ad Andream Colvium de virorum cæsarie & mulierum coma, pag. 657. *Et capite operto flebat.* Salmasio prior ita exponit Casaubonus ad hunc locum. Versionem suam respicit Salmasius in Apparatu ad librum de Primatu, p. 210. dum ait, *Pœnitentia ductus Petrus, statim agnovit peccatum suum, & capite operto flevit.* Cantabrigiensis Codex, olim Bezæ, habet, καὶ ἤρξατο κλαίειν. Cui lectioni favent Interpretes Latinus & Syrus.

Marc.

Marc. XVI, 2.

Ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου. 85.

LEgendum ἔτι ἀνατείλαντος. Hanc lectionem ſtabiliunt nonnulli Codices MSS. Luca Brugenſi teſte. Quibus addendi antiquus Codex Academiæ Baſilienſis, qui Johannis de Raguſio Cardinalis fuit, Euſebius Demonſtr. Evang. lib. 10. cap. 8. & Gregorius Nyſſenus Sermone altero de Reſurrectione. Porro ἀναστείλαντος dicitur pro ἀνατείλαντος. Aoriſtus nimirum aliquando vim habet imperfecti. Imo idcirco iſte χρόνος vocatur ἀόριστος, quia non definit, imperfectum, perfectum, an plus quam perfectum denotetur.

Pſalm. CL.

POſt hunc Pſalmum, extat in Pſalteriis quibusdam Græcis, juxta 70. Interpretum editionem, Hymnus Davidis nomine inſcriptus, cum ſingulari certamine Goliath ſtraviſſet. Hujus initium, μικρὸς ἤμην, &c. Mariæ ex Caſſobelis laudatur, in * Epiſtola ad Ignatium, ab If. Voſſio primum edita. Eundem laudant Athanaſius Sermone ad Marcellinum de Interpretatione Pſalmorum, ut in Sacræ Scripturæ Synopſi, Vigilius Tapſenſis in Conflictu Arnobii ac Serapionis, pag. 537. & Euthymius Prologo in Pſalmos. Addo Pſalmum iſtum Græcis verſibus fuiſſe redditum ab Apollinari Alexandrino circa annum 360. & memoria noſtra à piiſſima ac eruditiſſima fœmina Olympia Fulvia Morata. Gallice vertit Blaſius Vigenerius, Sanportianus apud Borbonios. Præter Pſalmos Davidicos, extant octodecim ſub Salomonis nomine, quos Græce cum verſione & notis è membranis Bibliothecæ Auguſtanæ edidit Ludovicus de la Cerda, Jeſuita, ad calcem Adverſariorum S. Habentur hi Pſalmi in Codice Alexand. Bibliorum 70. Interpretum, ut me docuit Clariſſ. Beveregius in Vindiciis pro Canonibus Apoſtolicis. In Canone Scripturarum Nicephoro Patriarchæ CP. tributo, inter Libros V. T. 86. 87.

* Hujus Epiſtolæ fragmentum adducit Antonius in Meliſſa, lib. 2. Sermone 19.

quibus contradicitur, Ψαλμοὶ καὶ ᾠδαὶ Σολομῶντος. Quæ ex Synopsi Athanasiana desumpta sunt.

Tit. I. 12.

Γαστέρες ἀργαί.

CUm ἀργὸς apud Poëtas frequentissime album notet, nec nisi raro admodum ab iis aliter accipiatur, causæ nihil video, cur in hoc Epimenidis versu eandem significationem non obtineat. Γαστέρες igitur ἀργαὶ sunt *ventres albi*, h. e. luxu & mollitie diffluentes. In Cratetis versibus apud Pollucem, lib. 9. λάικος ἄνθρωπος, παχὺς, ἀργὸς, unum idemque sonant. Dio ὁ χρυσᾶς τὴν γλῶτταν (ut Euphrades Themistius appellat Orat. 12. ad Jovianum) Orat. 4. de regno, λάικος ἰδεῖν ὑπερυφερὴς, αἰθρίας καὶ πόων ἄπειρος. Idem Orat. 62. de regno & tyrannide, ὑπὸ ἀργίας καὶ σκιᾶς λάικος.

88. Horatius, Sat. 2. lib. 2.

----pinguem vitiis albumque.

Persius, Sat. 3.

Turgidus hic epulis atque albo ventre lavatur.

Et Sulpitia in Satyra:

Non trabe sed tergo prolapsus, & ingluvie albus.

---

1. Tim. III. 2.

Μιᾶς γυναικὸς ἄνδρα.

QUia scilicet eo tempore plures uxores ducebant Judæi, ut & hodie qui sub Imperio Turcico & Pontificio (quod alibi * probamus) vivunt. Videndus Hieronymus Epistola juris utriusque, canonici præsertim, peritissimus, in Observatione de Digamia.

* In Opusculis sc. p. 23. & seq. editionis Cramosianæ.

---

89. Matth. V. 22.

Ὁ ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ εἰκῇ.

PArum abest quin cum Hieronymo ad hunc locum, radendum

dum existimem illud εἰκῇ. Augustinus enim Retract. lib. 1. cap. 19. in Codd. Græcis inveniri negat. Adhæc non agnoscit vetus Interpres. Legendus hic R. P. Dionysius Amelote, Congregationis Oratorii Presbyter.

Act. XV. 7.

ἀΦ' ἡμερῶν ἀρχαίων.

AT qui munus id impleverat D. Petrus ante decem annos: tot enim, non plures, (si Baronio credamus) interceſſerunt inter Concilii Apoſtolici tempora & vocationem Cornelii. Unde fit igitur, ut ille Apoſtolorum κορυφαῖος hoc loco dicat ſe ἀΦ' ἡμερῶν ἀρχαίων delectum? Vox nimirum ἀρχαῖα de iis aliquando uſurpatur, quæ intra pauciſſimorum annorum 90.
ſpatium contigere, ut variis exemplis oſtendit diligentiſſimus Blondellus in Pſeudo-Iſidoro, p. 134. & ſeq. Sic Corinthiorum Eccleſia, B. Clementi, in Epiſtola ad eos ſcripta, ἀρχαῖα dicitur, licet haud ita pridem ab Apoſtolis fundata. Quod ſapientiſſimum Bignonium latuit in quadam ad illuſtrem Grotium Epiſtola, cujus τεμάχιον hic ſubjiciam: *Je voudrois bien ſçavoir quel eſt voſtre jugement de l'Epitre de S. Clement imprimée en Angleterre: la foy du Manuſcrit que l'on dit venu de Levant & donné au Roy de la grande Bretagne, la ſincerité de Patricius Junius qui l'a publié, les lieux & temoignages des Anciens qui en ont cité de paſſages qui ſe trouvent en ce Livre, me l'ont premierement confirmé: puis je ne ſçay quel air & eſprit du temps m'a ſemblé y paroiſtre ſi bien, qu'il n'y a pas lieu d'en douter: & toutesfois je confeſſe qu'en la conſiderant, j'y trouve des choſes qui me ſemblent aucunement alienes du ſtyle Apoſtolique, j'y penſe voir de Epithetes plus frequents, & des termes d'amplification qui ſentent la maniere d'eſcrire qui a eſté depuis & comme celle* 91.
des Liturgies & Euchologies des Grecs. L'argument & deſcription du Phœnix me paroiſt aliene d'un S. Clement premier apres les Apoſtres, quoy que ceux qui ont ſuivi depuis s'en ſoyent ſervis, mais contre les Gentils & Philoſophes, & en des eſcrits autres qu'une Epitre addreſſée à une Egliſe Apoſtolique, que l'on a reputée pour un temps comme Canonique. J'y trouve auſſi un lieu où il veut que les oblations ſe faſſent par ordre & dans le temps & l'heure, p. 52. & 53. où eſt auſſi le

le mot de Laïque qui m'eſt ſuſpect. Et en la page 62. il appelle l' Egliſe de Corinthe ἀρχαῖαν, *ce qui ne convient guere à Saint Clement. Enfin comme je croy la piece vraye, j' eſtime neantmoins qu'elle peut contenir pluſieurs clauſes & mots adjouſtez par ceux qui l' ont depuis tranſcrite, ainſi qu'il eſt arrivé à pluſieurs eſcrits de cette antiquité, & à Saint Clement meſme.* His omnibus haud occurrit illuſtris Grotius in Epiſtola, quam ad hanc reſcripſit, quæque inter Epiſtolas ad Gallos extat. De Phœnicis ſimilitudine, quæ integerrimum togatum torquet, perplacent Voſſii
92. verba, lib. 3. de Idololatria, c. 99. *Sunt*, inquit, *qui hanc Epiſtolam abjudicent Clementi, quia naturâ avis, quæ nusquam ſit, illuſtrare ea ſtudeat, quæ ad cœleſtem pertinent veritatem. Sed ex iis, quæ de Plinio ac Tacito ſuperius dicebamus, ſatis videmus, illis, quibus Clemens vixit, temporibus, communem fuiſſe eam de Phœnice opinionem. Atqui hoc ſufficit in Scripto, eccleſiaſtico quidem, attamen ad regulam fidei ac vitæ neutiquam pertinente. Nec enim neceſſe eſt, credimus, Clementem ſciſſe omnia, quæ facerent ad arcana naturæ. Ne id quidem credere eſt opus de Apoſtolis; licet Chriſtus promiſerit* (Joh. XVI. 13.) *miſſurum ſe Spiritum S. qui in omnem eos duceret veritatem. Quippe hoc reſtringendum ad veritatem earum rerum, quæ ad ſalutis pertineant negotium: imò ne harum quidem omnium, quia Apoſtoli ipſi ex parte viderunt* (1. Cor. XIII. 9.) *ac prophetarunt: ſed omnium, quas ſcire eſt opus alteram ad vitam conſequendam.* Hucusque Germanorum doctiſſimus. In eandem
93. mentem Iſaacus filius, vir præconio noſtro major, ad Barnabæ Epiſtolam, p. 310. *Quis à primis Chriſtianis omnigenam ſcientiam & doctrinam expoſtulet? quis illos non æque hallucinatos exiſtimet, atque eorum nepotes; præſertim in rebus nihil ad fidem pertinentibus? Nunquid & in Epiſtola Clementis, quam nobis dedit vir maximus Patricius Junius, ſimilia occurrunt? Quis enim bono animo concoquere poſſit fabellam illam, quam de Phœnice narrat, deque pluribus ultra Oceanum mundis? Non puto etiam quemquam velle admittere expoſitionem iſtam, ut linteum coccineum Raab meretricis ſignum fuerit ſanguinis Chriſti, & alia quædam id genus, quæ non eſt hujus loci referre.* Poſt B. Clementem, eodem trahere linteum iſtud obſervo Juſtinum Mart. in Dialogo cum Tryphone, Irenæum, lib. 4. cap. 37. Origenem in Joſuam, Homil. 3.

Hie-

Hieronymum in Epistola ad Nepotianum, Prudentium in Titulo utriusque Testamenti; & è recentioribus Andr. Masium ad Josuæ locum, Martinum de Roa Singular. lib. 1 c. 3. & alios. Claudam hanc Observationem, paulo jam prolixiorem, his Ezechielis Spanhemii verbis: *Ab antiquissimis inter Gentiles Scriptoribus traditam & non à se repertam de Phœnice narrationem avidi in suos usus pii Antistites transtulere: Eo nempe consilio, quo irrisum & explosum adversariis resurgendorum aliquando corporum Mysterium, familiari apud ipsos Gentiles symbolo, adumbrarent, tuerenturve: quod primum omnium nec perfunctoriè factum à vestmate* (Octavium Falconerium Romanum alloquitur) *Clemente in aurea illa ad Corinthios Epistola. Inde etiam Phœnices vulgò in* * *Cenotaphiis Martyrum depictos, tanquam resurrectionis Symbolum, liquet ex Actis Passionis S. Cæciliæ, ut jam observarunt viri docti.* Hæc vir eximius, & rei antiquariæ peritissimus, in Dissertationibus de præstantia & usu Numismatum, p. 243. 94.

* Sic Cadmi sepulchro serpens impositus; Mopsi Argoæ navis tabula; Palinuri, remus; Archimedis, sphæra cum cylindro; Jesu filii Nave, Solis imago; Diogenis Cynici, Canis; Philagri Metelli Nepotis Præceptoris, corvus; & Isocratis, Aries.

Gen. VI. 6.

Ἐνεθυμήθη.

ORigenes sciscitanti Celso, quomodo de hominibus conditis, postquam ingrati improbique evaserant, Deum pœnituerit, respondet, lib. 6. Scripta divina calumniari & falsare Celsum, non scripta pro scriptis exponendo: neque enim in ea historia pœnitentiam Dei ullam prædicari. Temere satis Origenes, vir alioqui cum paucis comparandus. Sic enim Chrysostomus ad hunc Geneseos locum: ἐνεθυμήθη, φησὶν, ἀντὶ τοῦ μετεμελήθη. Sic vertit Aquila. 95.

Rom. VII. 25.

Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ, &c.

LEge ex Codice Claromontano, Ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ. Sic etiam vetus Interpres, quem immerito carpit Beza; cum, præter Codicem Claromontanum, ei faveat vetustissimus alter Codex Græco-Latinus Abbatiæ S. Germani à Pratis, ut 96.

monuit integerrimus & doctissimus Sarravius in Epistolis pag. 218.

1. Pet. V. 5.

Ἐγκομβώσασθε.

VOcem hanc non esse barbaram, sed Græcam, ex Epicharmo & Apollodoro Carystio (an Geloo) probat Photius ὁ παντοδαὴς, in Epistola ad Georgium Nicomediæ Metropolitam, quæ 156. est editionis Montacutianæ, quamque cum aliis paucis primus in vulgus emisit David Hœschelius, Bibliopscopus Augustanus.

97. Joh. XV. 20.

Εἰ τὸν λόγον μου ἐτήρησαν, &c.

Τηρεῖν hic sumitur pro *observare, insidiari*, ut in Opusculis nostris ostendimus. Ita quoque sumendum Gen. III. 15. licet alio abeat Isaacus Vossius in Vindiciis pro 70. Interpretibus, pag. 32. ut pag. 12. & 136. Appendicis. In hoc enim Geneseos loco, καὶ σὺ τηρήσεις αὐτοῦ πτέρναν, eo modo dicitur, quo αὐτοὶ τιλὼ πτέρναν μου φυλάξουσι Hym. 56. 6. Quod novissime tandem fassus est Clarissimus Vossius, in Responsione ad iteratas P. Simonii Objectiones.

Hebr. XI. 5.

Μετέθηκεν αὐτὸν ὁ Θεός.

SIc 70. Gen. V. 24. quod immerito carpit Chamierus, qui ne semel quidem hosce Interpretes recte reprehendit, ut de eo verissime pronuntiat Is. Vossius, in Vindiciis sæpius à
98. nobis laudatis, pag. 11. Appendicis.

Matth. XIX. 4.

Ὁ ποιήσας ἀπ' ἀρχῆς ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς.

EX Septuagir ta Gen. I. 27. Porro ὁ ποιήσας hoc loco idem est ac Paulo Rom. I. 25. κτίσας, Gallice, *le Createur*. Hinc

Hinc vide quam vere dicat Chamierus, verbo κτίζειν perpetuo usum Spiritum S. in Novo Testamento, ad mysterium creationis significandum.

Luc. XVIII. 20.

Μὴ μοιχεύσῃς. Μὴ φονεύσῃς.

HOc ordine ea mandata recensentur Marc. X. 19. Paulo Rom. XIII. 9. Philoni Judæorum doctissimo libro de Decalogo, Clementi Alex. lib. 6. Strom. & Juliano desertori apud Cyrillum Alex. lib. 5. At φόνου præponunt Matthæus V. 21. & XIX. 18. Josephus Antiquit. Jud. l. 3. Athanasius in Sacræ Scripturæ Synopsi, Gregorius Nazianzenus, Augustinus, alii. 99.

Psalm. CIV. 17.

Τὸ ἔρωδιὸς ἡ κατοικία ἡγεῖται αὐτῶν.

HIc hærent Interpretes, tum veteres, tum recentiores. Verte meo periculo, *Le nid du héron y est le plus haut*, vel, *y tient le premier rang*. In Cedris scilicet, de quibus paulo ante Hymnographus. Chrysostomus MS. Cardinalis Grandvellani (Lindano teste in Psalterio) locum hunc ita exponit: *Erodii grex viam (ad nidulandum) extendit, quia omnium prima nidum struit.* Quæ tacito Chrysostomi nomine pro more exscribit Euthymius.

Apoc. I. 10. 100.

Ἐν τῇ κυριακῇ ἡμέρᾳ.

PEr κυριακὴν ἡμέραν, possit Libri hujus author intellexisse, non feriam primam hebdomadis, quæ quinquagies bis in anno recurrit, sed eumpse mensis ejusdem diem, quo Dominus noster Jesus Christus resurrexit; qui dies semel recurrit in anno. Sane apud Johannem Constantinopolitanum, qui vulgo Chrysostomus, (Moscis * *Zloto usti*, quod idem sonat) ἡ ἡμέρα κυριακὴ pro die Paschatis.

* Sic Oceani Scythici ripes quædam (Julio Scaligero teste Exerc. 302.) Zlota babba dicitur, h. e. anus aurea; anus enim præ se fert formam.

101. 2. Pet. II. 22.

Κύων ἐπιστρέψας ἐπὶ τὸ ἴδιον ἐξέραμα.

EX Proverb. XXVI. 11. nisi quod, pro ἔμε]Θ voce tritissima, Petrus (si modo hujus Epistolæ auctor) vocabulum insolentius posuit, quod incassum alibi quæras. Græcis tamen ignotum prorsus non fuisse, inde forte colligi potest, quod τὸ ἐξεραῦν verbum, vomendi significatu, apud varios occurrit, ut ex Hippocrate, Dioscoride (cujus mentem cum Ruellio & Marcello minus cepit Bochartus in Hierozoico part. I. p. 672.) & aliis probat Gatakerus, Miscellaneorum cap. 41. Alia de hac voce Robertus Creyghton, (de quo supra) Prælectionibus luce dignissimis in Aristophanem, quas benigne, ut alia multa, mecum communicavit vir illustrissimus ac doctissimus Gulielmus Sancroft, totius Angliæ Primas.

---

102. Jonæ IV. 6.

Καὶ προσέταξε κύε]Θ ὁ Θεὸς κολοκυνθῃ, &c.

HOc loco falli videntur 70. Interpretes, cum statuunt קיקיון esse *Cucurbitam*, hæc enim vermiculis nullo modo est obnoxia. Hinc adagium vetus apud Athenæum lib. 2. cap. 18. ex Epicharmo, ὑγιέστερος κολοκυνθας. Verum adagium illud intelligendum, non de Cucurbita in se considerata, sed de ejusdem viribus, de quibus fuse satis Dioscorides lib. 2. cap. 162. & Plinius lib. 20. cap. 3. Hæc aliaque eo spectantia nos docebit Ægidius Menagius, vir politus ac eruditus, in Etymologico Botanico, quod pollicetur ad Malherbii Poëmata, p. 395.

---

103. Hebr. I. 6.

Καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι Θεῦ.

DEsumptus hic locus non ex Psalm. XCVII. 7. uti vulgo existimant, sed ex Deut. XXXII. 43. apud 70. Interpretes, ubi totidem verbis habetur. Abest enim ab Hebræis Codicibus hodiernis. Epiphanium vise hæresi 69. & ibi Petavium,

ut

ut in Ancorato. Hinc discas licet 70. Interpretes Codices habuisse nostris longe integriores. Quod haud illibenter concedunt Theologi de Interprete Latino Sapientiæ Sirach, in quo tam multa legimus, quæ in Græcis non invenias. Porro, præter Epiphanium, locum hunc ex Deut. XXXII. laudant Eusebius Demonstr. Evang. lib. 2. cap. 1. Jobius monachus lib. 3. de verbo incarnato cap. 19. Hilarius in Psalm. LXVII. alii.

Heb. III. 9. 104.

Τεσσαράκοντα ἔτη.

VErba hæc ad versum sequentem referenda sunt, ut liquet ex versu 17. Delenda itaque particula Διὸ versiculo sequenti; quæ, opinor, irrepsit ex versu 7. Vide Psalm. XCV. & Act. XIII. 18.

Psalm. CXIX.

JAcobus Furnius, Genuensis, JCtus insignis, (qui claruit anno 1500.) Psalmum istum transtulit Græco ac Latino carmine, juxta similitudinem Hebraicorum versuum; quorum ut singuli octonarii octo continent versus, ab una litera secundum ordinem alphabeti incipientes; ita Græci ac Latini octonarii totidem versus, ab eadem litera incipientes. Specimen exhibet vir magnus Aug. Justinianus, Nebiensis Antistes, in Psalterio, & ex eo, licet nomen dissimulet, Sixtus 105.
Senensis in Bibliotheca. Furnium istum vocat Justinianus, virum in Græcis literis, etiam Hermolai testimonio, nulli secundum.

Apoc. XXI. 19.

Ὁ τέταρτος, χαλκηδών.

CAlcedonius est Carbunculi vel Pyropi (si modo Lapis sit) species. Cui nomen dedit non χαλκηδὼν civitas Asiæ, inclyta quarto Concilio Oecumenico, sed Καρχηδὼν, sive Carthago magna, tradente Plinio l. 37. c. 7. Dixi de Pyropo, *si*

modo Lapis sit; nam lapidem esse negat Benedictus Ægius, Spoletinus, nobilis antiquarius, ad calcem Notarum in Apollodori Bibliothecam. Hujus verba à nemine, quod sciam, laudata, juvat referre: *In lucem brevi proditurus est Commentariolus de Pyropo, ni fallor, haudquaquam contemnendus; nemo enim hactenus eorum, quos legerim, quidnam sit Pyropum sciviſſe inveni.*
106. *Illud enim Eraſmus in Libello tui titulum fecit Ciceronianum; illud item Georgius Agricola; illud Beroaldus; illud etiam Pius præceptor meus; illud Raphaël Regius; illud demum univerſi, & qui nunc vivunt & clari ſunt, præter admodum paucos, qui, nobis docentibus, quid Pyropum ſit, cognoverunt, lapidem eſſe falſo exiſtimaverunt. Id quod ex noſtro propediem in lucem venturo Commentariolo à nobis apertiſſime demonſtrabitur.* An Commentariolus iſte prodierit, nobis incompertum.

Gen. XIX 3.

Τόπον.

LEgendum πότον, *convivium*. Par mendorum in hac ipſa voce ſuſtulit Salmaſius p. 339. Achillis Tatii. Sic Sapientiæ 2.7. pro ἄέρος reponendum ἔαρος, ex acutiſſimi Petri Nannii conjectura, quo nemo melius librum illum Salomone dignisſimum elucidavit.

Exod. IV. 25.

107. Καὶ λαβοῦσα σεπφώρα ψῆφον, &c.

ΨΗΦΟΝ, Hebraicè צר, idem eſt ac μαχαίρᾳ πετρίναις πέτρας ἀκροτόμου, quibus in circumcidendis filiis Iſrael Jeſus filius Nave uſus eſt, quæque cum ipſo poſtea fuerunt ſepultæ, ut ex 70. Interpretum verſione conſtat. Hæc enim in Codicibus Hebræis nusquam habentur. Quæ tamen ab illis Interpretibus addita, nemo, niſi Rabbinomanes, exiſtimabit. Eadem legas apud Saidum Ibn-Patrik in Chronicis, referente Hottingero pag. 523. Smegmatis Orientalis. Agnoſcit etiam Origenes, Saido, ſive Eutychio, longe vetuſtior.

1. Cor.

1. Cor. XIII. 4.

Ἡ ἀγάπη ὐ περπερεύεται.

DOctissimus Gatakerus ad Antoninum p. 188. verba hæc commodissime verti posse existimat, *Charitas non effert se.* Minus recte, sic enim περπερεύεται à φυσιᾶται, quod statim sequitur, nihil aut parum differet. Nos iis calculum adjicimus, qui *adulatur* vertunt; nec aliter accipimus locum illum Ciceronis ad Atticum lib. 1. Epist. 11. *Ego autem ipse, Dii boni, quomodo ἐνεπερπερεύσαίμην novo auditori Pompeio?*

Gen. XIX. 26.

Καὶ ἐγένετο στήλη ἁλός.

DOminus noster Jesus Christus Luc. XVII. 32. Μνημονεύετε τῆς γυναικὸς Λωτ. Autor libri sapientiæ X. 7. Ἀπιστούσης ψυχῆς μνημεῖον ἑστηκυῖα στήλη ἁλός. Targum Hierosolymitanum à Francisco 109.
Thomæ Taylero Gatakeri genero doctissimo Latine versum p. 12. *Ecce autem conversa est uxor Lothi in columnam salis, quæ, donec venerit resurrectio, qua mortui resurgent, est permansura.* Hoc an verum sit, paucis expendamus. Josephus quidem, ut ab eo ordiamur, fidissimus, diligentissimus & eruditissimus Scriptor, Antiquit. Jud. lib. 1. cap. 12. Statuam hanc se vidisse affirmat. Ἑστῶσα δ' αὐτὴν, inquit; ἔστι γὰρ καὶ νῦν ἀναβαίνει. Quæ, ut alia multa, imperitè transtulit Gelenius Interpres, & ex eo Arnaldus Andilius. Ævo suo extitisse tradit etiam Clemens Romanus, in Epistola ad Corinthios. Idem de sua ætate Irenæus lib. 4. cap. 51. & eo junior Tertullianus, Carmine de Sodoma; uterque paulo inverecundius. Hoc quoque testantur authores superioribus longe posteriores; Arculphus nimirum, (quem sub B. Antonini nomine edidit Cl. Menardus) in Itinerario: Epiphanius monachus in Periegesi Terræ Sanctæ, quam à Sirmondo communicatam in vulgus emisit Federicus Morellus: Anselmus mo- 110.
nachus Franciscanus in Descriptione Terræ Sanctæ, apud Henricum Canisium Antiquæ Lectionis tomo 6. & alii multi, quos, brevitati studentes, omittimus. Pernegat tamen

men Nicolaus Christophorus Radzivil, Princeps Polonus, in Itinerario suo, *Diligenter*, inquit, *ex Arabe nostro cæterisque, qui loca illa habent explorata, quæsivi, qui constanter affirmabant, nihil simile illic reperiri.* Cui suffragatur Frater Angelus monachus, qui in Hierosolymitano Conventu quinquaginta annos exegit, narrans multos Europæos suo tempore statuam illam quæsivisse nec invenisse.

Psalm. LXXIX. 2.

Ἔθεντο Ἱερυζαλὴμ ὡς ὀπωροφυλάκιον.

111. Ὀπωροφυλάκιον, (quæ vox etiam occurrit apud 70. Mich. III. 12. Jerem. XXVI. 18. & alibi) docente Hieronymo in prolixa Epistola ad Suniam & Fretelam, est specula quam custodes fatorum & pomorum habere consueverunt. Hoc itaque vult Psaltes, de amplissima urbe, qualis fuit urbs Hierusalem, tuguriolum vix remansisse. Hanc expositionem firmat Hesych. Ὀπωροφυλάκιον, inquit, ἡ σκηνὴ, ἡ καλύβη τῶ Φυλάσσοντος, ubi supplendum cum doctissimo Pricæo, τὰς ὀπώρας. Sic etiam B. Germani Psalterium, Benedictinorum Parisiensium rarissimum κειμήλιον; habet enim, *Posuerunt Hierusalem in casam pomarii*, Jacobo Brolio teste in Antiquit. Parisiensibus, pag. 376. Non male versio vulgata, *in pomorum custodiam.* Cui concinit Psalterium Romani nomine editum, à viro clarissimo Jacobo Fabro Stapulensi, qui apud Neracenses centenario major obiit. Inter B. Germani Psalterii varias lectiones tomo 4. Augustini operum nuperrime editorum præfixas, superiorem à Brolio laudatam invenimus.

---

112. 4. Reg. XXI. 6.

Καὶ ἐποίησε θελητλὼ καὶ γνώσας ἐπλήθυνε.

Pro θελητλὼ reponit Clarissimus Is. Vossius in Vindiciis pro 70. Interpretibus pag. 61. θελκτλὼ; præeunte Lexico MS. sub Cyrilli nomine, quod Origenis esse putat vir doctissimus, in quo manifeste legitur θελκτὴς. Pro θελητλὼ, Editio Roma-

na

na habet τερθήν. De his & aliis nominibus consulendus omnino excellentis doctrinæ ac emendatissimi judicii vir Andreas Masius, Dissertatione singulari apud Wierum de Præstigiis Dæmonum lib. 2. cap. 1.

Hebr. XI. 4.

Πίστει πλείονα θυσίαν Ἄβελ, &c.

Πλείονα θυσίαν eo modo dicitur quo πλείοι & δόξης & πλείονα τιμῆ c. 3. v. 3. Gallice vertas, *Par la Foy Abel a plus offert en sacrifice à Dieu que Cain.* Vetus Interpres transtulit, *plurimam hostiam*: Erasmus, *copiosiorem.* Alludit nimirum Apostolus ad locum Gen. IV. 7. prout apud 70. occurrit, quem versibus ita expressit Prudentius, Præfat. in Hamartigeniam: 113.

Vox ecce summo missa persultat throno,
Cain, quiesce, namque si recte offeras,
Oblata nec tu lege recta dividas,
Perversa nigram vota culpam traxerint.

De hoc Geneseos loco videndus omnino Suidas in οὐκ ὀρθῶς ἢ ἐξῆς.

Rom. XIII. 2.

Οἱ δὲ ἀνθεστηκότες ἑαυτοῖς κρῖμα λήψονται.

CHristianissime in hanc rem Jacobus Bongarsius, Aurelianensis, Henrici IV. ad Germaniæ Principes olim legatus, vir pietate ac eruditione illustris, in quadam ad Joachimum Camerarium Joachimi F. Epistola: *Hic, clarissime & prudentissime Domine, effundam in sinum tuum amicum & candidum, quæ me sæpe agitant, nec turbant tamen. Repete & nostros Duces, qui armis suis Religionem prætulerunt. Videbis victos vestros à Carolo V. captosque & affectos contumeliis, privatos etiam bonis. In Gallia captum primo bello Condæum, tertio occisum: Amiralium semper victum; tandem trucidatum cum magna Procerum turba. In Belgio, Aurangium itidem globo prostratum. Certe judicare aliud non possum, quam ingrata illorum arma Deo fuisse.* Hæc ii minus concoquent, quibus 114.

Ambrosianum illud nunquam arrisit: *Coactus repugnare non novi, dolere potero, potero flere, potero gemere. Aliter nec debeo nec possum resistere.* Nec illud item Legionis Thebeæ: *Tenemus ecce arma, Imperator, & non resistimus tibi, quia mori, quàm occidere, malumus; & innocentes interire, quam noxii vivere, præponimus.*

---

115. Jac. II. 23.

Καὶ φίλος Θεοῦ ἐκλήθη.

EX Jacobo, puto, Clemens Romanus in Epistola ad Corinthios p. 24. ἐμαρτυρήθη μεγάλως Ἀβραὰμ καὶ φίλος θεοῦ ἀνηγορεύθη ὑπὸ Θεοῦ. Sic etiam autor libri Judith apud Latinum Interpretem VIII. 22. *Abraham per multas tribulationes probatus, Dei amicus effectus est.* Quam non solius Abrahami mercedem esse, sed viri mundi cujuslibet tradunt Hebræorum Magistri, in hisque Rabbi Machir, in Libello inscripto, *Pulvis Aromatarius.* Cyprianus in De laude Martyrii, cùm Martyrium impense laudasset, sic Præfationem claudit: *Amplectenda res est & optanda, & omnibus postulationum nostrarum precibus expetenda, ut qui servi Dei sumus, simus & amici.* Ac rursus ad calcem libri: *Quis igitur non omnibus viribus elaborat ad tantam claritatem pervenire, ut amicus Dei fiat, ut cum Christo statim*
116. *gaudeat, ut post tormenta & supplicia terrena præmia divina percipiat?*

Prov. VIII. 22.

Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ.

ALiter paulo Philo Judæus, Libro πρεσβευτικῷ· ὁ Θεὸς ἐκτίζατο με πρωτίστην τῶν ἑαυτοῦ ἔργων. Vertit Gelenius, *Deus creavit me primam operum suorum.* Pro ἐκτίζατο legendum puto ἐκτήσατο, ut vertit Aquila. Firmant Septuaginta Psalm. CXXXIX. 13. sed imprimis Deut. XXXII. 6. In quibus locis Sole clarius est, *possidere* pro *creare* ac *producere* usurpari.

Ephes. IV. 26.

Ὁ ἥλιος μὴ ἐπιδυέτω, &c.

ALludit forsan Paulus ad Pythagoræorum praxin, qui (Plutarcho

tarcho auctore in Libello de amore fraterno) ante Solis occa- 117.
sum in gratiam secum invicem redire consueverant. Olim
etiam necesse erat ante Solis occasum adversarium vincere, ut
probant veteres Duelli formulæ ab amplissimo Savarone edi-
tæ. De civilibus quoque negotiis illud ipsum testatur Philip-
pus de Beaumanoir, qui, sub Philippo III. Rege Claromon-
tensis Comitatus in Bellovacis Leges patria lingua scripsit,
cujus verba sunt hæc, c. 2. ex Codice Antonii Loiselli, refe-
rente illustrissimo & sapientissimo Bignonio ad Marculphum
pag. 301. edit. secundæ: *Se li ajornemens est fais à relevée ou as ve-
spres, l'euvre de la presentation dure jusques à Soleil esconsant, & qui
de Soleil luisant se presente, il ne puet estre en defaute du jour.* Vide
Exod. XXII. 26.

Act. XXVII. 14.

Εὐροκλύδων.

LEge ex Ms. Alexandrino Εὐροακύλων; quam lectionem se- 118.
cutus est vetus Interpres. Pari modo apud Vitruvium
lib. 1. cap. 6. dicitur Euronotus, & Eurocercius.

---

1. Pet. III. 19.

Ἐν ᾧ καὶ τοῖς ἐν φυλακῇ πνεύμασι, &c.

LOcum hunc pulchre illustrant Hieremiæ verba, à Judæis,
arguente Justino in Dialogo cum Tryphone, sublata:
Quæ ita vertit vetus Irenæi Interpres lib. 5. cap. 26. *Commemora-
tus est Dominus Sanctorum mortuorum suorum, eorum qui ante dormi-
erunt in terram stipulationis* (*sepelitionis* reverendissimus Usserius,
& ipso prior Alphonsus Salmero Jesuita) *& descendit ad eos, ex-
trahere eos & salvare eos.* De hoc Petri loco Clemens Alexan-
drinus Strom. l. 6. Origenes lib. 2. contra Celsum, Athana-
sius contra Apolinarium, Jobius monachus apud Photium p.
330. edit. Augustanæ, alii.

---

1. Pet. II. 23.

Παρεδίδου τῷ κρίνοντι δικαίως. 119.

CYprianus Sermone de Bono Patientiæ legit, *Tradebat autem*

se judicanti se injuste, Pilato nimirum. Sensu non falso. Sic etiam vetus Interpres. Sed, quod mirere, ita quoque Græce Casaubonus in Epistola auro contra non cara ad Frontonem Ducæum Jesuitam, pag. 106. editionis Londinensis: *Christus*, inquit, *vindictæ cupiditatem severissime suis interdicens, exemplum mansuetudinis per totam vitam præbuit*: λοιδορέμενος οὐκ ἀντελοιδόρει, πάσχων οὐκ ἠπείλει, παρεδίδου δὲ τῷ κρίνοντι ἀδίκως. Græcorum lectionem reddit Augustinus, Tractatu 11. in Johannem, ut ad hunc locum observat magnus Desiderius, Batavorum sydus fulgentissimum.

120. Act. XXIII. 26.

Φήλικι χαίρειν.

IN Epistolis Cleon primus verbum χαίρειν usurpavit, ut tradit Eubulus Comicus apud Suidam in voce χαίρειν. Firmat Eumoerides vel Moeridis Atticista (apud reverendissimum Usserium ad Ignatii Epistolas suppos. pag. 104.) in Lexico ex Bibliotheca Cæsarea Viennensi à Johanne Pricæo descripto: χαίρειν ἐν ἐπιστολῇ πρῶτος λέγεται γράψας Κλέων Ἀθηναίοις, μετὰ τὸ λαβεῖν τὴν Πύλον. ἔνθεν καὶ τὸν Κωμικὸν ἐπισκώπτοντα εἰπεῖν, Πρῶτος δὲ ἡμᾶς, ὦ Κλέων, Χαίρειν ἐπέστειλε, πολλὰ λυπῶν τὴν πόλιν. Hic Aristophanis locus non occurrit, quod meminerim, in undecim Comœdiis quæ supersunt. At in Pluto Cleonem Attico melle (quod est λεπτογείως) ita perlinit Comicorum princeps:

Χαίρειν μέν ὑμᾶς ἔστιν, ὦ ἄνδρες δημόται,
Ἀρχαῖον ἤδη προσαγορεύειν, καὶ σαπρόν.
Ἀσπάζομαι δ'.---

121. Et in Nubibus:

Πρῶτα μέν χαίρειν Ἀθηναίοισι, καὶ τοῖς ξυμμάχοις.

Ad quæ loca consulendus Scholiastes. Cleonis χαίρειν rejecto, εὖ πράττειν prætulit divinus Plato, εὐπαθεῖν vero Epicurus. De quo videsis Mericum Casaubonum, Isaaci filium, in Spicilegio Notarum ad Diogenem Laërtium. Pro χαίρειν, γαθεῖν, quod idem sonat, usurpat Alexarchus, Cassandri frater, in quadam apud Athenæum l. 3. Epistola; cujus inscriptionem

nem felicissime restituit Johannes Pearson, in Vindiciis Epistolarum S. Ignatii, Part. II. pag. 197. Ad quarum confutationem (ut id obiter dicam) imparatus admodum accessit V.C. Matthæus Larroque, Rothomagensis Ecclesiastes.

Matth. I. 19.

Παραδειγματίσαι.

H. E. *traducere.* Quod Eustathio Amorum Scriptori Θεαμβεύειν, Harmenopulo Πομπεύειν, Achmet Θεατρίζεσθαι. 122.

Exod. XXXII. 32.

Εἰ μὴ ἐξάλειψον με, &c.

ITA quoque Origenes in Philocalia pag. 74. editionis Tarini. Ac Clemens Romanus in Epistola ad Corinthios pag. 69. & ex eo Clemens Alex. Strom. l. 4. ἢ καί με ἐξάλειψον ἐκ βίβλων ζώντων. Quæ in hunc modum exponit Clemens Romanus, ὦ μεγάλης ἀγάπης, ὦ τελειότητος ἀνυπερβλήτου· παρρησιάζεται θεράπων τοῖς κύριον, αἰτεῖται ἄφεσιν τῷ πλήθει, ἢ καὶ ἑαυτὸν ἐξαλειφθῆναι μετ' αὐτῶν ἀξιοῖ. Et ex Clemente Romano Clemens Alexandrinus, ὅση τελειότης τὸ σωποθαινεῖν ἐθελῆσαι τῷ λαῷ ἢ σώζεσθαι μόνον. Optime.

Joh. VIII. 24. 123.

Ὅτι ἐγώ εἰμί.

PRo ὅτι, repone ὅ τι. Sic Nonnus in Paraphrasi, exponens ὅ, τι, per illa τίς ἢ τίνος τοκῆος. Ita quoque intellexerunt Judæi, qui statim Christum rogarunt, σὺ τίς εἶ; vel τί εἶ; ut habent quædam exemplaria Græca, Isidoro Clario teste. Huic interrogationi apposite respondet Christus τὸ ἀρχὴν ὅ, τι καὶ λαλῶ ὑμῖν. Hoc est, *plane id sum, quod & loquor vobis.* Τὸ ἀρχὴν hic valet, *prorsus, omnino*, ut apud Herodotum in Erato, εἴγε ἀρχὴν μὴ ἔλαβον, *si prorsus non accepi*; & apud Pausaniam in Bœoticis, οἱ μὲν δὴ ἀρχὴν ἀνῃρέθησαν νεκρούς, *aliqui prorsus non tollebant cadavera.* His adde Ælianum, qui de Socrate

crate verba faciens Var. Hist. lib. 13. cap. 27. ait, μόνῳ οὖν ἐνίσησε τῷ ἀρχῷ.

---

124. Matth. XXVII. 53.

Μετὰ τὴν ἔγερσιν αὐτοῦ.

Hic haud spernendam duxerim Michaëlis Glycæ Historici conjecturam, pro αὐτοῦ legentis αὐτῶν. Dispiciant eruditi.

Act. VIII. 33.

Ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ ἡ κρίσις αὐτοῦ ἤρθη.

VErtas optime, *In humilitate damnatio ejus elata est.* Gallice, *Dans son abaissement sa peine* ou *sa condannation a esté acruë.* Sic Jerem. li. 9. de Babylone, Τὸ κρῖμα αὐτῆς ἐξῆρεν ἕως τῶν ἄστρων, *Damnatio* vel *pœna ejus elevata est usque ad sydera.* Aliter de hoc loco statuit ignei vir ingenii Alexander Morus, ad Esaiæ caput LIII. pag. 76. & seq.

---

125. Matth. XIX. 24.

Εὐκοπώτερον ἐστὶ κάμηλον, &c.

GRæci quidam ad funem nauticum hæc traxerunt, ignorantiâ adagii inter Hebræos & Arabas usitati, non minus de Elephante quàm de Camelo. Simile & illud Ennii apud Varronem lib. 6. de LL. *Prius pariet Locusta Lucam Bovem.* Porro hanc comparationem sic accommodat Johannes Xiphilinus, Archiepiscopus Constantinopolitanus, Homilia in hunc locum MS. ΚΑΘΑΠΕΡ ΤΟ ΤΡΥΠΗΜΑ ΤΗΣ ΡΑΦΙΔΟΣ ΟΥ ΧΩΡΕΙ ΤΗΝ ΚΑΜΗΛΟΝ ΔΙΑ ΤΕ ΤΗΝ ΥΠΕΡΒΑΛΛΟΥΣΑΝ ΑΥΤΗΣ ΣΤΕΝΟΤΗΤΑ ΚΑΙ ΔΙΑ ΤΟΝ ΕΚΕΙΝΗΣ ΟΓΚΟΝ ΟΥΤΩΣ Η ΟΔΟΣ Η ΑΓΟΥΣΑ ΕΙΣ ΤΗΝ ΖΩΗΝ ΟΥ ΧΩΡΕΙ ΤΟΝ ΠΛΟΥΣΙΟΝ ΔΙΑ ΤΗΝ ΕΑΥΤΗΣ ΣΤΕΝΟΤΗΤΑ ΚΑΙ ΔΙΑ ΤΟΝ ΑΓΑΝ ΤΟΥΤΟΥ ΟΓΚΟΝ ΩΣΤΕ ΠΡΟΣΗΚΕΙ ΟΓΚΩΝ ΑΠΟΘΕΣΘΑΙ
126. ΠΑΝΤΑ ΚΑΤΑ ΤΟΝ ΑΠΟΣΤΟΛΟΝ ΚΑΙ ΛΕΠΤΥΝΘΗΝΑΙ ΔΙΑ ΕΚΟΥΣΙΟΥ ΠΕΝΙΑΣ. Eadem legas apud Euthymium ad Luc. XVIII.

XVIII. 25. Vilescunt sane nobis hodiernorum Theologorum Commentatiunculæ, quoties animum erudita illa ac salutari Patrum lectione pascimus.

Act. XVI. 16.

Ἔχουσαν πνεῦμα πύθωνος.

Ἐγγαστρίμυθον intellige, quem Græci, Jamblicho teste apud Photium Cod. 94. ἐνρυκλέα, Babylonii σακχούραν vocant. Forte à שכר *inebriari*, vel à Chaldæo זכורו *ariolus*. De quo adeundus Bochartus in admirando Opere de Animalibus Biblicis Part. II. pag. 384. Bochartus, inquam, quem ut, dum viveret, veneratione singulari coluimus, ita nunc fato functum lugemus, cum omnibus bonis, quibus nota erat viri illius, in summa omnium fere linguarum & universæ antiquitatis peritia, admirabilis morum probitas, pari modestia juncta. Babylonius quidam, nomine Sacchora, memoratur Æliano lib. 12. de Animal. c. 21. 127.

Matth. I. 21.

Καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν· αὐτὸς γὰρ σώσει, &c.

Angelo prior eadem fere dixerat de Jesu filio Nave Jesus alter, filius Sirach, libri sui cap. 46. vers. 1. & seq. Κραταιὸς inquit, ἐν πολέμοις Ἰησοῦς Ναυῆ, ὃς ἐγένετο κατὰ τὸ ὄνομα αὐτοῦ μέγας ἐπὶ σωτηρίᾳ ἐκλεκτῶν Θεοῦ. Porro à nomine JEsus duplex Religiosorum Ordo avorum ætate denominatus est, Jesuatæ nimirum, quibus initium dedit Johannes Columbinus, Senensis, & Jesuitæ. De Jesuatis hæc notatu dignissima legas apud Johannem Antonium à Sancto Georgio, Cardinalem Alexandrinum, alias Præpositum S. Ambrosii nuncupatum, in Comment. super Decret. distinct. 22. tit. *Sacro sancta*: *Glossa super verbo* Christianorum *quærit qualiter primo Christiani vocabantur*: *& solvit ut in fine glossæ. Quærit Archiepiscopus etiam quare potius dicti sunt Christiani quam Jesuani. Solutio, quod nos communicamus cum eo significationem nominis* Christus. *Christus enim idem* 128.

est

est quod unctus, & istam unctionem communicavit nobis, quia, ut dicit Apostolus, de plenitudine ejus accipimus omnes. Sed id quod significat hoc nomen Jesus, *non communicavit nobis. Jesus enim idem est quod salvator, & hoc scilicet salvare sibi soli convenit, ut enim dicitur in Evangelio, ipse salvum fecit populum suum à peccatis eorum, quasi diceret, non alius. Et hæc nota contra illos Relligiosos, qui nomen sibi assumpserunt quod* Jesuatæ *vocentur, sed eorum simplicitati parcendum est.* Hæc Cardinalis Alexandrinus de Jesuatis; quorum Ordinem ante paucos annos sustulit Clemens IX. Pontifex verè maximus.

---

129. 1. Sam. XXIV. 4.

Παρασκευάσασαι.

FOrte legendum cum Henrico Stephano in Thesauro, ἀποσκευάσασθαι, *ventris onus deponere*, quod *corpus reficere* elegantissimo Scriptori Sulpitio Severo, Historiæ S. lib. 1. Pollux lib. 5. c. 14. ἀποσκευάσασθαι, χέσαι. Usurpant etiam Septuaginta Levit. XIV. 36. pro *vacuare*. Haud silendum tamen pro παρασκευάσασθαι, legere Theodoretum ἀνασκευάσασθαι, id est *ad deponendum*, onus ventris scilicet. Josephus ἐπὶ τῶν κατὰ φύσιν. Zonaras Annalium 1. εἰς ἀπόπατον.

Jerem. L. 8.

Γένεσθε ὥσπερ δράκοντες κατὰ προβάτων.

PRo δράκοντες, legendum ex conjectura nostra δόρκονες. Nihil certius. Plura in Opusculis.

---

130. Act. XVI. 13.

Οὗ ἐνομίζετο προσευχὴ εἶναι.

προσευχὴ hic & versiculo 16. locum orationi dicatum notat. Proseucham vocat Juvenalis Sat. 3. Pro ἐνομίζετο, ἐδόκει habet Cantabrigiensis Codex, olim Bezæ; cui favet Epiphanius, hæresi 68. contra Massalianos. De Proseuchis Paulus Leopardus, vir rara valens ἀγχινοίᾳ, Emendationum lib. 3. cap. 4.

Marc.

Marc. XVI. 16.

ὁ πιστεύσας καὶ βαπτισθεὶς, σωθήσεται.

HInc non immerito colligas, solos adultos Baptismi esse capaces. Qua in sententia Veteres fuisse liquido fatentur Walafridus Strabo lib. de rebus Ecclesiasticis cap. 26. Ludovicus Vives ad Augustinum de C. D. lib. 1. c. 27. Erasmus in quadam Epistola, quam cum aliis edidit Paulus Merula 1607. Grotius in Epistolis ad Gallos pag. 418. edit. secundæ, ut ad Matth. XIX. 14. Salmasius Libro de Transubstantiatione p. 494. & Johannes Baptista Thiers in Libello utilissimo de festorum dierum imminutione p. 265. Veteribus hisce accensendus Berengarius, vir magnus, quem Pædobaptismum impugnasse tradunt Georgius Cassander, talium peritissimus, Præfat. in Librum de Pædobaptismo, & meritissimus Antecessor Franciscus de Roye in Berengarii Vita; Uterque ex Guimundo Episcopo Aversano. Berengarium κατ' ὁδὸν secuti sunt Albigenses; sic enim Johannes Chassanio, Theologus Gallus, Albigensium Hist. lib. 1. cap. 6. *Ce qui me fait croire que les Albigeois n' aprouvoyent point le Baptesme des petits enfans, c'est qu'en l' Histoire de la ville de Trieves, il est dit qu' à Yvoy du Dioceſe de Trieves aucuns nioyent le Sacrement du Baptesme profiter à salut aux enfans.* Quæ desumpta sunt ex Historia Trevirensi MS. quam ante triennium Spicilegii sui tomo 12. inseruit Domnus Lucas Dachery, monachus Benedictinus, vir de re literaria pulchrè quotidie merens. Locus à Chassanione laudatus occurrit p. 243. his verbis: *Ivodii, quod Trevericæ Diœceſis appenditium est, fuerunt eo tempore hæretici, qui ſubſtantiam panis & vini, quæ in altari per Sacerdotes benedicitur, in corpus Chriſti & ſanguinem vemciter transmutari negabant, nec Baptiſmi Sacramentum parvulis ad ſalvationem proficere dicebant, & alia perplura profitebantur erronea, quæ memoriæ tradere nefas duxi.* Hic eruditum illum monachum Benedictinum in transcursu monebo, Martini Dumiensis Episcopi Præfationem ad Mironem Gallæciæ Regem in Formulam vitæ honestæ, (quam velut ineditam Spicilegii sui tomo 10. ipse vulgavit) à Boxhornio ante multos annos in lucem prolatam ad

131.

132.

Ammianum Marcellinum, pag. 863. ſed ab altera non parum diſcrepantem, & tacito Mironis nomine. Neſcivit etiam reverendus Pater, Chartam Fundationis S. Bartholomæi Rupellenſis, Spicilegii tomo 11. editam, bis antea fuiſſe vul-
133. gatam; primum ab Auguſto Gallando, Pariſienſi, puto, Cauſidico, in Diſſertatione Gallicè ſcripta de veteri ac novo Rupellæ ſtatu; dein à Johanne Belio, viro antiquitatum Gallicarum intelligentiſſimo, in Hiſtoria Comitum Pictavienſium. In hac S. Bartholomæi Fundatione, qualis Spicilegii tomo 11. edita eſt, pro *in territorio Abaiſienſi*, repone *in territorio Alnienſi*. Denique minus advertit Senex optimus, & ipſo prior Chifletius Jeſuita, Sermonem de Natali Domini, Spicilegii tomo 11. vulgatum, eſſe Petri Ravennatis, qui vulgo Chryſologus. Extat non ſemel editus inter ejusdem Sermones, auctior etiam & emendatior MS. Chifletiano. Hæc, non carpendi, ſed juvandi ſtudio, dicta ſunto.

Hebr. XI. 1.

Ἔλεγχος οὐ βλεπομένων.

Ἔλεγχος hoc loco eſt *argumentum* vel *deſcriptio*. Inter Ariſtotelis Scripta Laërtio memorantur Πυθιονικῶν ἐλεγ-
134. χοι, *Pythionicarum argumenta*, quæ Plutarcho in Solone Πυθιονικῶν ἀναγραφαί, *Pythionicarum deſcriptiones* ſeu *breviaria*. Hoc ſenſu etiam uſurpatur verbum ἐλεγχεῖν, ut apud Euſebium in Chronico, ubi de Minois Legibus à Jove acceptis agens, ὅπερ, inquit, ὁ Πλάτων ἐν τοῖς νόμοις ἐλέγχει, quæ ſonant, *quod Plato in Legibus* (lib. 1.) *declarat*, non, ut Hieronymus, *quod Plato falſum eſſe convincit*. Mirum, hoc non vidiſſe eruditorum Anteſignanos Joſeph. Scaligerum in Animadverſionibus, & Iſ. Caſaubonum p. 201. Commentarii inchoati in Polybium. Elenchi interdum grandes & oblongi uniones. Juvenalis Sat. 6.

Auribus extentis magnos commiſit elenchos.

Quo loco de Elenchis Dialecticis agi putavit bonus Cochletius, Carmelita, libro de Calvini inferno cap. 7. Ab his Elen-

Elenchis Amandæ mulieri Elenchi nomen. Inscriptio vetus apud Gruterum:

OSSA
AMANDÆ ELENCHI.
HÆC VIXIT ANNOS VIII.

De iisdem D. Paulus 1. Tim. II. 9. & Laurentius Pignorius, doctissimus & elegantissimus Scriptor, in Commentario de Servis, pag. 411. editionis secundæ. 135.

Psalm. CIV. 11.

Προσδέξονται ὄναγροι εἰς δίψαν αὐτῶν.

MAle Versio vulgata, *Expectabunt onagri in siti sua.* Rectius Augustinus ad hunc locum, *Suscipient onagri in sitim suam.* Sic Psalterium vetus.

Rom. I. 32.

Οἵτινες τὸ δικαίωμα τοῦ Θεοῦ, &c.

LOcus iste ita supplendus legendusque ex Codice Claromontano, veteri Interprete, Clemente Romano in Epistola ad Cor. p. 46. & Isidoro Pelusiota: Οἵτινες τὸ δικαίωμα τοῦ Θεοῦ ἐπιγνόντες, οὐκ ἐνόησαν ὅτι οἱ τὰ τοιαῦτα πράσσοντες ἄξιοι θανάτου εἰσὶν, οὐ μόνον οἱ ποιοῦντες αὐτὰ, ἀλλὰ καὶ οἱ συνδοκοῦντες τοῖς πράσσουσι. 136.

Jac. II. 19.

Καὶ τὰ δαιμόνια πιστεύουσι καὶ φρίσσουσι.

ONomacritus in Hymnis, de Deo, Δαίμονες ὃν φρίσσουσι: Rex Manasse in Oratione, ὃν πάντα φρίσσει. Orationem hanc (hoc in transcursu) è Græcis Patribus laudant Antonius, Damascenus, uti videtur, discipulus, in Melissa, p. 165. edit. Gesnerianæ, & auctor Constitut. Apostolicarum lib. 2. c. 25. Ex quo desumpsit Suidas, quæ de Manasse tradit. E Bibliotheca Sanvictoriana Græce primus edidit Robertus Stephanus,

Typographorum decus, in Bibliis editionis vulgatæ, Parisiis excusis anno 1540. Plura de hac Oratione doctissimus Cotelerius ad Scriptores Apostolicos pag. 150.

Psalm. CVI. 19.

137. Καὶ ἐπίησαν μόσχον.

Μόσχος hoc loco non est *Vitulus*, ut vulgo transferunt, sed *Bos*, ut Apoc. 4. 7. Firmat Tertullianus, qui, libro contra Judæos, *Bubulum caput* vocat, ut Lactantius lib. 4. cap. 10. *aureum caput Bovis*; Apollinaris in Metaphrasi κεφαλὴν μόσχου. Accedit Herodotus, qui celebratissimum illum Ægyptiorum Bovem (Apin) μόσχον nominat.

Psalm. CIV. 2.

Ἐκτείνων τὸν οὐρανὸν, ὡσεὶ δέρριν.

SIc Esa. XL. 22. ἔπηξας ὡς καμάραν τὸν οὐρανὸν; forte ut Ennius apud M. Tullium lib. 3. de Oratore dixit *cæli ingentes fornices*. Auctor Dialogi inscripti *Philopatris*, Psalmi locum respi-
138. ciens, εἰ οὐρανὸν ὡς δέρριν ἐξήπλωσε.

Act. III. 12.

Τῷ θύραν τοῦ ἱεροῦ τῷ λεγομένῳ Ὡραίαν.

Ἀπὸ τῆς ὥρας τῆς προσευχῆς forsan sic dictam, ut ingeniose conjicit Thomas Bruno, Anglus, in Expositione Historica Canonis sexti Concilii Niceni, quam MS. legimus Windesoræ apud Cl. Is. Vossium.

Jud. VII.

Ἀπελθεῖσαι ὀπίζω σαρκὸς ἑτέρας, προκειναι δεῖγμα.

Ἀπελθοῦζαι ὀπίζω ζαρκὸς eo modo dicitur, quo 2. Pet. II. 10. τοὺς ὀπίζω σαρκὸς πορευομένους. Sed quid fiet voce ἑτέρας? Ego corruptam esse contendo, & pro ἑτέρας legendum πόρας προκειναι δεῖγμα. Firmat Lucifer Caralitanus, qui versione Itala

Itala usus, *cinis propositæ sunt exemplum* legit, h. e. τεφρώσας, ut 2. Pet. II. 6. versu 6. Judæ post ὑπὸ ζόφον, Clemens Alexandrinus Pædag. lib. 3. cap. 8. legit ἀγρίων ἀγγέλων, *sanctorum Angelorum* Lucifer Caralitanus, quasi legisset ἁγίων. Ultra lectio sit genuina, nos aliquando docebit doctissimus Cotelerius, in nova sua Luciferi editione. Interim Clementis lectionem alteri lubenter anteponimus, firmatam præsertim ex hisce Pastoris verbis, (apud Clementem Strom. lib. 4.) Ἐκφεύξεσθε τὴν ἐνέργειαν τοῦ ἀγρίου θηρίου, ἐὰν ἡ καρδία ὑμῶν γένηται καθαρὰ καὶ ἄμωμος. 139.

Coloss. I. 16.

Εἴτε κυριότητες.

Ἀγγέλους καλουμένους Κυρίους memorat Sophonias Propheta, vel quis alius, apud Clement. Alex. his verbis: Ἆρ' οὐχ ὅμοια ταῦτα τοῖς ὑπὸ Σοφονίᾳ λεχθεῖσι τοῦ προφήτου, Καὶ ἀνέλαβέ με πνεῦμα, καὶ ἀνήνεγκέ με εἰς οὐρανὸν πέμπτον; καὶ ἐθεώρουν ἀγγέλους καλουμένους Κυρίους καὶ τὸ διάδημα αὐτῶν ἐπικείμενον ἐν πνεύματι ἁγίῳ, καὶ ἦν ἑκάστου αὐτῶν ὁ θρόνος ἐπταπλασίων φωτὸς ἡλίου ἀνατέλλοντα· οἰκοῦντας ἐν ναοῖς σωτηρίας, καὶ ὑμνοῦντας Θεὸν ἄῤῥητον ὕψιστον. Hæc Clemens Strom. 5. 140.

Matth. III. 4.

Ἡ δὲ τροφὴ αὐτοῦ ἦν ἀκρίδες.

ITaliæ decus Hermolaus Barbarus Corollario 256. in Dioscoridem de Johannis Baptistæ locustis sic infit: *In sacris literis sunt quibus locustæ mandi solitæ, non animal insectum, sed herbam hoc nomine significent. In qua sententia magnus auctor Chrysostomus & prior eo Athanasius fuisse creduntur.* Chrysostomi locus nobis incompertus De Athanasio sic Fr. Turrianus lib. 5. cap. 6. Defensionis Epistolarum Pontificum: *Johannes Baptista melle tantum sylvestri vescebatur & locustis, quæ genus herbæ sunt, si magno Athanasio credimus; quod auctoritate Scripturæ S. probat, cum*

141. *ait David Psalm.* CVIII. Excussus sum sicut locustæ. *Et Eccles.* XII. Florebit amygdalus, & pingueſcet locusta & dissipabitur capparis; *ut enim amygdalus, ait Athanasius, non est caro, & capparis herba est, ita locusta, quæ crescit in campo & prato. Johannes enim, inquit, si panem non comedebat, multo minus carnem: mel autem, ait, ἀζυμικὸν βρῶμα erat, id est cibus Monachorum.* Ubinam hæc dixerit Athanasius, juxta cum ignarissimis scio. Huic concinit Frater Brocardus, Teutonicus, (apud Tostatum ad hunc Matthæi locum) in Libro de Terra Sancta, dicens *se fuisse in multis Monasteriis apud Jordanem in locis ubi B. Johannes conversabatur baptizans & prædicans, & ibi cum multis Monachis sæpe comedisse herbas, quas illi locustas, vocant, & abundant in terra illa. Et dicunt quod illæ erant locustæ, quas comedebat B. Johannes.* Quæ legere non memini in Brocardi Itinerario Magdeburgi excuso. Athanasii locum supra laudatum respicere videtur Dionysius Carthusianus, scribens *nonnullos per locustas intelligere herbas deserti; cum non videatur probabile, quod Johannes, qui*
142. *nec pane vescebatur, carnes animalium aut aliquid coctum comederit.*

Psalm. LXXVII. 6.

Ἐζεάλλον τὸ πνεῦμα μου.

HEsychius, Ἐζεάλλον, ἀνεζήτουν, ἀνερεύνων. Firmat Hieronymus in Epistola ad Suniam & Fretelam. *Proprie ζεαλισμὸς*, inquit, *in agricultura dicitur, in sarriendo, id est sarculando, & quo modo ibi quæruntur herbæ, sarculo quæ secentur, sic & iste retractatum cogitationum suarum μεταφορικῶς à sarculo demonstravit.* Apud Eunapium in vita Maximi Philosophi memorantur οἱ γυναικεῖοι Ἀρτάβρων ζεαλισμοὶ; sic enim legendum cum viro magno Henrico Valesio ad Sozomenum pag. 108. Artabri populi sunt Lusitaniæ, apud quos olim mulieres aurum sarculis effodiebant, ut docet Strabo libro 3.

---

143. ## Luc. VI. 5.

POst hunc versum, sequentia reperiuntur tum in uno Codice Rob. Stephani, tum in vetustissimo exemplari Bezæ:

τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ θεασάμενον τινα ἐργαζόμενον τῷ Σαββάτῳ, εἶπον αὐτῷ, Ἄνθρωπε, εἰ μὲν οἶδας τί ποιεῖς, μακάριος εἶ· εἰ δὲ μὴ οἶδας, ἐπικατάρατος καὶ παραβάτης εἶ τοῦ νόμου. Quæ in hunc ſenſum exponit Antonius Loiſellus, Advocatus Pariſienſis, vir inter literatos notiſſimus, pag. 20. & ſeq. Opuſculorum: *Il ſemble de prime face, que ce ſoit choſe abſurde de dire qu'un homme fait bien, quand il ſçait qu'il travaille en un jour de feſte, & qu'il fait mal quand il n'en ſçait rien; d'autant qu'il ſemble au contraire, qu'en le ſachant, il face mal, & qu'il ſoit excuſable quand il n'en ſçait rien. Neantmoins quand on conſiderera, que noſtre Seigneur parloit ſouvent par paraboles & enigmes, on pourra penſer qu'il entendoit dire, que ſi cet homme eſtoit desja des ſiens, & tellement converti par les predications de S. Jean, ou par les ſiennes, qu'il ſçeuſt que le Sabbath n'eſtoit plus rien, & qu'il eſtoit fait pour l'homme, & non l'homme pour le Sabbath, ainſy qu'il dit en un autre lieu, il n'offenſoit point eſtant desja delivré de la loy; mais que s'il eſtoit encore en la vieille peau, & dans la loy de Moyſe, il pêchoit contre icelle en y contrevenant à ſon eſcient, & offenſoit, parce que nos fautes & offenſes ſe doivent meſurer ſelon nos intentions & nos conſciences.* Rectiſſime. 144.

REMAR-

145. # REMARQUES

SUR

Quelques Paſſages de la Verſion Françoiſe du Noveau Teſtament de Généve.

147. 1. Cor. X. 28.

Car la terre eſt au Seigneur, &c.

LEs Interpres tombent d'accord que ces paroles ne ſe trouvent point dans les plus anciens Manuſcrits, & qu'elles ſe ſont gliſſées en ce lieu ci par la faute des Copiſtes. Cependant ceux-meſme qui ont depuis-peu retouché nôtre Verſion, ne ſe ſont point aviſez de les retrancher. Choſe étrange! que l'on ſoit aujourd'hui ſi exact à ôter des auteurs profanes les inſertions qui s'y rencontrent, & que l'on ſoit ſi peu ſoigneux de purger les auteurs ſa-
148. cres de celles que la témérité des premiers Chrétiens, ou l'ignorance & la négligence des Copiſtes y ont fourrées.

Hebr. XIII. 4.

Le mariage eſt honorable entre tous.

IL faut tourner, *Que le mariage ſoit honorable entre tous; & la couche ſans ſouillure.*

Hebr. I. 7.

IL faut tourner, *Il fait de ſes Anges, des vents, & de ſes Miniſtres des flames ardentes.*

Rom.

Rom. VI. 4.

Par la gloire du Pére.

JE traduirois plûtoſt, *par la puiſſance du Pére* ; pour éviter l' équivoque du mot de *gloire.*

---

2. Theſſ. II. 7.

149. TOurnez, *Seulement que celui qui tient maintenant la puiſſance, la tienne juſques à ce que ſon autorité ſoit detruite.*

Matth. X. 4. Marc. III. 18.

Simon Cananéen ou *le Cananéen.*

BIen que l' on ait ainſi tourné ſuivant quelques Manuſcrits, il ne s'y faut pas ici arreſter, il vaut mieux ſans comparaiſon ſuivre S. Luc, qui au VI. ch. de ſon Evangile v. 15. & au premier des Actes v. 13. a rendu le mot Hébreu (que l'on a mal interprété Cananéen) par celuy de Ζηλωτὴς. Il faut donc traduire, *Simon* apellé *Zêlé*, comme font dans S. Luc Meſſieurs de Port-Royal, ou, ſelon d' autres, de Pot-Royal ; car voici comme s'en explique l'Oracle du Barreau, Maiſtre Charles du Moulin, parent de la Reine Eliſabet, dans ſon Harmonie Evangelique, p. 106. de l' 150. édition 1565. *Pontificii Monaſterium Nonnarum fundarunt, & erexerunt ſeptem leucis à Pariſiis, verſus Occidentem hybernum diſtans, nomine* Vas Regale : *ubi ſuper columna ad latus Septentrionale Chori, ſtat vas politum, quod oſtentant ut unam ex ſex hydriis, in quibus Chriſtus aquam vinum fecit : ſed non continet unum congium vini, ut ad convincendam ſuperſtitionem mendacii exploratus ſum, & inveni non eſſe vas lapideum, ut falsò aſſerunt, ſed fictile, qualia figuli è terra fingunt & poliunt prope urbem Bellovacenſem, ornandorum abacorum cauſâ.* Cette Harmonie de du Moulin a eſté preſque ſupprimée dés ſa naiſſance par les Calviniſtes, avec d'autres Pieces du meſme du Moulin contre Calvin, ſi nous en croyons Arnaud de Pontac, Eveſque de Bazas, dans ſes Notes ſur la Chronique d'Euſébe, p. 537.

Rom. X. 17.

151. *La foi donc eſt par l'oüie : & l'oüie par la parole de Dieu.*

LE mot ἀκοὴ ſignifiant ici la meſme choſe dans le verſet précédant, voici comme je voudrois tourner : *La foi donc s'engendre par la prédication, & la prédication ſe fait ſuivant la parole de Dieu.*

Marc. XIII. 32.

Et à cette heure là.

JE tournerois plûtoſt, *& à cette ſaiſon là ;* parce que ſi perſonne ne ſait le jour de la venuë de Jeſus Chriſt, à plus forte raiſon en ignore-t-il l'heure.

Luc. XI. 6.

152. TOurnez ſuivant le Grec, *Parce qu'un de mes amis s'eſt détourné de ſon chemin pour me voir, & je n'ay rien à lui preſenter.*

---

1. Tim. III. 2.

AU lieu d'*oeuvre*, je dirois *charge*, qui eſt le véritable nom de l'Epiſcopat. Du moins eſtoit-ce l'opinion des premiers Chrétiens, qui ſe repreſentant les pénes & les fatigues, dont il eſtoit alors particuliérement acompagné, le fuyoient avec autant d'empreſſement que nous le recherchons aujourd'hui. Les Chrétiens d'Egypte (au raport du Pére Vansleb, Jacobin, dans ſon Hiſtoire de l'Egliſe d'Alexandrie, écrite au Caire en 1672. & 1673.) n'en font pas un autre jugement. Car auſſi toſt que quelcun ſoupçonne qu'on le doit propoſer pour eſtre Patriarche, il s'en fuit
153. dans les déſerts ; où les Janiſſaires vont le prendre, lui métant en fuite les fers aux piés, & le conduiſant ainſi enchaîné au lieu où ſe fait l'aſſemblée. A quoi ſe peut raporter ce qu'écrit Jean Batiſte Folenge, l'un des meilleurs Moines de l'Ordre de S. Benoiſt, dans ſon Commentaire ſur le ſecond chapitre de la premiére Epitre de S. Jean : *Apud Campanos monachos*, dit-il, *extant Annales, in quibus illud inter cætera memo-*

memorabile, dignumque quod ad posterorum exemplum in æs aut saxum incidatur, factum legimus. Cum enim in Cavensi Cœnobio, quod propter frequentiam monachorum ac sanctitatem, tum, ob ingentem fortunarum vim & copiam (ex his enim mille, & eo amplius, alebantur monachi) celeberrimum fuit, in demortui locum creandus esset Abbas, hi, quibus electio decreta erat, quorumque interest, ne quid dissidii oriretur, providere, locum antea quàm ad electionem perventum esset, ab armatis circumsederi militibus imperabant, ne scilicet suffectus electioni reluctans fugeret. Adeo sanctissimi illi viri subesse magis, quàm præesse cæteris ambiebant. Voila ce que dit ce bon Moine, frére de Théophile Folenge, auſſi Bénédictin, qui a publié quelques Ouvrages ſous le nom de Merlin Cocaie. 154.

Coloſſ. I. 24.

J' acomplis le reſte des afflictions de Chriſt.

CEtte verſion ſonne un peu mal aux oreilles Chrétiénes. Pour l'adoucir, je traduirois, *J' acomplis les ſuites des afflictions de Chriſt.* Le mot Grec ὑστερήματα ſignifiant auſſi cela.

1. Cor. XIV. 2.

Une langue étrangére.

IL ne faloit pas dans tout ce chapitre métre le mot d'*étrangére* en lettre Italique, comme s'il ne ſe trouvoit point dans l'Original. Ceux qui ſont tant ſoit-peu verſez dans la langue Gréque, ſavent que γλῶσσα ne ſignifie pas ſeulement *une langue*, mais auſſi *une langue étrangére* ou *barbare*, τὴν ἀπεξενωμένην λέξιν, comme parle Euſtathius ſur le premier livre de l'Iliade. 155.

1. Cor. XIII. 7.

Elle endure tout.

SAint Paul ajoûtant un peu aprés, *elle ſuporte tout*, qui eſt la meſme choſe, je croirois volontiers qu'au lieu de στέγει, il faudroit lire ici στέργει, & tourner, *elle aime tout.* S. Cyprien en deux endroits de ſes Oeuvres, au Traité du bien de la Patience,

tience, & dans celui de l'Unité de l'Egliſe, ſemble avoir ſuivi cette leçon, tournant *diligit*. Si l'on retient στέγει, il faut tourner, *elle couvre tout*.

156. Apoc. XIII. 8.

Dont les noms ne ſont point écris, &c.

VOici comme ce paſſage doit eſtre traduit : *Dont les noms ne ſont point écris dés la fondation du monde dans le livre de vie de l'Agneau qui a eſté immolé*. Il ne faut pour juſtifier cette verſion que lire le verſet 8. du 17. chapitre; & il y a lieu de s'étonner que les Theologiens ſe travaillent tant ici ſans neceſſité, à nous faire voir en quel ſens Jeſus-Chriſt a eſté immolé dés la fondation du monde. Ceux qui ſeront curieux d'aprendre leurs diférentes opinions ſur ce paſſage, n'ont qu'à conſulter les Mélanges de Thomas Gataker, l'un des plus ſavans Theologiens, & des plus exacts Critiques que nous ayons.

157. 1. Cor. XV. 54.

La mort eſt engloutie en victoire.

IL y a dans le Grec εἰς νῖκος, qu'il faut tourner *pour jamais*, ſuivant le ſtile des Septante, dont S. Paul raporte ici la verſion. Ainſi au 2. des Rois (qui eſt ſelon les Hébreux le 2. livre de Samuel) ch. 2. v. 26. Abner demande à Joab, l'épée devorera-t-elle εἰς νῖκος? C'eſt à-dire, *toûjours*, ou, comme nôtre verſion l'a fort bien rendu, *ſans ceſſe*.

1. Cor. XV. 56.

Où eſt ô mort! ta victoire &c.

IL ne faloit pas changer l'ordre qui eſt dans le Grec, où l'aiguillon eſt atribué à la mort, & la victoire au ſépulcre.

158. Matth. VI. 27.

Qui eſt ce qui par ſon ſouci &c.

QUand je conſidére que Jéſus Chriſt diſant la meſme choſe dans

dans S. Luc, ch. XII. v. 25. ajoûte auſſi toſt aprés, *Si donc vous ne pouvez pas meſme ce qui eſt trés-petit &c.* Je ne vois pas que le mot ἡλικία ſoit commodément rendu par celui de *ſtature*; l'addition d'une coudée à la ſtature d'un homme, ne pouvant paſſer pour tres-peu de choſe. Ainſi je ſouſcris volontiers à l'opinion d'un docte perſonnage d'Angleterre, nommé Dounæus, qui tourne le mot ἡλικία par celui d'*ætas*; & je ne fais nulle difficulté de traduire aprés lui, *Qui eſt-ce qui par ſon ſoucipeut ajoûter une coudée à ſon âge ?* Au meſme ſens à-peu-pres que David dit à Dieu au Pſeaume XXXIX. v. 6. *Voila tu as réduit mes jours à la meſure de quatre doits.*

Jeh. I. 16. 159.

Et grace pour grace.

LE célébre Dounæus, que nous venons d'aléguer, prétend qu'il faille tourner, *& grace ſur grace.* La prépoſition ἀντὶ ſignifiant quelquefois *ſur*, comme il le prouve par un beau paſſage du Poëte Théognis. Je ſuis de ſon ſentiment. Voyez le docte & pieux Davenant, Eveſque de Salisburi, dans ſon Traité de la Juſtice habituéle & actuéle ch. 16.

---

1. Pier. V. 1.

Je prie les Anciens &c.

LE mot d'*Ancien* eſtant équivoque, je croi que par tout où il ſignifie les Miniſtres de l'Evangile, on ne feroit pas mal de métre celui de *Paſteur*; puiſque le nom de Preſtre (qui eſt le terme de l'Original) n'eſt pas du gouſt de nos gens. En quoi 160.
je m'étonne qu'ils ſoyent plus délicats que Calvin, qui a parlé de ce nom avec vénération, comme le prouve le ſavant M. Porrée dans ſon Apologie pour les Proteſtans p. 135. Auſſi l'Egliſe d'Angleterre a-t-elle retenu ce nom; juſtifiant en cela, comme en autre choſe, qu'elle eſt *priſcæ & Apoſtolicæ antiquitatis præ cæteris ſtudioſiſſima*, comme l'apelle l'illuſtre M. Voſſius, dans une Lettre à Monſieur le Comte d'Oxford.

Epheſ. VI. 15.

Ayant les piés chauſſez de la préparation de l'Evangile de paix.

CEt endroit a eſté mal tourné par nos Interprétes, pour avoir ignoré le ſtile des Septante, qui employent le mot ἑτοιμασία non ſeulement pour *préparation*, mais auſſi pour *baſe* ou *fondement*. Voyez le Pſalm. LXV. ver. 6. & le LXXXIX.
161. ver. 14. C'eſt en ce dernier ſens que l'Apôtre s'en ſert ici.

Rom. XII. 16.

Lanfrancum, tum in Spicilegio. In ea quam ad Richardum Abbatem ille ſcripſit, quamque Dacherius idem edidit è Codice MS. Bibliothecæ Regis Galliæ, locus mutilus ita legendus ſupplendusque: *ad me pervenit ſententia de Euchariſtia, quam in Scriptura habet glorioſæ memoriæ Fulberti S. Epiſcopi Calix argenteus.* Ita ex eodem Codice, ſed accuratius lecto, præſtantiſſimus Albertinus, in Opere de Euchariſtia p. 946. De Berengario
223. verba ſunt obſervatu digniſſima in Chronico S. Maxentii, vulgo dicto Malleacenſi, MS. apud virum eximium Johannem Belium, popularem meum, in Hiſtoria Comitum Pictavenſium. Sic autem Chronicon illud: *Anno 1075. Pictavis fuit Concilium, quod tenuit Giraudus Legatus, de Corpore & Sanguine Domini, in quo Berengarius Aquem ſaucius ferme interemptus eſt.* Locum hunc mihi olim indicavit beatæ memoriæ parens Johannes Colomeſius, Doctor Medicus. In eodem Chronico à Philippo Labbeo vulgato, pro *Berengarius A quem ſaucius ferme*, habetur, *Berengarius ..... ferme.* In Syllabo vero Scriptorum à ſe editorum monet Jeſuita, ſe Chronicon illud deſcripſiſſe è Codice membraneo Joh. Belii, *reſectis*, inquit, *inutilibus.* Pro *A quem*, vide an ſit reponendum *Archidiaconus.* Berengarii Vitam ſcripſit Franciſcus de Roye, Anteceſſor Andegavenſis meritiſſimus.

BERTRAMI vel Ratramni Liber de Corpore & Sanguinæ Domini MS. extitit Pariſiis in Jacobi Gillotii Senatoris
224. Bibliotheca. Codicem ſe vidiſſe Reverendiſſimo Uſſerio teſtatus eſt magnus noſter Caſaubonus, ut doctiſſimus Præſul aſſerit in Libro de Eccleſiarum Chriſtianarum Succeſſione. Alius Codex in Belgio nuper inventus eſt, à candidiſſimi pectoris Monacho Johanne Mabillonio: *In Belgii partes profectus,* (Mabillonium audis in quadam in Acta Benedictinorum Præfatione) *Laubienſe adii Monaſterium, ubi inter Codices MSS. bene paucos, qui reſtant, binos reperi, unum vetuſtiſſimum, ab annis fere octingentis exaratum, in quo continentur Opuſcula duo, primum de Corpore & ſanguine Domini, ſubſequens de Prædeſtinatione; illud unico, hoc duobus libris conſtans. Utriusque inſcriptio & exordia ita ſe habent in Codice MS.* Incipit Liber Ratramni de Corpore & Sanguine Domini. Juſſiſtis, Glorioſe Princeps, &c. *Poſt hunc*

hunc Librum, Incipit Liber Ratramni de Prædestinatione Dei. Domino glorioso atque præcellentissimo Regi Karolo Ratramnus, &c. *ut in editis.* Ex hoc Mabillonii Codice Ratramnum de Corpore & Sanguine Domini Parisiis edidit cum Versione & notis vir doctus Jacobus Boileau, Doctor Sorbonicus, cum Privilegio Regis. 225. Valeat ergo Sixti Senensis insulsa conjectura, Ratramni Librum Joh. Hausschein, Græcè Oecolampadio, tribuentis. Rectius Sixto longe nasutior Fr. Turrianus, contra Volanum scribens lib. 1. cap. 22. cùm ait: *Bertramum citare, quid aliud est quàm dicere Calvini hæresim non esse novam.* Et Bernardus Girardus in Historia Galliæ, sub Ludovico Rege cognomine Bono: *Bertramus Prestre vivoit auſſy de ce temps là, qui à composé quelques Oeuvres mal receus par ſes Succeſſeurs.* Ridendus porro Latinus Latinius, vir alias doctus ac diligens, sed Pontificiis nugis addictissimus, qui cum Bertrami Librum percurrisset, immemor in Indice notatum hæreseos nomine, post agnitum errorem suum, Librum projecit, & à summo Pœnitentiario curavit se absolvendum Reverendissimo Card. Varmiensi. Hæc de se Latinus Latinius in Bibliotheca Sacro Profana p. 110.

Concilium tenuit Romæ Alexander 3. anno Incarnationis Dominicæ 1180. Ad hoc multæ convenerunt tam Ecclesiasticæ quam seculares personæ. Inter quas venit quidam 226. Civis Pisanus nomine Burgundio, peritus tam Græcæ quàm Latinæ eloquentiæ. Hic attulit Evangelium S. Johannis, translatum ab ipso de Græco in Latinum, quod Johannes Chrysostomus sermone homiliatico exposuerat. Hic etiam fatebatur magnam partem libri Geneseos à se jam translatam. Dicit etiam quod Johannes Chrysostomus totum Vetus & Novum Testamentum Græce exposuit. Hæc Robertus de Monte in Supplemento Chronici Sigeberti. Præter prædictos Sermones Chrysostomi, Latinè vertit Burgundio Nemesii libros de natura hominis, Gregorio Nysseno falso tributos, & Johannem Damascenum de fide orthodoxa. Obiit anno 1194. Ejus Epitaphium habes apud Laurentium Pignorium in Epistolis Symbolicis p. 154. Præter Burgundionem, fuerunt & alii Chrysostomi antiqui Interpretes: Annianus sci-

licet an. 430. & Mutianus an. 520. Annianus, Celendenſis Diaconus, Homilias octo in Matthæum Latine vertit; quibus
227. præfixa eſt ejus Epiſtola ad Horontium Epiſcopum. Vertit itidem Homilias de laudibus D. Pauli; quibus præfixa eſt ejus Epiſtola ad Evangelum Presbyterum: quæ emendatior & auctior occurrit Tomo 6. Operum Bedæ, quam in Chryſoſtomi editione à Frontone Ducæo curata. Mutianus Scholaſticus, Caſſiodori Senatoris amicus, vir diſertiſſimus, Latine tranſtulit Chryſoſtomi Homilias in Epiſtolas ad Hebræos & ad Philemonem. Vertit etiam Gaudentii cujusdam Opus de Muſica, ut tradit Caſſiodorus. Mutianum illum non alium eſſe cum Baronio exiſtimo, ab eo, contra quem ſcripſit Facundus, Hermianenſis apud Afros Antiſtes. Congruunt enim præter nomen ætas & profeſſio.

CLEMENS Romanus, D. Pauli diſcipulus, Epiſtolas duas ad Corinthios ſcripſit, quas cum Notarum Spicilegio Londini anno ſuperiori edidimus. Harum Epiſtolarum fragmenta adducit Leontius Cyprius, in Locis Theologicis hactenus ineditis, Fr. Turriano teſte lib. 5. cap. 20. Defenſionis Epiſtolarum Pontificum. Fruſtra eſt itaque David Blondel-
228. lus, Prolegomenis in Pſeudo-Iſidorum pag. 83. cum ait: *Quo Opere Leontius? An caret titulo MS. Codex, quo uſus eſt Jeſuita?* Ex hiſce, opinor, Leontii locis, Clementis Epiſtolæ ſecundæ locum laudat Joh. Damaſcenus, in Parallelis MSS. quantivis pretii, quæ hodie videre eſt in inſtructiſſima Bibliotheca Jeſuitarum Pariſienſium. Fragmentum illud habes tum in doctiſſimi Cotelerii Notis ad Clementis Epiſtolas, tum in noſtra earundem editione. Primam B. Clementis Epiſtolam pro genuina agnoſcunt omnes eruditi, ſi unum Thomam Gatakerum, virum ſolide doctum, excipias, qui p. 19. Cinni utramq; Epiſtolam ſpuriam eſſe arbitratur. Utinam ſententiæ ſuæ cauſas vir optimus aperuiſſet!

COSMAS Indopleuſtes, vel Indicopleuſta, Pſalmorum Expoſitionem Græce ſcripſit, cujus fragmentum habetur in Catena Corderiana ad Pſalmum 16. v. 14. Prolegomena Romæ extare ait Geſnerus in Bibliotheca. Ejuſdem Argumenta Græca in quatuor Evangeliſtas ex vetuſto Codice

Novo

Novo Testamento suo Græco Latino præfixit Lutheranorum doctissimus Matthias Francovvitzius, cognomento Flacius. 229.
Ex initio Argumenti in Matthæum, patet Cosmam Argumenta quoque scripsisse in Veteris Fœderis Libros. Cosmas idem Topographiæ Christianæ auctor est, Petro Gyllio in Constantinopoli sua memoratæ; cujus præclara fragmenta vulgavit vir illustris Nicolaus Melchisedech Thevenot, amicus noster, Galliæ Regi à Bibliothecis, in selectissima sua Itinerariorum Collectione. Vixit Cosmas sub Justino Imperatore.

In antiquo Breviario Toletano extat hymnus, quo Cypriani martyrium egregie descriptum est. Ejus initium tale est, *Orbis magister Tascie.* Finis Cypriani Epistolæ ad Jubaianum paulo prolixior occurrit apud Hincmarum Tomo primo pag. 356. editionis Sirmondinæ, quam in editionibus hodiernis. Usus est haud dubie Hincmarus Codice, qui postea fuit Bibliothecæ Rhemensis, quique cæteris auctior erat, ut cognoscere est ex Notis Rigaltianis ad Cypriani Epistolam ad Rogatianum & alios, cujus initium, *Et jampridem vobis.*

S. EPHRAIM Syri affirmant Orationes supra mille 230.
scripsisse: quibus etiam concinit (cujus gravis est in historia, non item in dogmatibus fides) Eusebius ille Pamphili cognomento. Hæc Photius in Bibliotheca Cod. 196. qui in eo memoria lapsus est, quod Eusebium pro Sozomeno laudarit. Syrorum ac Sozomeni testimonia firmat Andreas Masius, vir exquisitæ eruditionis, in aurea illa Præfatione in Mosem Bar Cepha de Paradiso. Verba hic apponemus: *In primis maximi facere hic noster Bar-Cepha videtur ipsum Ephræm, sive, ut Hebræi & Syri vocant, Ephraim: quem D. Hieronymus quoque ab acumine sublimis ingenii laudat in Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum. Mihi certe Doctor meus Syrus* (Moses Mardenus) *sæpe solebat dicere: nullius alterius Scriptoris plura præstantioraque de rebus sacris volumina apud Syros haberi; ut mihi cum Augustino nostro conferendus videretur, ἐν τῇ γε πολυγραφίᾳ. Hoc ego certe affirmare possum, nihil elegantius, nihil suavius, nihil etiam acutius barbara illa alioqui lingua dici posse, quam ea mihi visa sunt, quæ adhuc illius legi. Ut ex animo dolendum* 231.
sit, divini illius ingenii non majorem ad nos fructum afferri, quo Bardesanæ hæretici acutissimi & Harmonii ejus discipuli nugæ, quæ cum

maxime Edeſſæ, tum prope Syriæ univerſæ Eccleſias occupaverant, plane ſunt expugnatæ atque profligatæ. S. Ephræm fuit primum Edeſſæ Diaconus, dein Presbyter à Baſilio Magno conſecratus, ut habet Menologium Græcorum antiquum ſatis, ad 5. Kal. Febr. idque ſignificat in ejus Vita Gregorius Nyſſenus. Hinc Edeſſæ Presbyterum vocat Primaſius (qui ſub Prædeſtinati nomine hactenus latuit) in Libro de Hæreſibus.

Multum debemus diligentiſſimo Dionyſio Petavio ob Epiphanii editionem & ob eruditas in eum Notas, quarum Appendix apud Cramoſium eſt excuſa anno 1624. in octavo. Sed ſi tertio edatur Scriptor ille præſtantiſſimus, ei inſerenda erit Epiſtola ad Diodorum Tarſenſem (quam fere totam, ſed Latine, nobis ſervavit Facundus) de Gemmis duodecim veſtis Aaronicæ: cujus hodie pars tantum edita eſt cum nudo
232. nomine Diodori. Addendæ etiam erunt Thomæ Gatakeri viri doctiſſimi Emendationes, quas in ejus Adverſariis Miſcellaneis reperire eſt. Ad Epiphanium refert Rev. præſul Huetius in Origenianis Librum inſcriptum Φιλοσοφούμενα, qui ſub Origenis nomine MS. extat in Bibliotheca Florentina & inter Codices Caroli de Montchal, Archiepiſcopi Toloſani. Huetii conjecturam haud improbo. Sed immerito vir magnus Joh. Pearſon, nuper Ceſtrienſis Antiſtes, Prolegomenis in Hieroclem, Opus illud Origeni tribuit, cum ex Procœmio conſtet, auctorem fuiſſe Epiſcopum. Hujus Operis fragmenta occurrunt apud Gyraldum in Hiſtoria Deorum, in Pythagoræ Symbolorum Interpretatione & in Dialogis de Poëtis, apud Huetium in Origenianis, Menagium ad Laertium, & Alex. Morum, tum in Explanatione Eſaiæ cap. 53. tum in Notis ad Novum Fœdus.

EUSEBIUS Alexandrinus vixit, ſi Bellarmino, Coccio & aliis Pontificiis fides, circa annum 260. Ego vero eum longè juniorem eſſe exiſtimo. Fuit Eccleſiæ Alexandrinæ in Aſia, non in Africa, Archiepiſcopus, ſi credendum
233. Fr. Turriano, Expoſitionis Conſtitutionum Clement. libro 2. cap. 58. Hujus Homilias octodecim MSS. ſe reperiſſe teſtatur Turrianus idem in Bibliotheca Cryptæ Ferratæ, quarum fragmenta non contemnenda adducit in Defenſione Epiſtolarum

larum Pontificum; prolixiora vero Johannes Damascenus in Parallelis; quod nulli hucusque suboluit. Ex octodecim Homiliis Turriano lectis, una extat (sed Latinè tantum, Carolo Fabiano interprete) de Commemoratione Sanctorum, Tomo 1. Auctarii Bibliothecæ Patrum, pag. 826. editionis Parisiensis 1639. Cujus Homiliæ fragmenta duo Græce habentur apud Turrianum Libro suprà laudato. Alia de Eleemosynis, cujus fragmenta itidem occurrunt apud Turrianum, MS. Græce reperitur in Bibliothecæ Gesnerianæ Epitome. Vir doctissimus Lucas Holstenius, referente Lambecio Tomo 1. Bibliothecæ Cæsareæ pag. 112. edere constituerat Eusebii Alexandrini Homilias in Passionem Christi, in secundum ejus Adventum, Dominica post dimissam concionem, & de memoria Sanctorum. Sed spem, morte præventus, haud implevit. 234.

EUSEBIUS Cæsarienſis Evangelicæ Demonstrationis libros 20. scripserat. Librum 18. laudat Hieronymus Præfatione in Hoseam. Photio lecti sunt Eusebii Ecclesiasticæ Demonstrationis libri..... Supplendum forsan 4. totidem enim extant in Bibliotheca Cæsarea, sed tacito Eusebii nomine. Hos tamen Eusebii esse, recte conjicit Clarissimus Lambecius, qui ex Photio conjecturam suam firmare potuit. Eusebii de Locis Hebraicis Codicem MS. Bonfreriano longe meliorem, non semel laudat Rev. Pearson, in Præfatione Apologetica pro Septuaginta interpretibus adversus Hieronymum. Eusebii Evangelicorum Canonum Liber cum Epistola ad Carpianum, extat in fronte Novi Testamenti Græco-Latini Desiderii Erasmi, & in Roberti Stephani editione in folio. Eusebii Vitam scripserat Acacius, ejus discipulus, teste Socrate; sed ea injuriâ temporum periit.

EUSTATHIUS S. Basilii Hexaemeri Latinus Interpres, floruit paulo post Constantini Magni sæculum. Hunc summe deprædicat Cassiodorus Senator Libro de divinis lectionibus. Laudant etiam Junilius, vel potius Beda, in Genesim, & Sigebertus. De eodem non semel Fr. Juretus ad Symmachum, sed imprimis pag. 268. Eustathii Versio prodiit beneficio Nicolai Fabri, viri nunquam sine honoris præ- 235.

fatione dicendi, extatque in Basilii Operum editione Latina, Parisiis ab eodem summo viro curata, anno 1603.

EUTHYMIUS in Psalmos & in Evangelia Græce hactenus ineditus est. Extat tamen, ut audio, in variis Bibliothecis. De eo, & ejus Panoplia, illustrissima ac doctissima Princeps Anna Comnena, Alexiados libro 15. Locum, utpote lectu dignissimum, hìc subjiciemus, ex versione Petri Possini: *Autor Dogmaticæ Panopliæ, jussu mei Patris scriptæ atq; editæ, est Monachus Zygabenus nomine, notus Dominæ meæ aviæ maternæ, & omnibus Deo sacris hominibus, Sacerdotibus ac Pontificibus*
236. *familiaris. Hunc summum Grammaticum, eundemque Rhetorem non inexercitatum; Theologiæ vero & Catholici dogmatis præ omnibus scientissimum, Augustus Pater meus ad se accersitum jussit, digerere ordine in Opus unum cunctas hæreses, & unicuique relatæ singillatim opponere refutationes SS. Patrum. Ex hoc Alexii mandato extitit Opus ingens plures in libros tributum, cui hodieque universo adhæret nomenclatio ab Imperatore primum excogitata atque indita illa, quam diximus, Panopliæ Dogmaticæ.* Euthymii Prolegomena in Psalmos Græce vulgavit Clarissimus le Moyne in Variis Sacris, sed locis aliquot mutila. Nos lacunas omnes, una tantùm excepta, in Codice nostro supplevimus, ex MS. Patricii Junii collato cum Codice Christiani Ravii. Hujus Codicis nobis copiam fecit Reipublicæ literariæ ingens columen Isaacus Vossius.

FLORO, Lugdunensis Ecclesiæ Diacono, tribuuntur Acta Synodi Carisiacensis contra Amalarium, Drogoni Caroli M. filio notho, Hetto, vel Hetio, Trevirensi Archiepiscopo, Aldrico Cenomanensi Episcopo, Rabano Fulden-
237. si Abbati, Alberico Lingonensi, & Fagæ (vel Fovæ, ut legit Petrus à Sancto Juliano in Antiquitatibus Burgundiæ) Cabilonensi Episcopis dicata. MSS. habuit N. Ranchinus, Tolosanus Senator. Insigne fragmentum exhibet vir illustris Philippus Mornæus Plessiacus in Opere de Eucharistia Latine verso & Hanoviæ excuso. (Abest enim illud ab editionibus Gallicis) Quæ de Floro modo diximus, firmat Margarinus de la Bigne in Indice Chronologico Bibliothecæ Patrum, *Legi*, inquit, *in MS. Codice perantiquo, Florum adfuisse Concilio Carisiacensi temporibus*

temporibus Caroli Calvi, & scripsisse contra Amalarium Lugdunensem. Adversus Amalarium scripsit etiam Florus in Commentario in Psalmos; in Monasterio Affligemensi in Flandria MS. asservato.

GELASIUS, Papa ex Scholastico effectus in ordine 48. fecit tractatus (f. tractus) & hymnos, sicut B. Ambrosius, præfationem quoque, id est exhortationem ante sacrificium & obsecrationem, & consecrationem principalem. Hæc auctor vetustus satis de Officio Missæ, optimo Cassandro memoratus in Liturgicis. 238. Ex quo meridiana luce clarius patet, quis fuerit Scholasticus ille Gregorio M. lib. 7. epist. 64. laudatus, de quo tam anxie eruditi, & haud ita pridem celeberrimus Dallæus. Gelasio etiam tribuunt viri docti Decretum de Libris Canonicis, Ecclesiasticis, & Apocryphis. Sed frustra; ut pluribus evicit magnus Cestrienſium Antistes, in Vindiciis pro Ignatii Epistolis p. 44. & seq.

Ex HEGESIPPI Historiæ libro 5. fragmentum affert Stephanus Gobarus, Tritheita, apud Photium Cod. 232. Ex hoc fragmento colligere est, Hegesippum haud præclare sensisse de loco à D. Paulo allato 1. Cor. II. 9. de quo videndus Cotelerius ad Scriptores Apostolicos pag. 279. Hegesippi fragmentum, aliud ab Eusebianis, legas apud Georgium Syncellum in Chronico, nisi nos fallat Petrus de Marca in Epistola ad Henricum Valesium Eusebii Historiæ præfixa. Porro liberior Josephi Librorum de Bello Judaico interpretatio, quæ circumfertur sub nomine Hegesippi, Ambrosii est. 239. Sed librarii nomen Josippi, id est Josephi, mutarunt in Igisippi; cujus rei fidem faciunt membranæ pervetustæ Is. Vossii, in quibus, erasо Josippi nomine, alterum substitutum comparet.

HESYCHIUM in Jeremiam scripsisse, alicubi se legisse ait Michaël Ghislerius Prolegomenis in Catenam in Ieremiam. Idem Sermones habuit in Psalmos aliquot, ut ex variis fragmentis Catenæ Corderianæ in Psalmos insertis liquet. Is etiam auctor est Sermonis in Psalmum 104. vel juxta alios 103. qui in Chrysostomo Saviliano absque auctoris nomine occurrit. Hoc Sole clarius patebit conferenti Sermonem istum

istum cum fragmentis Catenæ Corderianæ modo laudatæ. Haud mirum, id fugisse viros in hac palæstra longe subactissimos, Henricum Savilium & Frontonem Ducæum; cum post utriusque obitum Corderii Catena prodierit.

Licet HIERONYMUS eloquii viribus tantum po-
240. tuerit efficere, ut ejus Bibliorum ex Hebræo tralatio à mille pene & ducentis annis in plerisque Occidentis Ecclesiis obtinuerit, haud paucos tamen habuit sibi minime faventes. Inter Latinos eminent Augustinus & Ruffinus. Inter Græcos Theodorus Mopsuestenus, &, quantum conjecturis assequi fas est, Olympiodorus Diaconus. Theodori locus (quem in contrarium sensum accepit Salmasius in Commentario de Lingua Hellenistica p. 177.) habetur apud Photium p. 394. editionis Rothomagensis; Olympiodori vero, in Catena Patris Comitoli in Jobum pag. 43. editionis Venetæ. De genuinis Hieronymi in Psalmos Commentariis (de quibus silent qui de Scriptoribus Ecclesiasticis ex professo egere) sic Fr. Turrianus libro 2. cap. 6. Apologiæ pro Epistolis Pontificum: *In Commentariis Hieronymi prolixioribus, eruditissimis, quos in Psalmos scripsit, qui in multis Bibliothecis MSS. extant, Psalmo XV. Immutabo, inquit, nomina illorum, & de Simone Petrum faciam, quia super petram illius mea fundata est Ecclesia: de filiis Zebedæi filios toni-*
241. *trui, sublimia enim illis Evangelii mei commissurus sum Sacramenta.* Hinc non immerito colligas, in totum Psalterium Hieronymum Commentarios scripsisse; quod tamen negat Cassiodorus Senator, tradens libro de divinis lectionibus c. 4. Hilarium, Ambrosium & Hieronymum Psalmos aliquot tractasse, omnes vero B. Augustinum. Hieronymi Scriptis adde Commentarium in Jobum MS. apud virum doctissimum Marcum Meibomium; Regulam S. Pachomii Latine versam ad calcem Cassiani Petri Ciacconii; Latinam item versionem Theophili Alexandrini Scripti virulentissimi contra Chrysostomum, cujus fragmenta legas apud Facundum. Hieronymo etiam tribuitur Tralatio Istri Scriptoris Græci, cujus Opus à se visum & perlectum memorat vir magnæ eruditionis Lilius Gregorius Gyraldus in Callimachi Vita, & in limine Libelli de Navigiis. Sed vereor ne versio illa Hieronymo falso tribuatur

buatur. De quo videſis Simlerum Præfatione in Æthici Cosmographiam. Hieronymi Opuſculorum Codex antiquiſimus extat in Cl. Iſaaci Voſſii Bibliotheca; ex quo loci aliquammulti in Mariani Victorii editione reſtitui poſſunt. 242.

Epiſtola ad Nicolaum primum, HULDRICO Auguſtano Epiſcopo vulgo tributa, ex teſtimonio Bertholdi Conſtantienſis Presbyteri, in Appendice ad Hermannum Contractum, & Æneæ Sylvii in Libro de moribus Germanorum: Hæc, inquam, Epiſtola in MS. Codice Monaſterii olim S. Auguſtini Cantuarienſis, Voluſiani Carthaginenſis Epiſcopi nomen præfert. Eam edidit cum alia Nicolao primo itidem inſcripta Johannes Foxus Londini anno 1569. Monuit me vir Inſularum ornamentis conſpicuus, ſed pietate ac eruditione longe clarior, Wilhelm. Sancroft, totius Angliæ Primas, Patronus meus benigniſſimus, Reverendiſſimum Hallum in Scriptis ſuis Epiſtolam hanc memoraſſe ſub Voluſiani nomine. Quod idem factum optimo Sarisburienſium Antiſtiti Johanni Jevvel in Diſputatione contra Hardingum.

HYMENÆI & Narciſſi (qui Sacerdotes, h. e. Epiſcopi Hieroſolymis fuere) Scripta laudat Maximus, Prologo in Dionyſium falſo Areopagitam, tanquam Euſebio omiſſa. Ait etiam ſe in aliquot Hymenæi Libros aliquando incidiſſe. 243.
Fides ſit penes auctorem.

Antiquam IGNATII Epiſtolarum verſionem ex Bibliotheca Vaticana laudat Fr. Turrianus, in Defenſione Canonum Apoſtolicorum lib. 1. cap. 2. his verbis: *Ignatii in vetere interpretatione Latina manu ſcripta Epiſtolæ ad Philadelphienſes, quæ in Vaticano eſt, non habet, quod in Græca Epiſtola nuper in publicum emiſſa legitur de Paulo inter eos qui uxorem habuerunt.* De hac verſione ſiluiſſe miror tot Ignatii Epiſtolarum editores.

JOHANNIS Chryſoſtomi Epiſtolæ ad Cæſarium apographum habuit ex Bibliotheca Florentina Laurentius Panciatichi, Cardinalis Medicæi Bibliothecarius, cujus copiam ab eo impetrare non potuit Chriſtophorus Sandius, ut ipſe teſtatur in Appendice Hiſtoriæ Arrianorum; cumque eum interrogaret quid Epiſtola illa contineret, reſpondit

Panciatichi, se non audere id propalare. Chrysostomi Homiliis in totum Psalterium (quarum partem tantùm habemus) usus est Wilhelmus Lindanus, ex Cardinalis Granvellani Bibliotheca. Has in Latinum Sermonem vertit Martinus Duncanus, eodem Lindano teste, Præfatione in Psalterium vetus ab eo castigatum. Verùm tralatio ista nunquam prodiit. Veteris Testamenti Synopsis, auctore Chrysostomo, MS. occurrit apud clarissimum Is. Vossium. Memorat Zonaras Chrysostomi Σχεδιάσματα τῆς Θείας γραφῆς, quæ conflagrasse scribit in Triclinio Tomaita. His addenda Jeremiæ Explanatio, quæ Græcè fere integra extat in Catena Ghisleriana in hunc Prophetam. Prologi partem habes apud Suidam voce Προφητεία, sed auctoris nomine, ut solet, dissimulato.

244.

JOHANNIS Metropolitæ Euchaïtarum Versus in principales festos dies cum notis Etonæ edidit anno 1610. Matthæus Bustus Etonensis, Reverendissimi Præsulis Joh. Pearson olim Præceptor, vir in Republica literaria non ita notus, sed cujus in Johannem hunc Euchaïtam Observationes eruditionem haud protritam redolent. Usus est Codice MS. mendoso satis, & aliqua parte, puto, mutilo. In Epistola Præfatoria ad Richardum Bancroft Cantuariensem Archiepiscopum, meminit Bustus Orationis ejusdem Johannis, quam in Bibliotheca sua MS. servabat Henricus Savilius. Antonius Verderius Supplemento Epitomes Bibliothecæ Gesnerianæ Antiquitates Constantinopolitanas subjunxit, in quibus inter Libros illustrissimi Principis Domini Jacobi Marmoretæ hunc recenset, cui titulus est, *Origenis Explicatio in Psalterium David.* Tum subjicitur: *Et rursus in Explicationem Origenis habet solutionem Explicationis Johannes Mabropoda Metropolitanus Sanctissimæ Metropoliticæ Ecclesiæ Euchaïtarum.* Hinc lux affulget huic Bibliothecæ Cæsareæ loco libro primo pag. 149. *Explicatio Johannis Metropolitæ Euchaïtarum Mapropadis.* Ubi legendum est, ut vidit Lambecius, *Mabropodis*, hoc est cognomine *Nigripedis*: Μαβρὸς enim & μαυρὸς Græcis recentioribus idem est atque μέλας. De Johanne sic Græcorum Menologium, ad 30. Januarii: Ὀπτάνονται οἱ μέγιστοι οὗτοι (Basilius M. nimirum, Gregorius Nanzianzenus,

245.

nus, & Chryſoſtomus) καθ' ἕνα πρότερον εἶτα καὶ ἅμα ὑπαρούκονας (vertit eruditiſſimus Antiſtes Iſaacus Habertus in Pontificiali Græcorum pag. 429. *Viſione vera, non per inſomnium*) τῷ τότε τῶν Εὐχαΐτων πόλεως τῶν ἱερῶν ἐξηγουμένῳ Ἰωάννῃ τῷ πάνυ ἀνδρὶ, τ' ἀλλὰ μὲν ἐλλογίμῳ, καὶ παιδείας Ἑλληνικῆς οὐκ ἀμαθῶς ἔχοντι, ὡς τὰ αὐτῷ πονηθέντα δείκνυσιν, ἀρετῆς δὲ εἰς ἄκρον ἐληλακότι. 246.

JOHANNES Picus Mirandulanus Apologiam pro Septuaginta Interpretibus contra Judæos, quantum ad Pſalmos attinet, ſcribere cœperat, ut ipſe tradit Præfatione ad Laurentium Medicem in Heptaplum. Hanc ſummis laudibus effert politiſſimus Angelus Baſſus, à patria Politianus, Miſcellaneorum c. 14. Sed morte, immatura nimis, præventus Princeps ille, Opus affectum reliquit. Quod verò ad finem perducere non potuit portentoſi vir ingenii, illud ipſum feliciſſime præſtitit Ludovicus Ferrand, in aurea ſua Pſalmorum Explanatione.

Circa annum 990. Ulodimirus Ruſſorum Rex, ad fidem Græcam converſus eſt per ejus uxorem Helenam, ut teſtantur Diethmarus, Cromerus, alii. Ad hunc Ulodimirum extat Joh. Smeræ Polovviecii, Medici, Epiſtola, Alexandria miſſa; in qua, poſtquam impenſe laudaſſet fidem, ritus & mores quorundam Chriſtianorum, quos ibi repererat, (in Ægyptum enim ab Ulodimiro fuerat miſſus, ut in Religionum diverſitates inquireret) & poſtquam Græcorum Tyrannidem, Idololatriam, ac mores impios deſcripſiſſet, literas ſuas his verbis claudit: *Ideoq;, ô Rex, non licet tibi ſuſcipere mores & Religionem Græcam: ſin vero eam ſuſceperis, ego ad te nunquam proficiſcar, ſed hîc obdormiens, judicium filii Dei expectabo.* Epiſtolam hanc exhibet Chriſtophorus Sandius, in Appendice Hiſtoriæ Arrianorum. 247.

JOSEPHUS, homo Chriſtianus, vel ex Judæo factus Chriſtianus, is nempe de quo Epiphanius, uti quidem exiſtimat clariſſimus Iſ. Voſſius Libro de Sibyllinis Oraculis cap. 3. Is, inquam, Librum ſcripſit cui titulus Ὑπομνηστικὸν, h. e. *Commonitorium.* Primus è Græcia in Angliam attulit Theodorus, Cantuarienſium Antiſtes, Johanne Joſſelino teſte in

Archiepiscoporum Cantuariensium Vitis. MS. extat in va-
248. riis Bibliothecis. Fragmenta occurrunt apud Casaubonum in Exercitationibus Baronianis, Seldenum in Dissertatione de Anno Civili Ebræorum, Patricium Junium in Notis in Clementis Epistolam ad Corinthios, Usserium in Dissertatione de Cainane, & Cotelerium ad Scriptores Apostolicos pag. 339.

ISIDORI Hispalensis Operum Editio Madriti curata anno 1599. rarius prostat. In ea Johannis Grial editoris, viri doctissimi, & aliorum Præfationes legas, in editione Parisiensi Jacobi du Breul, Monachi Benedictini, Typographorum avaritia, expunctas. Boxhornius ad Historiæ Augustæ Scriptores pag. 799. *Non possum eruditum & Ecclesiasticæ antiquitatis studiosum Lectorem hoc loco gaudium meum celare: repertum nempe à me esse superioribus diebus illustre & bene longum Isidori Hispalensis Episcopi fragmentum de Institutione Jejunii Quadragesimalis, quod alibi, si vitam Deus dederit, publici juris faciam.* An fragmentum illud ediderit Boxhornius, nobis incompertum; quod, aut egregie fallor, non aliud fuit ab Isidori 36. capite
249. libri primi de Officiis Ecclesiasticis.

ISIDORUM Pelusiotam ad decem millia Epistolarum scripsisse, atque in his ter mille Scripturam S. exposuisse, auctor est Suidas, optimorum Scriptorum laverna; cujus verba ex Codice MS. Bibliothecæ Regis Galliæ profert Ordinis sui decus Jacobus Sirmondus ad Facundum. Quod fugisse miror Isidori Epistolarum novissimos Editores. Ex tot Epistolis, plures hactenus in lucem non prodiere quam bis mille tredecim. Faxit Deus, ut reliquæ suavissimi hujus Scriptoris ac genuini Chrysostomi discipuli Epistolæ aliquando reperiantur!

JULIANO Toletano inter alia tribuit Felix, Toletanus itidem Archiepiscopus, librum de contrariis, qui in editionibus duabus, quas vidimus, ἀντικειμένων titulo adnotatur. Ad Felicis locum notam hanc appposuit Garsias Loaisa, vir doctus & ingeniosus: *Reddamus nostro Juliano Toletano, ut vero auctori, librum ἀντικειμένων, sive contrariorum, qui hactenus*
250. *sine nomine auctoris fertur. Eum nos Juliani esse deprehendimus,*

admoniti

admoniti verbis Felicis, & multis locis, quos ex libro ἀντικειμένων Juliani citat Samson Abbas, libro adversus Hostigesium Episcopum Malacitanum, quod opus scriptum anno Christi 864. legi in Bibliotheca Ecclesiæ Toletanæ. Ἀντικειμένων liber Quæstiones Veteris ac Novi Testamenti continet de locis in speciem pugnantibus. Hunc primus, opinor, edidit Joh. Alexander Brassicanus ad calcem Salviani, cui propterea à Sixto Senensi & Possevino adscribitur.

JULIUS Africanus, Christianorum, meâ quidem sententiâ, doctissimus, Syrus fuit ex Emmaunte, & Bardesani Partho & Enancaro Manni Arabum Regis filio familiaris. De hujus Gestis hactenus ineditis consulas velim Henricum Valesium in secundis ad Eusebii Historiam Curis, Is. Vossium ad Catullum, & Alexandrum Barvoëtium Jesuitam in Catalogo Codicum MSS. Bibliothecæ Scorialensis. Julius quidam in Olympiodori Catena in Jobum à Paulo Comitolo Venetiis edita non semel laudatur. Julium istum eundem esse existimo, cum eo qui in Johannem Commentarios scripsit, Mosi 251.
Bar-Cepha in Libro de Paradiso laudatos. De Julio isto nihil satis certi habet quod pronuntiet sagacis vir ingenii Andreas Masius, nisi fortassis, inquit, sit Africanus. Sane Julius iste in Catena Corderiana in Johannem Episcopus dicitur. Et Hebedjesu Sobensis Metropolita in Tractatu de Scriptoribus Chaldæis, Julium Africanum Episcopum Emmaunt. fuisse tradit. Quæ doctis dispicienda relinquimus. Præclarum Africani Chronographiæ elogium legere est in Epistola ad Desiderium de Luminaribus Ecclesiæ, quam Bedæ, inter cujus Opera occurrit, lubens adscriberem.

JUSTI à Tiberiade Chronicon, idem est ac Stemmata, Laërtio in Socrate laudata, ut ex Photio erudite colligit Henricus Valesius ad Eusebii Historiam pag. 42. editionis secundæ, & ante Valesium Scaliger ad Eusebii Chronicon p. 106. editionis Amstelodamensis. Justi & ejus Historiæ præter alios meminit Philostorgius, haud spernendus Scriptor, apud Suidam, voce φλέγων; si modo vera sit Clarissimi Valesii conjectura, qui, Notis ad Fragmenta Philostorgii, in 252.
Suidæ loco pro ὅσον, Ἰάσων reponit.

JUVENCI, qui Hiſtoriam Evangelicam hexametris verſibus reddidit, integrum nomen fuit *Aquilinus Gaius Vettius Juvencus*, ut ex optimis & antiquiſſimis membranis ad Symmachum docet Franciſcus Juretus. Alius ab hoc Juvenco fuit Juvencus Cœlius Calanus Dalmata, Attilæ Hunnorum Regis Hiſtoriæ Scriptor. Extat is in Antiquis Lectionibus Henrici Caniſii, è Codice MS. Monaſterii Rebdorfenſis. Quod, puto, neſcivit incomparabilis Peireskius, qui, referente Gaſſendo in ejus Vita, anxiè requiſivit ex Paulo Sarpio, Scaligero, Caſaubono & aliis, ecquid noviſſent de hoc Juvenco, cujus Codicem MS. Venetiis abſportaverat. Juvencum iſtum memorat Baptiſta Fulgoſus in Indice auctorum, è quibus Exempla ſua collegit. Laudat etiam non uno loco Caſpar Barthius in Adverſariis.

LACTANTII fragmentum ex lib. 3. Epiſtolarum ad Probum adducit Hieronymus, Præfatione in librum 2.
253. Commentarii in Epiſtolam ad Galatas. De ejusdem Epiſtolarum libris duobus ſuo tempore deperditis querentem audi Hadrianum Junium, Belgii ſydus micantiſſimum, in Batavia ſua pag. 311. *Dolet mihi, interiiſſe intra quindecim proximos annos, magno literariæ Reipublicæ detrimento, Lactantii Firmiani Epiſtolarum libros duos, quorum meminit nominatim D. Hieronymus, quos dum ad me cogitat, editioni deſtinandos, mittere Antonius Hovæus, vir doctus, qui poſtea Abbam Abſternacenſem proſpera fama egit, repperit à Bibliotapho quopiam librorum plagiario ſublatos: atq; ita diſperiit ille theſaurus, ab hæredibus ſacrifici, in quem cadebat ſuſpicio, in cucullos & piperis involucra conciſus.* Carmen de Phœnice, à Barthio, Bocharto, & aliis Venantio Fortunato tributum, Theodulphi eſt, Aurelianenſis Antiſtitis, ut ad Theodulphum ipſum notat Sirmondus pag. 302. Eſt ſane apud Theodulphum Diſtichon de loco Carroph in Agro Pictavienſi, (Gallice *Charroux*) non abſimile initio Carminis de
254. Phœnice. Lactantio vindicat Nicolaus Heinſius ὁ μαχαίτης, qui in illud Carmen emendationes & notas elegantiſſimas ſcripſit.

LEON-

LEONTIUS Cyprius Locos Theologicos scripsit, de quibus in hæc verba Franciscus Turrianus libro primo de Hierarchicis Ordinationibus Ministrorum Ecclesiæ cap. 12. *Johannes Damascenus tribus libris* Παραλληλα *scripsit. Fecerunt & hoc ante eum alii, quos ille imitatus est, ut Leontius Cyprius duobus voluminibus, altero* τ̃ θείων, *quod nondum ad manus meas venit, altero* τ̃ ἀνθρωπίνων, *quod venit.* Extant ii, ut audio, MSS. Romæ, in Bibliotheca Jesuitarum. Exoriatur utinam aliquis, qui eos cum blattis ac tineis forte luctantes prodire foras jubeat! Eosdem Locos memorat Sirmondus ad Facundum p. 76. Præter Leontium & Damascenum, Locos Communes è Scriptura & Patribus decerptos scripsere S. Maximus & Antonius. Inter Latinos Defensor quidam in Scintillis, in Ursini nutritoris sui gratiam scriptis, Liber Antverpiæ, Venetiis & Coloniæ superiori sæculo est excusus. Quo tempore vixerit auctor, nondum comperi. 255.

LUCIFERI Caralitani Operum novam editionem pollicetur vir in Patrum Scriptis versatissimus Johannes Baptista Cotelerius ad Scriptores Apostolicos pag. 177. his verbis: *Admonitum te velim, Lector Candide, me in Lucifero, auctore omnium depravatissimo, purgando plurimum laboris impendisse, paratumque esse ad procurandam novam editionem, si librum aliquem MS. nactus fuero. Ut si fortè in manus tuas aut notitiam venerit, mecum communicare non dedigneris, hominem non ingratum singulari beneficio tibi devincturus.* Hucusque Cotelerius, vir olim Parisiis mihi familiariter notus, qui ad plures nuper abiit, magno Reipublicæ literariæ malo. Antiquissimum Luciferi Codicem se vidisse mihi affirmavit doctissimus Is. Vossius in Bibliotheca Christinæ Suecorum Reginæ. An is in ea adhuc extet, melius dicet Serenissimæ Reginæ Bibliothecarius. Lucifer Caralitanus (Socrati Historico Καραλων Ἐπισκοπος) Casaubono dicitur Notis ad Spartianum, Scriptor ingenio juxta ac stylo durus: mihi vero utilissimus auctor ad genuinam Septuaginta Interpretum Tralationis & Novi Instrumenti lectionem eruendam. Quod cum bono DEO aliquando planum faciam. 256.

MAGNES

MAGNES vel Magnetes libros 5. Græce scripsit adversus Theostenem Evangelia calumniantem. Fragmenta aliquot ex Bibliotheca D. Marci Veneta in Scriptis suis adducit Codicum ille MSS. helluo Franciscus Turrianus, sed imprimis in Apologia pro Epistolis Pontificum. Unum etiam observasse mihi videor in Possevini Moscovia. Auctorem hunc laudant Græci in Responsionibus ad Cardinalem de Guise. Quo tempore ille vixerit, quæro qui me doceat.

Inter Melitonis Scripta, de quibus Eusebius & Hieronymus, unum fuit περὶ ἐνσωμάτου Θεοῦ h. e. *de Deo corporali* vel *corporeo*, ut vertit Henricus Valesius in secundis ad Eusebii Historiam Curis pag. 73. & ipso prior clarissimus Cotelerius ad Scriptores Apostolicos pag. 427. non vero *de Deo incarnato*, ut vertendum censent viri reverendi Stephanus le Moyne in
257. Variis Sacris p. 199. & Caspar Suicerus in Thesauro Ecclesiastico pag. 1122. præeuntibus in hoc errore Ruffino & Christophorsono. In hoc nimirum Scripto contendebat Melito Deum corporalem esse, idque ex variis Scripturæ locis comprobabat. Quem Melitonis errorem reprehendunt Origenes apud Theodoretum Quæstione 20. in Genesim, & Gennádius in libro de Dogmatibus Ecclesiasticis. Non est itaque cur hoc de Melitone neget Ludovicus Ferrand, Notis ad Psalmum quintum. Melitonis fragmenta habes apud Halloixium tomo 2. Illustrium Scriptorum Ecclesiæ Orientalis, & in Bibliis Græcis editionis Romanæ ad Gen. caput XXII. ver. 13. Vir optimus ac pro tempore quo vixit varia eruditione excultus Jacobus Faber Stapulensis, in Libro de una ex tribus Maria, sequentia refert ex Melitone Sardensi de Johanne Apostolo: *Cum esset annorum nonaginta, apparuit ei Dominus Jesus Christus cum discipulis suis, & dixit ei: Veni ad me, quia tempus est ut epuleris in convivio meo cum fratribus tuis.* Quæ desumpta esse
258. opinor ex Melitonis libro de Apocalypsi Johannis, de quo Eusebius.

METHODIUS in Catena MS. in Jobum Johannis à Sancto Andrea Parisiensis olim Canonici, Sidensis dicitur. In alia itidem MS. celeberrimi Johannis Vincentii Pinelli, Methodius Sidæ. Utrobique, puto, ab Episcopatu. Quod alibi

alibi legere non memini. Porro Sida Pamphiliæ civitas est, quæ inter alios summos viros Philippum tulit, Historiæ Christianæ (de qua Socrates & Photius) auctorem. Cujus Operis fragmentum auro contra non carum inter Codices MSS. Bibliothecæ Oxonienſis nuper reperit Hibernorum doctiſſimus Henricus Dodvvellus. Hoc noluiLectorem meum celare.

MOSES Bar-Cepha obiit anno 914. Scripſit præter Commentarium de Paradiſo ab Andrea Maſio Latine verſum, ἑξαήμερον, & librum de anima. Adhæc interpretatus est Matthæum Evangeliſtam. Denique & de Sectarum multitudine differentiaque Opus compoſuit.

NICOLAI de Clemengis Epiſtolæ aliquot, adhuc ineditæ, extant in Bibliotheca Lambethana. Has inde deſcripſit & ad edendum offert vir multijugæ eruditionis Johannes Battely, Suffolcienſis Archidiaconus, & Wilhelmo Cantuarienſium Archiepiſcopo à Sacris Domeſticis. Clemengii Epiſtolam de inſtituendo Theologiæ ſtudio Spicilegio ſuo inſeruit Domnus Lucas Dachery, cujus fragmentum tantum adduxerat Joh. Launoius Libro de varia Ariſtotelis fortuna. Tomo 3. Meditationum Hiſtoricarum Philippi Camerarii habentur Clemengii Verſus Latini de vitæ ruſticæ felicitate & de miſeriis Tyrannorum, è Rhythmis Gallicis expreſſi Philippi de Vitry, Moldenſis Epiſcopi, qui obiit anno 1351. Nova Clemengii Operum ſi adornetur editio, (eſt enim Lydiana mendoſiſſima) ſuperioribus Opuſculis augeri illa poterit. 259.

Inter PACIANI Barcinonenſis Epiſcopi Scripta Hieronymo memorata occurrit κέρβος, vox Hieronymi Catalogo ex Sophronio, qui ante Suidam vixit, intruſa. Pro κέρβος enim *certus* legas apud Freculfum, corrupte, ut nemo non videt, pro *cervus*. Sic certe Hieronymi Codex MS. quem in Bibliotheca Lambethana inſpeximus, locum nobis indicante viro in omni antiquitate verſatiſſimo Henrico Maurice, Doctore Theologo, & Wilhelmo totius Angliæ Primati à Sacris Domeſticis. Fuit nimirum ludicri genus apud Paganos & Chriſtianos in multis Galliæ noſtræ urbibus uſurpatum, quod Antiſſiodorenſis Concilii Patres vocant *Cervulum facere*. Morem hunc apud Hiſpanos haud dubie etiam vigentem ut re- 260.

prehenderet Pacianus, Librum ſcripſit, cui titulus erat *Cervus* vel *Cervulus*, Paciano ipſi laudatum in Exhortatione ad Pœnitentiam. De hoc more plura ſi velis, adeundus doctiſſimus Savaro in Libello Gallico de Perſonis, & Sirmondus in Antirrheticis adverſus Petrum Aurelium, h e, ut ferunt, Johannem Vergerium Haurannium, S. Cyrani in Biturigibus Abbatem. Paciani editio omnium optima, Romana eſt, à Petro Galeſinio & Paulo Manutio curata. Hanc ſi vidiſſet
261. Joh. Fredericus Gronovius, tot Paciani locos haud fruſtra tentaſſet, in Notatis ad Scriptores Eccleſiaſticos.

PETRUS Boërius, Narbonenſis Gallus, Urbevetanus in Italia, & Vaſionenſis poſtea in Gallia Antiſtes, in Damaſi, vel Anaſtaſii potius, Pontificale Notas ſcripſit, quarum fragmenta occurrunt in Caſſandri Operibus, & in Obſervationibus Jacobi du Breul ad Aimonium pag. 60. Has compoſuit juſſu Caroli V. Francorum Regis, cognomine Sapientis, ut nos docet anonymus auctor Dialogi MS. Bibliothecæ Cordeſianæ, inter Orthodoxum Catholicum & Catechumenum Paucaſcium, inquirentem de Reformatione Eccleſiæ militantis: *Carolus 5.* inquit ille, *impoſuit Petro Urbevetano Epiſcopo, ut Hiſtorias Romanorum Pontificum B. Damaſi Papæ ad S. compoſitas Hieronymum exponendo ſcriberet, & pro poſſe compleret, ac ut exquireret Codicem Sacrorum Canonum, & expoſitum daret ſibi: per has enim Scripturas & paucas alias ſperabat ſane poſſe reformari ſtatum univerſalis Ec-*
262. *cleſiæ, vel ad minus Gallicanæ, ſecundum normam & regulas contentas in ſententiis prædictorum librorum.* Mirum de hiſce Boërii Notis ſiluiſſe Ughellum in Italia Sacra, Sammarthanos fratres in Gallia Chriſtiana, & Dadinum ab Altaſerra, Anteceſſorem Toloſanum, Notis ad Anaſtaſium de Paparum Vitis.

PETRUM Galatinum Raimundi Martini ſuppilatorem facit Hermolaus Barbarus, ſi Johanni Benedicto credimus libro 1. cap 7. Summæ Peccatorum. Sed quomodo Galatini plagium deprehendere potuit Hermolaus, cum anno 1494 obierit, Galatini vero Arcana anno 1518. primum prodierint? Nodum hunc ſolvit Johannes Albertus Widmanſtadius in Epiſtola Præfatoria ad Ferdinandum Imperatorem.

peratorem in Novum Testamentum Syriacum, ubi ait Galatinum Arcana sua multo antea apud Ligures collegisse, atque in Reuchlini gratiam in Dialogi speciem postea transcripsisse. Porro quo in Opere Galatini furtum notarit Hermolaus, mihi non constat, mirorque hac de re nihil observatum viro clarissimo Josepho de Voisin ad Pugionem Fidei Raimundi Martini. Alia Galatini Scripta se editurum minatus erat Lucas Waddingus in Bibliotheca Minorum. In his erant ingentes in Apocalypsim Commentarii, Carolo 5. Imperatori dicati; Tractatus de Scripturæ Interpretatione; item Opus singulare de Ecclesia instituta, destituta, & restituta. Plura de Galatino & ejus Scriptis congessimus in Italia nostra Orientali, quam MS. servat una cum Observationibus nostris ad Gyraldi Dialogos de Poëtis amicus noster Petrus Savouret, Bibliopola Amstelodamensis. 263.

PETRUM Ravennatem, qui vulgo Chrysologus, varias Epistolas scripsisse auctor est Trithemius. Harum fragmenta aliquod me legisse memini in Lumine Animæ, Libro non facile obvio, Matthiæ Farinatoris Carmelitæ, qui claruit circa annum 1320. Sermo de Natali Domini, Lucæ Dacherii Spicilegii Tomo XI. insertus, Chrysologi est. Quod minus advertit Senex optimus, & ipso prior Chifletius Jesuita. Extat non semel editus inter Chrysologi Sermones, auctior etiam & emendatior Manuscripto Chifletiano. 264.

PHILONIS Carpathii Commentarium in Canticum Canticorum Græce, ut audio, asservat Emericus Bigotius, summum Galliæ nostræ decus ac ornamentum. Ejusdem varia fragmenta Græca occurrunt in Catena in eundem Librum, sub Eusebii nomine à Meursio vulgata Lugduni Batavorum anno 1617. Unum etiam deprehendisse mihi videbar apud Suidam voce βίος. Sed eruditionis apex Salmasius Libro de Fœnore Trapezitico pag. 296. fragmentum esse opinatur ex Philonis Alexandrini Opere deperdito περὶ τῆς διαγωγῆς τῶν Χριστιανῶν. Quale tamen Opus an unquam scripserit Philo, valde ambigo. Vel, si quid tale scripserit, Opus illud aliud non erit à Libro περὶ βίου θεωρητικοῦ (cujus tantum meminit Eusebius) in quo Suidæ fragmentum incassum

quæras. At apud eundem Suidam voce Εὐσέβιος eadem verba, sed paulo brevius, legas, tanquam ex Eusebii Cæsa-
265. rienſis Epiſtola ad Marinum. Hæc jam chartis illeveramus, cum ex fragmento Chronici Simeonis Logothetæ, à Fr. Turriano allato Notis ad Conſtitutiones Clementinas, pag. 137. editionis Plantinianæ, didicimus, totum Suidæ locum voce Εὐσέβιος ex Logothetæ Chronico eſſe deſumptum. Turriani locum adeat Lector; eſt enim is digniſſimus qui cum Suida conferatur. Simeonis Chronicon, de quo Turrianus, extitit olim MS. in Bibliotheca Meſſanenſis Archimandritæ, ut nos docet Poſſevinus in Appendice Apparatus Sacri. Fragmentum Græcum adducunt RR. Patres Henſchenius & Papebrochius in Actis Sanctorum Martii, ad calcem Tomi primi.

Eo PHOTIUS fuit ingenio, eaque eruditione, ut cum maximis veteris Eccleſiæ luminibus jure comparari queat. Hoc vel agnovit Nicetas Paphlago, vir Photio minime favens, in Ignatii Patriarchæ CP. Vita, Matthæo Radero interprete: *Tandem*, inquit, *Photium Protoſpatharium & primum à Secretis, Patriarcham urbis regiæ deſignant, hominem ſa-*
266. *ne minime obſcurum & ignobilem, ſed claris & illuſtribus oriundum natalibus, rerumque civilium & politicarum uſu prudentiaque & ſcientia clariſſimum. Grammaticæ enim literaturæ, & carminis pangendi, dicendique laude, quin & Philoſophiæ & Medicinæ, & omnium prope liberalium diſciplinarum externarum ſtudio cognitioneque tantopere florebat, ut ævi ſui facile princeps haberetur, imo & cum Veteribus certare poſſet. Omnia quippe in illo concurrerant, aptitudo quædam & naturæ vis ac felicitas, ſtudium, opes, quibus ſibi librorum omnium copiam comparabat, & quod præ cunctis, gloriæ laudisque cupido, qua incenſus totas noctes, ut lectioni aſſidue vacaret, ducebat inſomnes.* Talis cum fuerit Photius, etiam ex inimicorum teſtimonio, nemoque adhuc inventus ſit, qui ejus operum Catalogum paulo accuratiorem confecerit, operæ pretium me facturum eſſe exiſtimo, ſi hac in parte Eccleſiaſticæ antiquitatis ſtudioſis prodeſſe coner.

Inter Photii Scripta primas facile tenet Bibliotheca, ad Taraſium fratrem miſſa. In qua (ut optime Daniel Heinſius

sius Prolegomenis in Aristarchum Sacrum) de summis Chri- 267.
stianis simul profanisque auctoribus ita accurate ac exquisite judicat, ut unus eruditione varia cum omnibus, quos legerat, legendi diligentia cum maximis qui ante extiterant, committi posse videatur. Hanc Bibliothecam perfunctorie admodum in Latinum sermonem vertit vir alias doctissimus Andreas Schottus; adeo ut Thomas Gatakerus, vir laude major, tralationem hanc, licet Schotti nomen præferat, ejus fuisse vix crediderit. In hac dein versione fere passim vel Ignatianum vel Baronianum se prodit, ut in quadam ad Josephum Scaligerum Epistola observat vir illustris Jacobus Gillotius. Alias versiones, ut audio, adornarunt Fredericus Metius, Thermularum Episcopus, & Cosmas Fonteius, sed hactenus ineditas. Prodiit Photii Bibliotheca primum Græce cum Notis Davidis Hoeschelii, viri optimi ac doctissimi; dein Latine cum Scholiis Andreæ Schotti; tertio Græce & Latine Genevæ; tandem Rhotomagi. Hanc in Epitomen redegerat Je- 268.
suitarum annosissimus Johannes Mariana, ut tradit Philippus Alegambe in Bibliotheca Scriptorum Societatis Jesu. Sed Opus istud nunquam prodiit. Photii Bibliothecæ fragmentum ab editis paulo varians & auctius legere est in fronte Athanasii editionis Parisiensis Græco-Latinæ, è Codice Athanasiano Bibliothecæ Basilicnsis depromptum, & à Petro Nannio, qui eo Codice olim usus est, Latine versum. Docuit nos vir summus Henricus Valesius, dum ante aliquot annos Parisiis versaremur, Bibliothecam Photianam plurimis in locis esse interpolatam; idque vir in æternum deflendus se aliquando ostensurum receperat.

Nomocanon, in quo Photius sacros Canones & SS. Patrum responsa diligenter contexuit: Opus varium, multæque lectionis, quod Theodorus Balsamon, Patriarcha Antiochenus, Commentariis illustravit, Latine verterunt Henricus Agylæus Belga, & Gentianus Hervetus Gallus; Græce & Latine edidit Christophorus Justellus, auctius vero è Bibliothecis Oxoniensis & Mazarina Guilielmus Voëllus, & Henricus 269.
Justellus, Christophori filius.

Epistolæ, à Richardo Montacutio Norvicensi Episcopo Latine versæ & Notis illustratæ. Liber Londini excusus est anno 1651. decennio nimirum post Montacutii obitum, qui è vivis excessit anno 1641. una cum doctissimo & sanctissimo Præsule Johanne Davenantio, Sarisburiensium Antistite. Photii Epistolas oppido paucas ante Montacutium ediderat David Hoeschelius ad calcem Bibliothecæ Photianæ, & eodem, quo Hoeschelius, anno Photii Epistolam ad Eusebium Conradus Rittershusius, quas nunc exhibet Montacutii editio. In hac tamen non invenias Photii ad Theophanem Epistolam, a Fr. Scorso Jesuita Græce & Latine ex Sirmondi versione editam, in Prolegomenis ad Theophanis Ceramei Homilias. In eadem editione frustra quæras Photii Epistolam ad Archiepiscopum Aquileiensem, quam Græce & Latine ex sua interpretatione vulgavit Fr. Combefisius in Auctario novissimo Bibliothecæ Græcorum Patrum, quamque prius, sed Latine tantum, Frederico Metio interprete, Annalibus inseruerat Cæsar Baronius ad annum 883. 270. In iisdem Annalibus etiam legas Photii Epistolas Encyclicas ad Patriarchales Sedes Orientis, ut ad Nicolaum Papam, sed Latinas tantum, à Montacutio itidem omissas. His adde Photii Epistolam ad eundem Nicolaum, cujus fragmentum Latine versum habes Hugonis Eteriani libro secundo adversus Græcos, & aliam Encyclicam de Spiritus S. processione, quæ Græce occurrit apud Nicetam Choniatem, in Orthodoxæ fidei Thesauri Tomo 21. ex quo, utpote nondum in lucem edito, fragmentum excerpsit Reverendissimus Usserius, Armachanæ Sedis apud Hibernos Antistes, in Dissertatione de Symbolis.

Oratio in Sanctissimæ virginis natalem diem, quam Tomo primo Auctarii Bibliothecæ Græcorum Patrum Græce & Latine edidit Fr. Combefisius, è Codice MS. Bibliothecæ Seguierianæ. Huic Codici præfixus Index antiqua manu aliam Orationem, valde luculentam illam, in Sepulturam 271. Domini, Photio tribuit; extatque ibi integra, exordio excepto. Quam, mutilam licet, utinam edidisset Combefisius!

Oratio

Oratio inauguralis novæ Eccleſiæ, quam, ut refert Leo Grammaticus in Chronographia, Conſtantinopoli ſtruxerat & ornatu vario inſignem reddiderat Baſilius Imperator. Prodiit ea Græce in Petri Lambecii ad Georgii Codini Excerpta Animadverſionibus, & Græce & Latine in Fr. Combefiſii Originum CP. Manipulo. Aliarum Photii Orationum Laterculum habes apud Combefiſium in Auctario noviſſimo Bibliothecæ Græcorum Patrum, ab Emerico Bigotio ei communicatum. Alium Syllabum exhibet Alexander Barvoëtius in Catalogo Codicum MSS. Bibliothecæ Scoriacæ.

Commentarius in D. Pauli Epiſtolas, è quo pleraque Oecumenius in Opus ſuum tranſtulit. Extat Exemplar MS. Græce in Bibliotheca Cantabrigienſi, ab Excerptis Oecumenianis non parum diſcrepans; ut (ſi bene memini) qui olim contulit, mihi affirmavit vir fide digniſſimus Johannes Battely Doctor Theologus.

Quæſtiones ac Dubia ad Amphilochium, Cyzici Metropolitam, in quibus de variis S. Scripturæ locis & aliis multis Photius non minus ingenioſe quam erudite diſſerit. Extant grandi volumine MSS. in Petri Seguierii Galliæ Cancellarii Bibliotheca, ſed tacito Photii nomine. Quin eæ tamen Quæſtiones ejus ſint, nullus ambigo; cum Amphilochius ille non alius ſit ab eo, ad quem ter aut quoter Photius in Epiſtolis. Harum Quæſtionum fragmenta duo, prolixa ſatis, edidit Fr. Combefiſius; unum ad calcem Operum Amphilochii Iconienſis, alterum, à Leone Allatio Roma ad ſe miſſum, Tomo primo Auctarii Bibliothecæ Græcorum Patrum. Alia excerpta Combefiſio prior affert Fr. Turrianus, vir, ut eum alicubi vocat magnus Ceſtrienſium Antiſtes, infinitæ lectionis, tum in Defenſione Epiſtolarum Pontificum, tum in Notis ad Conſtitutiones Apoſtolicas. Ex iisdem Quæſtionibus deſumpta eſſe arbitror, quæ in Catena Corderiana in Johannem reperiuntur. 272.

Lexicon, Codex craſſus ſatis, ac luce digniſſimus, quem olim Hagæ-Comitis in inſtructiſſima Iſ. Voſſii Bibliotheca videre nobis contigit. Audio, nunc eſſe penes Marquardum Gudium, Holſatum, qui multos hujuſmodi Codices cutinam 273.

nam tandem in Reipublicæ literariæ bonum!) apud se habet. Photii Lexicon memorant, nisi fallimur, Suidas & Etymologus. Quibus adde Franciscum Turrianum in Defensione Epistolarum Pontificum, quam (ut obiter hoc dicam) festinanter nimis refellit David Blondellus, vir alias immensæ lectionis. De Photii Lexico sic Josephus Scaliger ad Richardum Thomsonum Anglum, magnæ eruditionis nec minoris ingenii virum, scribens: *Remitto tibi Photium tuum, optimum sane librum, & quem edi è re literaria est, quanquam omnia, quæ in illo sunt, hodie in aliis, unde ipse hausit, extant; quia tamen laborem legentium levare posset, quod in eo omnia congesta sunt, quæ sparsim in aliis relegere labor est, non exiguam à studiosis gratiam inveneris, si tam utilem librum in publicum exire patiaris.*

274. *De Divinitate* & Incarnatione Dissertationes sex, Latine, Fr. Turriano interprete, extant Tomo 5. Antiquæ Lectionis Henrici Canisii.

De Voluntatibus in Christo, quæ dicuntur Gnomicæ, liber unus, Fr. Turriano interprete. Extat in Auctario Petri Stevartii ad Canisium.

In Categorias Aristotelis, MS. in Bibliotheca Regis Galliæ.

De Episcopis & Metropolitis Collectio, MS. in Bibliotheca V. C. Gabrielis Naudæi, Julio Mazarino Cardinali à Bibliothecis.

Contra Latinos MS. Hujus forsan Operis pars est Dissertatio de Spiritus S. processione, ab Euthymio Zygabeno duodecimo Panopliæ suæ titulo inserta, sed à Fr. Zino in Latina Versione consulto omissa. Hujus fragmentum Græcum à Patricio Junio sibi communicatum profert Jacobus Vsserius, vir admirandæ tum pietatis, tum eruditionis, in Diatriba de Symbolis.

Contra Leontium Hæreticum, de quo sic Suidas voce Λεόντιος· *Hic Antiochiæ fuit Hæreticus. Photius autem Patriarcha contra eum scripsit.*

Odæ novem MSS. Extant in Bibliotheca Collegii Claromontani, cum Theodori Prodromi Versibus de duodecim mensibus, aliisque. Ex hisce Odis meridiana luce clarius liquet,

quet, Photium, ut de eo supra Nicetas Paphlago, carminis pangendi laude floruisse.

Prophetarum Liber cum Expositione. Extat MS. in Bibliotheca Vaticana, nisi nos fallat Possevinus in Apparatu Sacro.

Excerpta ex Historia Ecclesiastica Philostorgii Photius confecit, quæ in ejus Bibliotheca non comparent. Ea primus Latine vertit & Notis uberioribus illustravit Jacobus Gothofredus, Dionysii filius, vir doctus ac diligens, sed literis Græcis leviter tinctus, nec in pervolvendis Codicibus MSS. multùm exercitatus. Eadem Excerpta haud ita pridem de novo vertit & Notis ac Emendationibus auxit Henricus Valesius, vir ingenio & eruditione cum maximis hujus ac superioris ætatis Philologis comparandus.

Ex Photio tria aut quatuor loca laudat Antonius in Melissa; sed ad quem Photii Tractatum illa pertineant, juxtà cum ignarissimis scio. 276.

Photio adscribit Robertus Constantinus in Nomenclatore Historiam de Rhetoribus decem, *quæ*, inquit, *in Bibliotheca Regia extat.* Verum hoc haud dubie intelligendum de decem Græciæ Oratorum Elogiis, quæ apud Photium occurrunt in Bibliotheca, quæque Plutarchi nomine in Opusculis, ut vocant, Moralibus circumferuntur. Quod, ut alia multa, minus animadversum eximiæ eruditionis viro Gerardo Joanni Vossio, in Opere de Historicis Græcis.

Synopsis Conciliorum, quam apud amicum MS. vidimus, Photium, non Patriarcham Constantinopolitanum, sed Tyriorum Episcopum, auctorem agnoscit. Aliud exemplar, à Christiano Ravio ex Oriente allatum, se adeptum esse ait, simulque fragmentum exhibet Reverendissimus Usserius in Dissertatione supra laudata. Aliam Conciliorum Synopsim (quod obiter dictum sit) incerto auctore Augustæ Vindelicorum Græce vulgavit David Hoeschelius anno 1595. 277. longe auctiorem ea, quam ad calcem Photii Nomocanonis edidit Christophorus Justellus. Synopsim illam Latine vertit Conradus Rittershusius, versionemque inseruit Sacris suis Lectionibus. Alias Synopses ab Hoescheliana non parum

variantes è Codicibus MSS. in Variis Sacris edidit vir linguarum ac utriusque antiquitatis apprime sciens Stephanus le Moyne, Theologus Leydensis. Hucusque de Photii Scriptis.

POLYCARPI Epistolam ad Philippenses edita auctiorem Fr. Turrianum habuisse asserit Cæsar Baronius, Notis ad Martyrologium Romanum. Quod haud falsum esse postea deprehendimus, ex loco scilicet quodam ab ipso Turriano allato, in Defensione Epistolarum Pontificum. Fuit nimirum Turriani Codex ex Barnabæ Epistola non uno loco interpolatus, ut ante nos vidit doctissimus Sirmondus. Fusius hac de re Stephanus le Moyne in Variis Sacris. Ipsa Barnabæ Epistola fuit itidem interpolata ex Chronico, Methodii
278. nomen, sed immerito, præferente in Orthodoxographis Grynæi. Quod mihi patuit ex collatione Chronici illius cum fine Notarum Isaaci Vossii in Epistolam Barnabæ.

RICHERIUS Senonienſis, Monachus Benedictinus, Chronicon scripsit à Dacherio vulgatum Tomo 3. Spicilegii. Sed casu nescio quo factum est ut in eo non extet historia Monachi cujusdam Parisiensis, nomine Roberti, Ordinis Prædicatorum, qui, charta inter digitos conclusa, à formosa quadam muliere, quæcunque ille volebat, extorsit. Historiam habes ex Richerii Chronico MS. in Joh. Pricæi Notis ad Apuleii Apologiam pag. 114. & ex Pricæo in Opusculis nostris pag. 43. & seq. editionis Cramosianæ.

SEVERI nomen in Catenis Græcis creberrime occurrit. Sed in Catena Corderiana in Lucam ad caput 7. pro *Severus*, vitiose legitur *Servius*, ut monuit vir ingenio ac eru-
279. ditione præstans Ludovicus Ferrand, in Exercitationibus Gallicis de Religione Christiana. Severus is Ecclesiæ Antiochenæ fuit Episcopus, &, ut puto, perturbator. Quanquam vix pronuntiare ausim de Severo illo, cum multi fuerint hujus nominis Antiochiæ Præsules. Hac in re dubius etiam hæret Andreas Masius, Præfatione in Mosem Bar-Cepha de Paradiso. De Severi Scriptis consulendus clarissimus Lambecius libro 3, Bibliothecæ Cæsareæ pag. 43.

SOTER

SOTER Papa Urbis claruit circa annum 170. Scripſit, ſi Primaſio fides in Libro de Hæreſibus, Opus adverſus Cataphrygas, à Tertulliano confutatum, in Libro, qui una cum Soteris Scripto periit.

SYNESIUS fuit patria Cyrenæus, ſed Epiſcopus Ptolemaïdis, quæ urbs eſt in Cyrenaica. Ejus Scripta vulgavit Dionyſius Petavius cum Notis, quibus inſeruit aliquot Scholia Græca in Epiſtolas, ex Bibliothecis Medicæa & Auguſtana, quæ augere potuiſſet Scholio ab Hoeſchelio allato in limine Notarum ad Photium. Horum Scholiorum forſan auctor eſt 280.
Matthæus Camariota, Scholarii, qui poſtea fuit Gennadius Patriarcha, Præceptor. Hunc enim Notas in Syneſii Epiſtolas Græce ſcripſiſſe, apud Johannem Zygomalum venales, aſſerit Martinus Cruſius in Turco-Græcia p. 187. In Syneſium Notas itidem ſcripſit Nicolaus Valla, is opinor, cujus Liber extat de rebus in Jure dubiis. Has MSS. aſſervat Caſpar Suicerus, ut ipſe teſtatur tum in Obſervationibus Sacris, tum in Theſauro Eccleſiaſtico. Syneſii effigiem è Creta allatam exhibet vir diligentiſſimus Andreas Thevetus, in Opere de Viris Illuſtribus.

In TERTULLIANI omnibus, quas quidem viderim, editionibus, deſideratur ejus Carmen de Jona, à viro doctiſſimo Fr. Jureto primum editum, è Codice MS. Petri Pithœi, & à Margarino de la Bigne Tomo 8. Bibliothecæ Patrum inſertum cum ejusdem Jureti Notis. Miror hoc latuiſſe Rigaltium in præclara ſua Tertulliani editione, & Iſ. Voſſium ad Catullum 281.
pag. 274. ubi Carmen illud, tanquam hactenus ineditum, laudat. Ad calcem Fragmenti de certaminibus Petri & Pauli ſub Sophronii nomine habentur ſequentia: *Vide Tertullianum in libro ubi ait, mortis Petri & Pauli mentionem haberi in Annalibus.* Quæ in Tertulliani Scriptis legere non memini. Fragmenti hujus de certaminibus Petri & Pauli occaſione, Lectorem meum haud celabo, Anonymum illum Græcum MS. de eodem argumento, cujus fragmenta duo profert Patricius Junius Notis in Clementis Epiſtolam ad Corinthios: Anonymum, inquam, illum eſſe Simeonem Metaphraſtem; cujus Opuſculum, ſed Latine tantum, extat apud Lippomanum & Surium ad 29. Junii. Hoc ante nos obſervatum illuſtri viro ac de Britannicis Antiquitati-

bus bene merito Henrico Spelmanno, Prolegomenis in Tomum primum Conciliorum Britannicorum. Mirum, hoc latuisse viros eruditos Patricium Junium, Johannem Fell, nuper
282. Oxonienſem Epiſcopum, & Gottifredum Vendelinum. Sperandum RR. Patres Baërtium & Janningum (qui nullum non movent lapidem ut SS. Martyrum Paſſiones MSS. nanciſcantur) in Voluminibus proxime ſecuturis Libellum hunc Metaphraſtis Græce & Latine vulgaturos. In quo gratiam eo majorem ab eruditis ſunt inituri, quod Codex Græcus Patricio Junio laudatus ex Bibliotheca Arundelliana, in ea hodie deſideretur, ut ex viro docto nuper audivi.

ULPHILÆ Gothicam quatuor Evangeliorum Verſionem Dordraci apud Batavos anno 1665. cum Thomæ Mareſchalli Obſervationibus eruditiſſimis & Gloſſario ſuo edidit vir non minus vitæ ſanctitate quam eruditione ingens Franciſcus Junius FF. Hoc quantivis pretii munere Hagæ-Comitis in ædibus Voſſianis olim me beavit aureus Senex, Windeſoræ ante paucos annos mortuus, & in Capella Regia pro ſuo in Rempublicam literariam merito honorifice ſepultus.

283. Hæc ſunt, LECTOR BENIGNE, quæ è curta noſtra ſupellectile proferenda habuimus. Plura & potiora propediem expecta à viro doctiſſimo & Eccleſiaſticæ antiquitatis peritiſſimo Wilhelmo Cave, Doctore Theologo. Poſt quem ſiquis de hoc argumento ſcribere aggrediatur, is poſt Homerum, quod aiunt, Iliada. Bene vale. Ex Ædibus Lambethanis, ineunte a. 1688. quem toti Anglorum genti feliciſſimum exoptamus.

LAUS DEO.

PASSIO

PASSIO
SANCTI VICTORIS
MASSILIENSIS.

Recenſuit ac emendavit

PAULUS COLOMESIUS
Eccleſiæ Anglicanæ Presbyter.

287.

PASSIO
SANCTI VICTORIS MASSILIENSIS.

Incipit Passio S. Victoris Massiliensis.

* Passionis hujus Epitome apud Vincentium Belvacensem occurrit, Speculi Historialis l. 12. cap. 7.

288. MAssilia Civitas ampla, quondam mirabili structuræ suæ firmitate, simul & pulchritudine gloriosa, in optimo terræ solo, in capite Galliarum sita, terrâ marique omnium ferè gentium commerciis patens, immensa divitiarum opulentia, & frequentibus populorum turbis, armorumque terroribus inclyta fuit: unde & Romanæ potentiæ meruit esse in occiduis partibus quædam propria Sedes. Quare & Romanorum Numinum, imò Romanorum Dæmonum studiosa cultrix, & sacrilegarum superstitionum acerrima & ferociſſima defensatrix habebatur. Quas ob res superba nimis & pessima, tanta crudelitate in Christianorum supplicia, Sanctorumque neces, velut totius humanitatis immemor, raptabatur; ut colle-

collectos undique circa se piorum greges, ad adventum maxime Imperatorum, instar luporum, raperet. Sed nec ipsis civibus parcens, quoscunque Christiani nominis inveniisset, absque ulla miseratione ætatis, aut sexus, quasi ad triumphum suorum Dæmonum, variis ludibriis affectos, & irrecitabilibus tormentorum generibus excruciatos, vilius quàm pecudes trucidaret. Inter quas Sanctorum Martyrum gemmas, Victor sanctissimus, velut cæteris stella fulgentior, gloriosus claruit: vel quod esset nobilior; vel quod in religione nostra instructior; & ferventior, atque famosior; vel quod de ipsa cæteris pessimis immaniore & truculentiore be- 289.
stiâ, Maximiano videlicet Imperatore, cum ipso cominus pugnans, insigniter & digne suo nomine triumphavit. Maximianus enim cum pro Sanctorum sanguine, quem per totum orbem crudelius aliis, maximeque per totas Gallias, recentiùs fuderat, & præcipue pro famosissima illa Thebæorum apud Agaunum cæde, nostrorum plurimis nimium terribilis factus, Massiliam adveniisset, ut secundum Scripturam * *impius adhuc impie ageret*; cuncta illuc crimina sua cum vita * Apocal.
nequissima impleturus; ne quid sibi deesset scelerum, pie- XXII. 11.
tati protinus, insatiabilis tortor, velut parum hactenus feciisset, tota rabie bellum indicit; Christicolasque, nisi sacrificent idolis, exquisitis mortibus deperire jubet. Tum vero tanta malorum nube oppressis, perturbatisque nostrorum animis, invincibilis sese in medium Victor opposuit, singulis noctibus Sanctorum castra sollicite circumiens, & per domos singulas ad amorem æternæ vitæ, & contemptum transi- 290.
toriæ mortis, Servorum Dei corda confortando, succendens.

Talibus insistens, fœlix hostia mox futurus, deprehenditur, ac Præfectorum tribunalibus præsentatur. Præfecti primum suadent clementius viro, ne Deorum culturam sperneret, nec consueta militiæ stipendia & Cæsaris amicitias, pro cultu cujusdam olim mortui recusaret. Ille statim S. Spiritus armatus eloquio, Deos, quos dicebant, immundissimos Dæmones efficacissimè comprobat: militaria vero stipendia & Imperatoris amicitias se Christi militem in contu-

contumeliam Regis sui nullatenus habere velle respondet: Dominum autem Jesum Christum, altissimum Dei filium, pro charitate restaurationis humanæ, vere quidem hominem fuisse mortalem, & ab impiis se volente occisum, sed divinæ suæ virtutis potentia die tertiâ suscitatum, cœlos ascendisse, & à Deo patre regnum super omnia stabile suscepisse, vultu constanti ac liberæ vocis plena autoritate protestatur. Nec mora, circumstantium clamor ingens in-
291. cœlum attollitur; pius Domini Confessor ab omnibus injuriatur. Sed quia vir clarus erat, judicatum à Præfectis est, uti ejus causa ad Cæsaris audientiam referretur. Quo facto, ille efferato animo, subito conversus in furias, dilationis impatiens, jubet Athletam sanctum suis tribunalibus præsentari.

Beatissimus igitur Victor coram tribunali furentis Imperatoris statuitur, multisque undique accusationibus impetitur, omni calliditate, summisque terroribus ad sacrificia iterum Dæmonum perurgetur. Martyr vero exaudito terrore robustior, velut qui gehennas levi commercio vinceret, nec auferri de terra veritus, qui municipatum cœlestis curiæ jam sentiret, de promtuario S. Spiritus recreatus, Imperatorem sævissimum, cunctosque Principes ejus, miraprudentia, & animi virtute confutavit, idolorum cultus assertionibus claris evacuans, Jesum Dominum verum Deum esse certâ publice ratione confirmans.

Tunc impiissimus Cæsar omni ferâ crudelior, omni
292. dracone malignior, face succensus in rabiem vertitur, Sanctumque Martyrem funibus coarctatum per totam urbem præcipit volutari, ut ex ignominiosa viri pœna & Deorum suorum vindicaret injurias, & nostrorum simul animos territaret. Data sententia, conclamat exercitus insanientis populi, undique ad spectaculum multitudines ruunt; dumque per totam Civitatem brachiis pedibusque ligatis Christi Athleta pertrahitur, impiis manibus, vel maledico saltem ore, prout quisque poterat, cruciatus adaugent; ita ut pro reatu non minimo sibi duceret, qui ad ejus injurias non aliquid adjecisset.

Tali

Tali ergo ludibrio cum satis superque vulgi nefandissimi oculos satiasset, ad tribunalia Præfectorum Sanctissimus iterum Victor, laceratus, cruentusque, reducitur, de negando Christo, & Diis adorandis acrius itidem peroratur: putantes enim pœna, & contumeliis, populique tumultibus fessum animo decidisse, nec jam de superfluo locuturum, qui sibi potius consulendum esse crudeli experimento didicisset, de injuriis * Cæsaris, ac totius Reipublicæ graviter con- 293.
querantur. Tunc deinde supremæ clementiæ, † nihilque infœlicius esse asserunt, quam omnium Deorum, & invictissimorum Principum amicissima familiaritate posthabitâ, cuncta mundi oblectamenta, & gloriam, & honorem, ipsam quoque dulcissimam salutem corporis, pro eo quod nunquam viderit, perdere, cunctorum iras Deorum, hominumque in se gratuito provocare, cum omnium dolore charorum per summa tormenta ad interitum festinare: proinde vel jam experto rationem sanioris eligendam esse consilii, nec contemnendos esse Deos, quorum manifesta majestas fulgeret in Templis, quorum beneficia sentirentur à cunctis, quos veneranda antiquitas adorasset, & summi Principes colerent, quibus propitiis laterent * cuncta, quibus adversis durare mundus nec ipse valeret. Illi sane quantocyus renunciandum, qui & vivendo semper pauperrimus fuerit, & quam esset impotens moriendo demonstraverit: Id si faceret, futurum ut imminentia supplicia lucraretur, & de intima Cæsaris amicitia, summisque honoribus ipsis posset intervenientibus gratulari. Quæ si respueret, ad illam, quam nemo unquam vidisset, Christi sui gloriam, non aliter quàm ipsius exemplo, per summa tormenta & contumelias, totius opprobrium & abjectio populi factus, illico transiturus. 294.

* f. inimicis.
† l. demensiæ.
* f. florerent.

Cum * Martyr, de primo impetu penè victor, & S. Spiritus factus oraculum, imperterrito & infatigabili animo, Deo confortante, persistens, ad hunc modum concionatus, ait: Si de inimicis Cæsaris & Reipublicæ agitur, nunquam, inquit, Cæsari, nunquam Reipublicæ nocui; non honori Imperii quidquam detraxi, non ab ejus me propugnatione retraxi. Quotidie pro salute Cæsaris & totius Im-

* l. Tum.

perii ſtudioſe ſacrifico, quotidie pro ſtatu Reipublicæ coram Deo meo ſpirituales hoſtias macto. Dementiſſimum autem non abs re videri omnibus æſtimo, ſi quis unum aliquid ita diligat, ut non id pro centuplo meliore poſtponat.
295. Quid vero ſi illud unum, nec, prout cupias, habere, nec, ſi habeas, ſine metu gaudere, nec, cum maxime ſollicitus ſis, valeas retinere: Illud vero centuplum mox, ut volueris, præ manibus habeas; cum tenueris, ſecurus gaudeas; quod nullo jam fine, nullo ſui tuive defectu, nullius deinceps violentia perdas. Proinde ſanioris ratione conſilii, omniumque judicio ſapientium, familiaritas Principum, mundi oblectatio, gloriæ, honores, ſalus corporis, charorum cognatio, & hujuſmodi cætera, ipſa denique temporalis vita, (quæ nec pro voto acquiri, nec ſecure haberi, nec vel longiuſcule teneri omnibus plane notiſſimum eſt) æternæ vitæ ineffabilibus & ſtabilibus gaudiis, ſummique omnium authoris amplexibus poſtponenda ſunt; quem, cum amaveris, habeas; cum habueris, cuncta pariter cum illo poſſideas. Nec te doleas hæc ipſa, quæ deſerueras, momentaneè reliquiſſe, quæ, commutatione leviſſima, incomparabiliter meliora in æternum gaudeas recepiſſe. Non autem tormenta, ſed
296. refrigeramenta recte dici, quæ cruciatus æternos extinguunt; nec mortem, ſed ſalubre poculum reputari, per quam ad talem vitam tranſitus procuratur. Illo ſane nihil inſanius, nihil, omnium conſcientia teſte, vecordius, qui hoc tanto bono ſine cauſa poſthabito, manifeſtum vitæ ſuæ hoſtem, ſtudioſe, ut Deum, colat; unde & poſt vitam nihil aliud, quam mortis æternæ mercedem, & inexplicabiles ſine termino cruciatus acquirat. Quis enim vitæ humanæ truculentior hoſtis appareat, quam qui agenda docet, proprioque exemplo ſuadet, quæ & extrema ſint agentis opprobria, & juſtiſſimis legibus capitaliter puniantur? Nonne autem agenda doceantur, quæ publice recitari, quæ laudando cantari jubentur? Tales quippe, tales ſunt Dii veſtri maximi, quibus præcipientibus horrenda ſua ſcelera non ſolum recitantur, ſed & viſibiliter effinguntur in theatris, cantantur & ſummis laudibus celebrantur in Templis. Cui enim veſtrum neſcire licet

cet funeſtas rapinas, & quantum in ſe fuit nefanda parricidia
ſummi Jovis? Cui innumera ejus ſtupra & adulteria, furtiva 297.
& publica, fraudulenta & violenta ignorare permiſſum eſt?
Nunquid Reginæ Deorum ſororiſque Jovis maligna crudelitas, & fraterna ſecum inceſta latuerunt? Nonne palam ſunt
Martis implacabilis ferocitas & obſcœniſſimi Priapi, nec non
& fœdiſſimæ Veneris turpitudo? Quid Deas febres, Deoſque
pallores, & hujuſcemodi Deorum referam greges, quos ipſi
vos Deos malignos, & ſaluti inimicos humanæ prædicatis?
Pudet memorare Deos Stercutios, & Deas Cloacinas, & mille talium portenta Deorum, qui tanto dedecore miſeros ſuos
cultores afficiunt, ut venerari cloacas & ſtercora, Deorum
ſcilicet talium templa, compellantur. Patet igitur quam
truculentiſſimi, & ultra omnes inimicos immaniſſimi hoſtes
ſint hominum, iſti Dii veſtri magni, quorum lignea, vel lapidea, vel ærea majeſtas, à vobis facta & ſtabilita, à muribus, ſeu avibus, ſtercoratur in Templis; quorum prædicta
maleficia, nulla vero beneficia ſentiuntur à ſuis; quos venerata
veſtra miſera antiquitas perit; quos utinam veſtri Principes 298.
tollendo fœlicius viverent; quibus propitiis, cuncti, quibus propitii ſunt, jubentur à juſtiſſimis legibus capitaliter plecti; quibus adverſis, per mundum innocentia, honeſtas, &
juſtitia refloreſcit. Non enim illi propitiari, niſi ſimilibus,
poſſunt, diſſimilibus enim nequeunt, quia nulla contraria ſibi
invicem convenire poſſunt: ſimiles vero illorum, & juſtiſſima lex, ut diximus, cum peſſima nota de medio exterminat,
& ipſa æquitas nihil illis poſt vitam aliud, niſi mortis æternæ ſupplicia, ſervat, beatitudinem quippe nemo vel inſanus
concedit: Reſtat ergo quicquid poſt hanc vitam talibus retribuitur, id eſſe, ut, quoniam nunquam beati ſunt, ſempiternâ miſeriâ moriantur. Quoniam igitur Dii veſtri diſſimilibus quidem * adverſis, ſimilibus autem ſemper ſunt morta- *1 adverſi.
liter inimici, ratione firmiſſima conſtat, quod eos nemo colere debeat, quorum & cultura viventes ſemper turpiſſimos,
& retributio, ſive in hac vita, ſive poſt hanc vitam, facit
miſerrimos; quos nec aliquatenus deceat formidari, cum 299.
ſola ſit eorum propitiatio metuenda. Illum ſane quanta-

charitate, quanta veneratione dignum est adorare, qui cum inimici essemus, prior nos dilexit; qui & Deorum turpium fraudes nobis aperuit, &, ut nos ab illis eriperet, non suam minuens Deitatem, sed nostram vestiens humanitatem, inter nos, Deus permanens, homo factus apparuit; ut pauperrimos ditaret, nostræ se paupertati, cum ditissimus esset, pauperrimus veniens, configuravit; cujus illa humana conversatio, nobis est omnis virtutis & honestatis exemplum, cujus indebita mors debitam nostram abolevit in æternum; & dum isti Dii, imo pessimi Dæmones, illum innocentem nostra infirmitate velatum injustè expetunt, quos à se deceptos captivaverant, juste perdiderunt. O quàm dives illa, quam objicitis, paupertas! quæ, quando sibi placuit, solo jussu, piscibus implevit naviculas, quinque panibus, quinque millium satiavit turbas! O quàm fortis infirmitas, quæ
300. omnes suorum infirmitates sanavit! O quam munifica mors, quæ tot mortuos suscitavit! Quæ ne forte minus vera esse aliquatenus æstimetis, aspicite ab initio prædicta, innume-
*h.e.mundi. rabilibus miraculis totius * creaturæ attestatione firmata. O si intente videritis, quantus iste sit, cui totus est obediens mundus, qualis sit, qui est desiderabilis totus, in quo nihil vituperabile, in quo totum laudabile, cujus charitas omnes recipit, cujus judicium nullus evadit. Quid ejus vita sanctius? Quid doctrina rectius? Quid promissis utilius? Quid minis terribilius? Quid ejus tutius patronatu? Quid laudabilius amicitia? Quid jucundius gloria? Quis Deorum huic similis? Quis huic comparabilis? Omnes enim Dii gentium Dæmonia, Deus autem noster cœlos fecit, & ideo illi cum suis cultoribus æternis incendiis damnati sunt, atque
†Jer.X.11. damnandi, sicut scriptum est in Sancto Propheta: † *Dii qui*
*Ps.XCVI.7. *cœlum & terram non fecerunt, pereant de sub cœlo.* Ut in alio: *
** Psalm. *Confundantur omnes, qui adorant sculptilia.* Ut iterum: ** *In*
CXXXIX.11. *ignem dejicies eos, in miseriis non subsistent.* De isto autem San-
301. ctus Propheta dixit: † *DEus noster pro omnibus Diis, omnia quæ-*
† Psalm. CXXXIV.5 *cunque voluit fecit in cœlo & in terra, in mari, & in omnibus abyssis.*
* Psalm. CXXVII.1. Unde & eodem Propheta teste: * *Beati omnes qui timent eum, qui ambulant in viis ejus*; Regis enim sui gloria fideles milites

non

non carebunt; propter quod ſecure pro ejus teſtimonio mortem nos ultro ſuſcipimus, & quam certa ſit noſtra ſpes, paſſionis exemplo monſtramus. Quocirca, Viri illuſtriſſimi, Viri doctiſſimi, mentis compotes & ratione vigentes, ſemoto, quæſo, pauliſper odio & contentione, juſto examine, vim utriusque partis attendite, nec turpiſſimis & inimiciſſimis dæmonibus, damnatis atque damnantibus, ulterius vos ipſos tradatis; nec divinæ ſimilitudinis honorem, quæ in vobis eſt, eorum obſcœniſſimæ turpitudini ſubſternatis, ut eorum damnationem evadere valeatis. Obedite autem ſanctiſſimo, pulcherrimo, juſtiſſimo, clementiſſimo, omnipotenti Creatori, & amico veſtro, cujus vos humilitas, ſi ei acquieſcitis, ſublimabit, paupertas ditabit, mors vivificabit; cujus vos nunc advocant ſaluberrima monita, invitant præmia, ut in æterna ipſius gloria paulo poſt ſuſcipi, & in ejus ſemper amicitia * gratulari. 302.

* Deeſt, opinor, vox *mereamini*.

Cumque peroraſſet Martyr, impiiſſimi Præſides, rationum pondere oppreſſi, Adhuc, inquiunt, philoſopharis, Victor, non deſinis? Unum tibi elige, aut placare Deos, aut cum ſumma infelicitate deperire. Si ſic, inquit, proponitis, quod docuimus verbis, exemplis firmandum eſt. Deos ſperno, fateor Chriſtum, quæcumque poteſtis date ſupplicia, cumulate tormenta. Exacerbati ergo reſponſis ejus Præfecti ſacrilegi, dum in laniando eo, alter alterum crudelitate vincere nititur, in ſe primitus verſi, orta rixa diſſentiunt, pro qua recedente * Euticio, optatæ ſortes excruciandi Martyris alteri cedunt.

* f. Eutychio.

Tunc Aſterius, ſic enim dicebatur, Chriſti militem mox jubet affigi. Quo facto, cum diutius acerrime torqueretur, attollens in cœlum lumina, piam tolerantiam à miſericordiſſimo patre Deo, cujus id eſſe donum noverat, precabatur. Nec jam ultra ferens clementiſſimus Jeſus, certatori ſuo, inſigne certaminis, victoriæque ſignum, crucem videlicet in manibus geſtans, in ſpecie conſolantis apparuit 303.

paruit, dicens, Pax tibi, Victor noſter. Ego ſum, inquit, JESUS, qui in Sanctis meis injurias, & tormenta ſuſtineo. Viriliter age, & eſto robuſtus; Ego enim tecum ſum, fortis adjutor in prælio; qui & fidelis poſt victoriam remunerator in regno. Ad Salvatoris vocem protinus omnis dolor, cunctaque irrita ceſſere tormenta. Tunc ille, mente, vultuque alacri, converſus ad laudes immenſas, viſitatori ac conſolatori ſuo, toto ſpiritu, gratias referebat.

Lictores autem ſævi cum jam laſſi deficerent, nihil autem ſe profeciſſe, tripudiante Martyre, cernerent, depoſitum patibulo, juſſu nefandiſſimi Præſidis, ſub cuſtodia militum in obſcuriſſimum omnium carcerem tradunt. Et
304. ecce benigniſſimus Jeſus, ſponſionis ſuæ non immemor, noctis medio, militi ſuo viſitationem Evangelicam mittit. Continuo igitur, ſolutis carceris clauſtris, depulſa nocte, totum carcerem die clarior lux cœleſtis irradiat. Exultans Martyr, laudes Domino cum Angelis leniter ſe demulcentibus cantat.

Milites ergo, claritatem tanti cernentes fulgoris, ad pedes Sancti, cernui procedunt, veniam flagitant, Baptismum petunt; quos pro tempore diligenter inſtructos, adſcitis Sacerdotibus, ipſa nocte ad mare duxit, ibique baptiſatos propriis manibus de fonte levavit. Mane autem facto, ſanctorum militum, Alexandri, Longini, Fœliciani, ſic enim eorum nomina dicebantur, divulgata converſione, magnus ille draco Maximianus furore ſuccenditur, feralia edicta proponuntur: Hæc omnia in Victorem, quippe qui auctor fuiſſet, durius retorqueri; milites vero debere aut conſentire idolis, aut capitali ſententia condemnari.

Tunc Beatus Victor novos Chriſti milites præmiſſurus ad prælia, hujuſcemodi oratione præmunivit, dicens:
305. O fortiſſimi commilitones, O glorioſi certaminis anteſignani, opus eſt animis, nunc opus tota fortitudine, fidem,

quam

quam nunc Imperatori vestro promisistis, viriliter costodite, imminet enim hostis, adest pugna; vult enim hostis nova tyrocinia vestra repentinus aggredi, ut, si incautos invenerit, palmam victoriæ se quodammodo surripuisse glorietur. Vos autem, Charissimi, non ita negligenter instructi estis, non ita parum Christum didicistis. Vos quoque non ignoratis prælia, nec perdidistis militiam, sed mutastis. Experiatur igitur Rex noster quos elegit, quibus aciem primam fœlicis pugnæ commisit. Experiantur & inimici quos impetunt, nec vos degeneres in aliquo sentiant; de quibus tam bene vester Imperator sensit, ut recentissimis tyronibus summam rerum committeret, & primos belli eventus vestræ fortitudini commendaret. Nec vos terreant bella, qui semper bella didicistis, nec vos * advocent peritura, qui jam præ manibus æterna videtis: supersest vobis illa fortiter rapere: supersest vobis per medias acies transire: quæ si paulo vobis interim asperiora videntur, ipsum Regem nostrum jamjam per talia transire cognoscite; ipsum, non alium, ducentem * audite: *In mundo pressuram habebitis, sed confidite, ego vici mundum.* Ipsum, inquam, ipsum fiducialiter mente & voce contra omnia dura invocate: non vobis fideliter invocantibus deerit, qui suis omnibus veraciter promisit; dicens: † *Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem sæculi.* Denique hujus rei meipsum vobis exemplum fidele propono; dum enim appensus patibulo, intolerabilibus cruciarer angustiis, misericordem Dominum supplicibus lachrymis invocavi, & ecce protinus illum video, glorioſum nostræ Redemptionis signum in manu ferentem, & dicentem mihi: Pax tibi, Victor, ne timeas; ego enim sum Jesus, qui in Sanctis meis injurias & tormenta sustineo. Ad cujus vocem tanta mihi statim virtus infusa, ut nulla penitus supplicia reputarem. Quapropter, Charissimi, virtutis vestræ memores, in auctorem omnium Jesum Dominum, & qua ille transierit, quo pervenerit, aspicientes; ne timeatis minas volaticas mortalium hominum, quibus promissa jam præ manibus est immortalium societas Angelorum; & momentanea ferte supplicia, ut triumphaliter superare

* l. avoce 306.

*f. docentem vel dicentem Johan. XVI. 33.

† Matth. XXVIII. 20. 307.

rare poſſitis æterna; & qui antea malebatis mori, quam vinci perpetuo perituri, nunc patimini oro vos vincere, in æternum poſtmodum regnaturi.

Talibus armatos, unaque Victorem Sanctum, miſſi apparitores ad forum ſuperius rapiunt: quibus auditis, certatim ad ſpectaculum tota pene civitas ruit. Alios furibundæ mentis inſania pertrahebat; alii meliore ſpiritu cupiebant videre Sanctum Martyrem cum Diabolo dimicantem; vulgi concurrentis undique confuſio perſonat; tumultu & clamore omnia replentur; in Sanctum Martyrem maledicta & convicia undique jaciuntur. At ille contra omnia illata robuſtior permanens, cum ab impiis cogeretur, ut vel milites, quos
308. averterat, ad cultus Deorum revocaret: Quæ, inquit, ipſe ædificavi, deſtruere mihi non licet. Interrogati ergo Sancti Alexander, Fœlicianus, atque Longinus, in confeſſione Domini fideliter perſeverant, moxque ex Imperiali juſſu gladio feriuntur, corporaque projicientes temporalia, vita potiuntur æterna.

Sacratiſſimus autem Victor cernens ſanctos milites neci datos, lachrymabili voce Dominum deprecabatur, illorum ſocius eſſe martyrio pariter & gloriæ mereretur, quo-
* l. credulitatis. rum poſt Deum crudelitatis * & confeſſionis auctor extitiſſet. Statim igitur glorioſus Martyr, conclamantibus turbis, undique tunditur, iterumque ſuſpenſus, fuſtibus, nervisque
† f. nervis taureisque. Vulgatæ lectioni favet Vincentius Belvacenſis. taureis † revocatur ad carcerem: ubi triduo in oratione perſeverans, martyrium ſuum magna contritione cordis, & multis lachrymis Domino commendabat.

Deinde funeſtus Cæſar, audita conſtantia Martyris, velut ad ultimum tortor inſanior reſervatus, ſuis eum
309. aſpectibus imperat ſiſti. Tunc, interrogatione facta, Martyr perſeverantiſſimus, idem qui fuerat in confeſſione Domini per omnia reperitur. Tum vero, quaſi de novo, furor & rabies in Chriſti militem debacchatur, tum minæ, terro-

terroresque, maledicta, & convicia denuo renovantur. Interea Maximianus Jovis aram jubet afferri. Mox igitur coram ipso ara componitur, sacrilegus quoque Sacerdos paratus assistit.

Tunc Imperator ad S. Victorem : Pone, inquit, thura, placa Jovem, & noster amicus esto. Hoc audito, fortissimus Christi miles, S. Spiritus ardore inflammatus, seseque amplius ita * ferre non sustinens, velut litaturus propius accedit, aramque de ipsa manu Sacerdotis solo tenus pede prostituit, atque ipsum pedem jussu mox detestabilis Cæsaris amputatum, Deo & Regi suo Domino Jesu Christo, velut quasdam suaveolentes primitias interim sui corporis, dedicavit. * f. ira.

Ad ultimum vero, jam totum corpus & animam Domino redditurus, edicto Cæsaris ad molam pistoriam ducitur. Ibat autem ita celer & hilaris, ac si nihil penitus passus incommodi videretur. Igitur cruentissimi & execrabilis Tyranni jussa complentes lictores sævi, glorioſum Martyrem toto mox corpore rotatu celeri conterendum pistoriæ moli supponunt. Tunc electum Dei frumentum * sine miseratione conteritur : tunc invictissimi Martyris ossa fœlicia crudeliter conquassantur. Sed cum, dissipata paulo post divinitus machina, spirans adhuc aliquantulum videretur, ad perfectam ejus plenamque victoriam, tot Domino confessionibus dedicatum, tot & tantis agonibus decoratum, gladio illi caput abscindunt : quo facto, mox desuper vox cœlestis intonuit, dicens: Vicisti, Victor Beate, vicisti. 310. * Itaſe vocat B. Ignatius Antiochenus.

At infœlix Maximianus, speciale Dæmonum templum, à quibus hactenus fuerat superatus, sperans se vincere vel defunctos, ad cumulandas Martyrum glorias, omni humanitate sepulturæ posthabita, eorum corpora in profundo maris brachio, quo à meridiano latere Civitas cingitur,

311. gitur, à piſcibus devoranda ſubmergi facit. Sed pius Dominus meliori conſilio & honori Sanctorum & poſterorum patrociniis providens, miniſtrantibus Angelis, natatu celerrimo ſancta corpora in oppoſitum littus illæſa tranſponit, ibique à Chriſtianis in crypta, nativo in ſaxo operoſe & decenter exciſa, ſepulta, multis uſque in hunc diem miraculis honorantur, multaque beneficia, piè petentibus, ipſorum meritis, conferuntur, per Deum & Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, cui ſit laus æterna, virtus, honor & imperium, cum Deo Patre & Spiritu Sancto per infinita ſæcula ſæculorum. Amen.

Explicit Paſſio
S. Victoris Maſſilienſis.

FINIS.

ROME

ROME PROTESTANTE.

Ou

Temoignages de plusieurs Catholiques Romains en faveur de la créance & de la pratique des Protestans.

Par

Mr. COLOMIES.

Selon l'Edition qui a paruë

a

LONDRES

Chez James Preston. M DC LXXV. 8vo.

PREFACE.

C'eſt aſſez diſputé contre ceux de Rome par l'Ecriture & par les Péres. Il ne reſte plus qu'à leur faire voir, pour nôtre entiere juſtification, que leurs Autheurs parlent comme nous. C'eſt ce que je prouve clairement dans ce petit livre, par un recuëil exact de pluſieurs paſſages, qui pour la plus part, n'avoyent point encore eſté alléguez. Mon deſſein n'eſtoit pas d'abord de publier cet ouvrage, ne l'ayant fait que pour mon uſage particulier. Mais à la ſolicitation de quelques perſonnes, au jugement de qui je défére abſolument, je luy laiſſe voir la lumiere; eſpérant de la benédiction de Dieu, qu'il ne ſera pas inutile au temps où nous ſommes. Lis-le, cher Lecteur, avec quelque ſoin, & ſi tu es du party de Rome, n'aye point de honte, aprés l'avoir lû, de te laiſſer vaincre à la verité. Ce ſont les vaincus, en cette rencontre, qui ſe voyent toujours couronnez, & qui remportent tout l'honneur & tout l'avantage de la victoire.

ROME

ROME PROTESTANTE.

1. *Temoignage d' Alfonſo Toſtat Eſpagnol, Evéque d' Avila, touchant l' Authorité des livres de la Sapience, Eccleſiaſtique, &c.*

Pref. ſur S. Matth. qu. 2. p. 5.

IL y a d'autres Livres, qui, bien qu'ils ſoyent retenus par l'Egliſe, ne ſont pourtant pas mis au Canon, parce que l'Egliſe ne leur ajoute pas aſſez de foy pour cela, & n' ordonne pas qu'ils ſoyent lûs, ou receus régulierement, & ne juge pas déſobeiſſans ou infidelles ceux qui ne les reçoivent point. Et cela pour deux raiſons. Premierement, parce qu'elle n'eſt pas aſſurée de leurs Autheurs, ignorant même ſi ceux qui les ont faits les ont dictez par l' inſpiration du S. Eſprit. Or quand on eſt en doute ſur quelques livres ſi leurs Autheurs ont eſté conduits par le S. Eſprit, l'authorité leur eſt ôtée & l' Egliſe ne les mit point au Canon de ſes livres. 2. Secondement parce que l'Egliſe n' eſt pas certaine à l' égard de tels livres, ſi outre ce qu' ils avoient de leurs propres Autheurs, les Herétiques n' y auroient rien mêlé du leur ou n' en auroient rien retranché. Elle reçoit donc ces livres, permettant aux fidelles de les lire & les liſant elle-même en ſon ſervice, a cauſe de pluſieurs choſes dévotes qui s'y trouvent : mais elle n' oblige perſonne à croire neceſſairement ce qui y eſt. Or ces livres ſont, la Sapience de Salomon, l' Eccleſiaſtique, le livre des Maccabées, Judit & Tobie. 3. *Jerome Roman, auſſi Eſpagnol, de l' Ordre des Auguſtins, ſemble avoir eſté du même ſentiment, au 5. ch. du 2. livre de ſa Republique.*

Hebraique (imprimée à Medina del Campo l'an 1575. folio) où il traite de deſſein formé & fort au long, des livres du vieux Teſtament. Car pourquoy les Inquiſiteurs d'Eſpagne ordonnent-ils dans leurs Indices Expurgatoires qu'on ſupprime plus de deux grands feüillets dans ce Chapitre? pourquoy dans les exemplaires de cette Republique, qui nous ſont venus de ce pays-là, les paroles de ce chapitre ſont-elles non ſeulement rayées & couvertes d'un papier collé, mais même coupées & mutilées?

dans ſes memoires pag. 225. & ſuiv.

2. *Temoignage de Michel de Marolles Abbé de Baugerais & de Villeloin, touchant la traduction des livres ſacrez en langue vulgaire.*

MOnſieur de Lingendes Evéque de Maſçon, approuvant une fois les Verſions que je faiſois des livres ſacrez, je luy dis que j'etois ravy de l'eſtime qu'il en faiſoit, & que cela
4. m'encourageoit merveilleuſement à continuer le deſſein que j'avois fait de m'y occuper pour l'utilité qui en pouvoit revenir au public: mais que tous les Prelats n'eſtoient pas de ſon avis, & qu'il n'y avoit pas long-temps que j'en avois vu un fort Savant, c'eſtoit M. Habert Evêque de Vabres, qui eut ſouhaité qu'on n'en eut jamais fait aucune, ſans excepter peut-eſtre la latine, de ſorte que pour eſtre Docteur en Theologie, il eut fallu de neceſſité entendre l'Hebreu & le Grec, pour lire l'Ancien & le Nouveau Teſtament; & la liturgie Romaine ne ſeroit point en uſage, puis qu'elle n'eſt compoſée que de divers endroits de la Bible. J'ajoutois à cela que je m'eſtois pourtant bien apperçeu, qu'il ne jugeoit pas que ſa propoſition ſe put ſoutenir dans toûte ſon étendue: mais qu'à reſerve de la Verſion, que nous appellons vulgate, il n'en exceptoit aucune: & que comme je luy en eus demandé la raiſon avec tout le reſpect qui me fut poſſible, il ne m'en dit point d'autre que la difficulté de l'in-
5. telligence des Ecritures; & que la liberté de leur lecture avoit engendré toutes les Hereſies qui ſont la peſte de l'Egliſe. A quoy

quoy je répondis, que ceux qui faiſoient des Hereſies, n'eſtoient pas communement les plus ignorans des Hommes, bien qu'ils ne fuſſent pas toujours les plus éclairez, & que je n'en ſçavois gueres qui ne fuſſent ſortis du nombre des Docteurs; de ſorte qu'il n'y avoit rien à craindre à cet égard du ſimple Peuple, mais ſeulement du côté des Philoſophes, & de ceux même qui ſont les plus verſez dans la connoiſſance des langues qui ne ſont plus en uſage que dans les livres; outre que l'Eſprit de Dieu dans les Saintes Ecritures, nous obligeoit à les lire ſouvent, a) & a les mediter. Ce que j'ay aſſez prouvé dans une preface, que j'ay miſe au commencement de ma Verſion du Nouveau Teſtament.

a) Dans cette perſuaſion le fameux Jean Pic Comte de la Mirandole, écrivant à Jean François Pic ſon Neveu, l'exhorte à feuilleter ſans ceſſe les livres ſacrez. Ajoutant, qu'il n'y avoit rien qui fut plus agreable à Dieu, & que l'on trouvoit dans les Ecritures une certaine force céleſte & efficace, qui transformoit l'Eſprit des Lecteurs par une puiſſance admirable, dans l'amour divin, pourvû qu'on les lut purement & avec humilité. 6.

---

3. *Temoignage de Joſeph Acoſta Jeſuite Eſpagnol, touchant la Clarté des S. Ecritures.*

Lib. 2. de Chriſto revelato c. 2. & 5.

DIeu, comme un bon Pére, a eſté ſi prévoyant, qu'il n'y a point d'homme ſi groſſier, ny ſi ignorant, qui ne puiſſe, en liſant les Ecritures avec humilité entendre pluſieurs choſes & utiles & veritables. Certes j'ay vû des hommes du tout ſans lettres, & qui à peine ſçavoient le latin, tirer de ſi grandes choſes des Ecritures, que j'en ay eſté ravy en admiration.

---

4. *Autre du Pére Paul de l'ordre des Servites, Theologien de la Republique de Veniſe.*

7. Dans ſes Additions à la relation de l'état de la religion du Chevalier Eduvin Sardis.

CE n'eſt point faire naufrage de la foy que de vouloir ſonder les Saintes Ecritures, qui ne propoſent pas les matie-

res

eres de Foy, comme tenebreuſes & épineuſes, mais comme éclairant l'intendement, & enflamant les affections, & qui en un mot ne ſont point écrites ſans aucun but aſſuré, mais, comme dit S. Paul, pour nôtre inſtruction, & comme telles, doivent eſtre étudiées & meditées de tous. *Aujoutons à ces deux témoignages ce que dit M. de Saſſy dans la préface de ſa traduction du Noveau Teſtament de Mons.* L'Ecriture Sainte eſt comme un grand Fleuve, dit S. Gregoire, qui a toûjours coulé, & qui coulera jusqu'à la fin des ſiecles. Les grands & les petits, les forts & les foibles y trouveront cette eau vivante, qui re-
8. jaillit jusques dans le Ciel. Elle s'offre à tous, & elle ſe proportionne à tous : Elle a une ſimplicité, qui s'abaiſſe jusques aux ames les plus ſimples, & une hauteur qui exerce & qui éleve les plus élevez. Tous y puiſent indiféremment ; mais bien loin de la pouvoir épuiſer en nous rempliſſant, nous y laiſſons toûjours des abymes de ſcience & de ſageſſe, que nous adorons ſans les comprendre. Mais ce qui nous doit conſoler dans cette obſcurité, c'eſt que ſelon S. Auguſtin, l'Ecriture Sainte nous propoſe d'une maniere aiſée & intelligible, tout ce qui eſt neceſſaire pour la conduite de nôtre vie ; qu'elle s'explique & s'eclaircit elle-méme, en diſant clairement en quelques endroits, ce qu'elle dit obſcurement en d'autres.

---

9. An méme lieu.

5. *Témoignage du méme Pére Paul touchant l'Eſtre de l'Egliſe.*

C'eſt une fauſſeté toute manifeſte, de dire comme fait Rome que toutes les Egliſes fondées par les Apôtres, ſont defaillies, excepté la Romaine, qui ſeule reſte aujourd'huy. Car il eſt certain, qu'il y a toûjours eu quelques vrais Chrêtiens à Jeruſalem, à Antioche, à Corinthe, & aux Sept Egliſes de l'Aſie mineure, fondées par S. Jean : j'en dis aûtant des Egliſes d'Arménie & des Indes, ou les autres Apôtres ont prêché. Cette erreur naiſt de la fauſſe ſupoſition de Rome, que l'eſtre de l'Egliſe conſiſte dans un état temporel, qui eſtant perdu

perdu pour les Chrêtiens des Egliſes Orientales, & ſe trouvant ſeulement dans l'Occident, luy a fait conclûre qu'il n'y avoit plus d'Egliſe que dans l'Occident. Si cette raiſon avoit lieu, on pourroit auſſi inférer, qu'il n'y a point eu d'Egliſe Romaine l'eſpace de trois cens ans aprés nôtre Seigneur, veû qu'alors l'Empire eſtoit entre les mains des Payens. Mais à dire le vray, une aſſamblée n'acquiert ny ne poſſéde le nom d'Egliſe par aucun état temporel, mais bien en ſvivant la doctrine enſeignée par Jeſus Chriſt. 10.

---

6. *Autre de Barthelemy de Salignac Protonotaire Apoſtolique.*

Inltinerário Terræ S. Lutetiæ 1522.

LEs Habitans de Chypre ſont aujourd'huy pour la plus grand part Grecs Chrêtiens. Et bien qu'ils ayent beaucoup de Cérémonies diférentes de celles de l'Egliſe Romaine, ils ne doivent pourtant pas, à cauſe de cela, eſtre condamnez. Si ce n'eſt que nous croions folement, que le ſalut des hommes dépende des Cérémonies, ou plus folement encore, que hors de Rome aucun ne puiſſe eſtre ſauvé.

---

7. *Témoignage de Jean Silhon, de l'Academie Françoiſe, touchant la diférence des anciens Papes & des modernes.*

11. I. Part. du Miniſtre d'Etat liv. 2 diſc 12.

ENcore que les Papes des premiers Siecles n'ayent eû que des ſentimens fort purs, & des affections des Peres envers les Princes qui eſtoient leurs enfans, neanmoins depuis qu'ils ont pris une autre qualité que celle par laquelle ils repreſentent Jeſus-Chriſt, qu'ils ont meslé les intereſts de l'Egliſe avec ceux du monde, & que la Couronne qu'ils portent a autant de diamans que d'épines: il s'en eſt trouvé qui ont eû un Zele fort diſſemblable de celuy des premiers: qui ont bruslé des paſſions de la terre: qui de Paſteurs qu'ils devoient eſtre, ſe

12. ſont changez en loups, & ont quelquefois fait monter l'abomination jusques dans le Sanctuaire.

---

pag. 417. & ſuiv. de ſes remonſtrances, imprimées à Pariſ. l'an 1611.

8. *Témoignage de Jaques de la Gueſle, Procureur général du Roy, touchant la puiſſance temporelle du Pape.*

CE ſont les clefs miniſterielles de la parole & des ſacramens deſquelles Dieu a donné la garde & le maniement à S. Pierre & à ſes Succeſſeurs. C'eſt la charge que ce Prince des Apoſtres laiſſa un peu auparavant ſa mort à celuy qu'il avoit deſigné ſon Succeſſeur, S. Clement; auctoriſée par ſes dernieres paroles, conſignée à ſa fidelité, pour luy tenir lieu de Teſtament, & ſervir de loy à tous ceux qui s'aſſieroient dans ſa Sacrée Chaire. Voicy ſes mots rapportez au Pontifical de Damaſe: *Tu minime curis ſeculi deditus reperiaris, ſed ſolummodo orationi & prædicationi apud populum vacare ſtude.* C'eſt à dire, *que l'on ne te trouve point attaché aux affaires du monde, mais aye ſoin de vaquer entierement à la priere & à la predication.* C'eſt là, par maniere de dire, la procuration, pour reſigner, de S. Pierre. Auſſi eſt-ce choſe difficile & presque incompatible, de penſer entierement à Dieu, & avoir ſoin du monde. *Les paroles que vient de rapporter M. de la Gueſle du Pontificat de Damaſe, ont eſté retranchées de cet ouvrage imprimée à Mayence ſous le nom d'Anaſtaſe l'an 1602. comme l'a remarqué M. de Saumaiſe à la p. 664. de ſon remerciment au Pére Sirmond. C'eſt un petit trait de la Politique de Rome, ſur laquelle nous entendrons cy-deſſous le docte Bouchel.*

13.

Dans la Fleur de la maiſon de Charlemagne pag. 125 & ſuiv. de l'edit. de Paris 1601.

9. *Témoignage de Claude Fauchet Pariſien, premier Préſident de la cour des monnoyes, touchant l'adoration que le Pape Leon defera à Charlemagne.*

NOs anciens Hiſtoriens François en une vie des Charles & Adon

Adon diſent que le Pape adora Charles, à la façon des anciens Empereurs, (c'eſt à dire à genoux) & que deslors le Roy quitta le tiltre de Patrice. Cette adoration que le Pape fit à l'Empereur, & qui maintenant eſt changée (car c'eſt luy qui la fait au Pape) ſera cauſe que je diray un mot de la reverence qu'on ſouloit porter aux Empereurs Seigneurs de Rome. Ammian Marcellin dit qu'on ſaluoit les premiers Empereurs, ainſi que les Juges de ſon temps : jusques à ce que Diocletian (autres diſent Caligula) le premier voulut eſtre adoré comme les Roys de Perſe. & Diocletian couvrit ſes Brodequins de pierres pretieuſes, couſues ſur le pourpre (car ils les avoient toujours de cette couleur) afin qu'on euſt moins d'horreur de baiſer ſes pieds ou genoux. Car nous remarquons dans une Epitre de Salvian à Hypatius, & * ----- ſes pere & mere, que les eſclaves baiſoyent les pieds de leurs Seigneurs ; les nourriſſons les genoux de ceux qui les avoient élevez, & les enfans la bouche de leurs péres. Et telle ceremonie, ſous couleur d'humilité Chreſtienne (pluſtoſt que par grandeur) s'eſt retenüe (ce devons nous croire) par le Pape : le quel, à l'imitation des Empereurs, ſoufrant maintenant baiſer ſa pantoufle, couvertement retient ce droit Seigneurial ſur tous les Chreſtiens : voire ſur l'Empereur meſme à ſon couronnement : Jaçoit que pour couvrir l'orgüeil qu'on luy pourroit reprocher, il faſſe coudre une croix deſſus, afin qu'il ne ſoit eſtimé inſolent, ſi les Roys s'enclinent non pour luy baiſer les pieds, mais la croix qu'il porte à ſa pantoufle. Toutefois en quelque façon que l'on déguiſe cette ceremonie d'hommage, il ſemble à d'aucuns n'eſtre guere honneſte de mettre le ſigne de nôtre redemtion ſi bas.

14. un vieux Hiſtorien cité Manuſcrit par Paul Petau Conſilier au parlement de Paris à la fin de ſon petit traité *de injuſtione* imprimé l'an 1604. dit la meſme choſe.

15. *liſez *Quia.*

---

10. *Témoignage d'Enéas Sylvius Picolomini, (qui fut Pape ſus le nom de Pie 2) touchant l'Authorité du Pape dans la convocation des Conciles.*

16. au 1. livre de l'Hiſtoire du Concile de Basle.

QVel ſera le remède, ſi un Pape chargé de crimes trouble l'Egliſe ? S'il perd les ames & corrompt les peuples par

de mauvais exemples? S'il enſeigne des choſes contraires à la foy, & infecte ceux qui luy ſont ſujets de doctrines hérétiques? N'y mettrons-nous aucun obſtacle? laiſſerons-nous tout tomber avec luy? Qui croira que le Pape veüille aſſambler un Concile pour ſe corriger ſoy-méme? En effet, comme les hommes péchent, auſſi veulent-ils pécher impunément. Mais pour moy, quand je lis les Hiſtoires anciennes, quand je conſidére la conduite & la maniere d'agir des Apôtres, je ne trouve point que les Papes ayent eux ſeuls aſſemble les Conciles. 17. Et méme depuis, ſçavoir du temps du grand Conſtantin & des autres Empéreurs, lors qu'il falloit convoquer les Conciles, le conſentement du Pape n'a guére eſté requis.

---

lib. 1. adverſus hæreſes c. 4. edit. Badianæ.

II. *Témoignagne d'Alfonſe de Caſtro, de Zamore en Eſpagne, de l'Ordre des Fréres Mineures, touchant l'infaillibilité du Pape.*

